nō pōt ſequi: ꝙ aliq̄s aliq̄d inordinate appeteret:niſi
ratio acciperet aliq̄d vt ordinabile in finē: qḋ nō eſt
ordinabile in finē:ſicut qui appetit beatitudinē appe/
titu recto nūq̄ deduceret̄ in appetendā fornicatio/
nem niſi inquātū app̄hendit eam vt qḋdā hoīs bonū
inquātū eſt qḋdā delectabile bonū:ꝛ ſic vt ordinabilē
in btitudinē velut q̄ꝫdā imaginē ei⁹.(Et ex hoc ſe/
quit̄ indeterminatio volūtatis:qua pōt bonū vel ma
lum appetere. Cū aūt volūtas dicat̄ libera inquātum

neceſſitatē nō hꝫ:libertas volūtatis in tribus ꝯſidera
Volūtatis libertas in tribus conſideratur.
bit̄:ſcꝫ q̄ꝫtū ad actū inquātū pōt velle ꝛ nō velle:ꝛ q̄ꝫ/
tū ad obm̄ inquātū pōt velle hoc:ꝛ velle illud ꝛ eius
oppoſitū:ꝛ q̄ꝫtū ad ordinē finis inquātū pōt velle bo/
num ꝛ malū:ſed q̄ꝫtū ad p̄mū horū ineſt libertas vo/
lūtati in quolibet ſtatu nāe reſpectu cuiuſlibꝫ obiecti.
Scdm̄ vō eſt reſpectu quorundā obiectorum.ſ.reſpe
ctu eoꝝ:que ſunt ad finē ꝛ nō ipſius finis:ꝛ etiam ſm
quēlibet ſtatū nāe. Tertium vō nō eſt reſpectu oīum
obiectoꝝ:ſed quorundā.ſ.eoꝝ que ſunt ad finē:nec re
ſpectu cuiuſlibet ſtatus nāe:ſed illius trī:in quo defi/
cere pōt:nā vbi nō eſt defectus in app̄hendendo ꝛ ꝯfe
rendo nō pōt eſſe volūtas mali etiam in his:que ſunt
ad finē:ſicut pꝫ in beatis:ꝛ pro tanto dr̄ ꝙ velle malū
nō eſt libertas:nec pars libertatis:q̄ꝫuis ſit qḋdā liber
tatis ſignū.) Hec ille.(Ex quibus pꝫ: ꝙ volūtas nō
neceſſario exit in actū reſpectu alicuius obiecti p̄ſer/
tim h̄ in via:ſic ꝙ quolibet obto p̄poſito in poteſtate
ſua eſt nullū actū habere reſpectu illius:pōt.n.intelle/
ctū ab hᵉ cognitiōe auertere:ꝛ per ꝯn̄s in aliud diuer
tendo ſup aliud obm̄ ferri.(Sed dubiū videt̄ eſſe
in p̄dictis:falſum enī videt̄ ꝙ voluntas p quocūqꝫ
ſtatu pōt reſpectu cuiuſlibet obiecti habere actū ꝛ nō
habere. Nā in patria nō eſt in poteſtate volūtatis vel
le deū ꝛ nō velle:vt dicet̄ in alia ꝯclōne.(Similiter
falſum videt̄:ꝙ volūtas reſpectu nullius eorum:que
ſunt ad finē ſit determinata. Nā ipſemet dicit p̄ma 2ᵉ
q.10.arti.2.ad 3ᵐ.ꝙ homo nāliter vult nō ſolū vltimū
finē:ſed multa alia:dicit enī ſic.(Finis vltimus ex ne
ceſſitate mouet voluntatē:q: eſt bonū pfectū: ꝛ ſimi/
liter illa:que ordinant̄ ad hunc finem:ſine q̄bus finis
haberi nō pōt:ſicut eē ꝛ viuere. et hᵐ.)(Articulo ēt
p̄mo dicit:ꝙ hō nāliter vult nō ſolū obm̄ volūtatis:ſꝫ
ꝛ alia que ꝯueniūt alijs potētijs:vt cognitionē veri:q̄
ꝯuenit intellectui:ꝛ eſſe ꝛ viuere ꝛ alia:que reſpiciunt
ꝯſiſtēriā nālē.(Ad p̄mū dubiū dr̄:ꝙ intētio ſua eſt:
ꝙ volūtas reſpectu cuiuſcunqꝫ obiecti pro quocunqꝫ
Quō p q̄cūqꝫ ſtatu poſſumus ſuſpēdere actū intelligatur.
ſtatu pōt habere actū ꝛ ſuſpendere actū: p quo ſtatu
pōt ſibi p̄poni ſub rōne boni exitus in actū vel ceſſa
tio ab actu. In patria vō nō pōt p̄poni voluntati ſub
aliq̄ ſpē boni ceſſare a dilectione dei ſm ſe:ſi trī intel/
lectus pōt ſibi p̄ponere ſub ſpē boni hoc:qḋ eſt ſuſpē/
dere talē actū:vtiqꝫ volūtas pōt illū actū intercipere:ꝛ
ꝙ iſta ſit mens eius pꝫ de veritate.q.24.arti.8.ad 2ᵐ.
ꝛ 3ᵐ.(Argumētū enī 3ᵐ eſt tale.(Liberū arbitriū hꝫ
dominiū ſui actus:ſed vti gratia eſt quidā actus libe/
ri arbitrij.ģ eſt in poteſtate liberi arbitrij vti grā vel
nō vti:ꝛ ſic per grāꝫ ꝯfirmari nō pōt.)(Argumētū
2ᵐ ꝯſimile eſt huic:arguit enī ſic.(In poteſtate liberi
arbitrij eſt vti gratia ꝛ nō vti: nā liberū arbitrium a
gratia nō pōt cogi:ſed ſi liberū arbitriū gratia infuſa
nō vtat̄:decidit in malū.ģ nulla gratia ſuperueniens
pōt libe.arbitriū ꝯfirmare in bono.(Hec ille.(Ad
iſta duo argumēta ſimiliter rn̄det dicēs.) In poteſtate
liberi arbitrij eſt nō vti habitu:cū pōt hoc ip̄m:quod
eſt nō vti habitu:ſibi p̄poni ſub ſpecie boni:qḋ de grā
in beatis accidere nō pōt.) Hec ille.(Ex quo pꝫ ſo/
lutio ad p̄mum dubiū:ſicut enī q̄ꝫuis in ptāte volūta
tis ſit vti vel nō vti habitu:cū tale vti vel non vti pōt
ſibi p̄poni ſub ſpecie boni:trī in patria voluntas neceſ
ſario vtit̄ grā:q: nō vti grā nō pōt ſibi apparere bonū
ſm ſe:cū ibi nullus poſſit eē defectus in itellectu. Ita
ſimiliter dico:ꝙ q̄ꝫuis volūtas qḋlibet obm̄ poſſit vel
le actualiter ꝛ nō velle:cum exire in actū ꝛ ſuſpendere
pōt ſibi p̄poni ſub rōne boni:trī in patria volūtas ne/
ceſſario

ceſſario exit in actū diuine dilectionis: nec pōt illā ſuſpendere: cū illud nō poſſit ꝓponi voluntati ſub rōne boni. ¶ Et ſi dicat̄ ꝙ ſaltē habet̄ ꝙ nō plus ꝑ quolibet ſtatu voluntas habeat ṗmā indeterminationē .ſ. reſpectu actus ꝙ̄ tertiā: ſꝫ reſpectu ordinandoꝝ in finem: ex quo in patria ſicut nō hꝫ tertiā: ita nō hꝫ ṗmā. ¶ Dico ꝙ tertia indeterminatio nullo mō remanet in beatis: ibi .n. nihil male appetit̄ in ordine ad finē: ſed ṗma indeterminatio .ſ. quo ad exire in actū vel nō exire remanet in patria quo ad multa obiecta: puta reſpectu oīum actuū quoꝝ ceſſatio ab actu vel nō exire pōt ꝓponi ſub ſpē boni volūtati per itellectū. ¶ Secundū dubiū etiā faciliter ſoluit̄ ſi dicta ſuperius ad memoriā reuocent̄. Intelligit eni ſanctus Tho. ꝙ voluntas nō neceſſario vult ea: que ſunt ad finē ſine qb⁹ finis haberi pōt: vel ſaltē apparet illū ſine talib⁹ haberi poſſe: talia vō nō ſunt eſſe viuere itelligere: vt ſuperius extitit ꝓbatum. ¶ Quarta ꝯcluſio eſt. Qꝫ diuina eſſentia clare viſa neceſſario mouet voluntatē creatā ad ſui dilectionē: nō ſolū quo ad ſpecificationē actus: ſed etiā ꝙ̄ ad exercitiū. Primā partē ꝯnis ꝓbat ſctūs Tho. 4°. ſen. di. 48. q. i. ar. 3°. (In ꝗlibet (iquit) appetibili ſiue delectabili duo pñt ꝯſiderari .ſ. illud: qđ appetit̄: vel qđ eſt delectabile: ⁊ illud qđ ē rō appetibilitatis vel delectabilitatis in eo: ſicͭ dt ſm Boe. in lib. de hebdōadib⁹ illud qđ ē hr̄e aliqd ꝑter ꝙ̄ qđ ipſꝫ eſt pōt: ipm vō eē nihil aliud ꝑter ſe hꝫ admixtū: ita illud qđ ē appe^{le} vel delectabile pōt hēre aliqd admixtū: vñ nō ſit delectabile vel appe^{le}: ſꝫ illud qđ eſt rō delectabilitatis nihil hꝫ admixtū: nec habere pōt. ꝓpter qđ non ſit appetibile vel delectabile: res igit̄ que ſunt delectabiles ꝓpter participationē bonitatis: que eſt rō appetibilitatis ⁊ delectabilitatis pñt apꝑheñſe nō delectare: ſed illud qđ eſt per eēntiā ſuā bonitas: impoſſibile eſt ꝙ eius eſſentia apꝑheñſa nō delectet: vñ cū deus eſſentialiter ſit ipa bonitas nō pōt diuinitas ſine gaudio videri.) Hec ille. ¶ Itē ṗma pte. q. 62. arti. 8°. ſic ait. (Eſſentia dei eſt ipſa eſſentia bonitatis: vnde hoc mō ſe hꝫ angelus videns deū ad ipm deū: ſicut ſe hꝫ quicūq; nō videns deū ad cōem rōnē boni. Impoſſibile eſt aūt ꝙ aliqs quecūq; velit ⁊ operet̄ niſi attendens ad bonū: vel ꝙ velit diuertere a bono inqntū hꝫ. angelus igit̄ videns deum nō pōt velle vel agere niſi attendens ad deū. ſic aūt volens nō pōt peccare.) Hec ille. ¶ Ex qbus pꝫ ꝙ volūtas vidētis deū neceſſario mouet̄ a deo ꝙ̄tū ad ſpēm actus: ſic ꝙ non ſtant ſimul ꝙ intellectus diuinā eſſentiā videat: ⁊ voluntas: eā odio habeat: vel nolit: aut reſpuat. imo ſi aliquē actū circa eā habeat ille erit ꝯſecutio ⁊ nō fuga: erit .n. dilectio vel delectatio: ⁊ hoc ſonat ṗma pars cōcluſionis. Qꝫ aūt ſimiliter neceſſario moueat̄ a tali obiecto ꝙ̄tū ad exercitium actus: ita ꝙ nō ſit in ꝑtāte volūtatis create viſa diuina eſſentia oēm actū circa eā ſuſpēdere: vel intellectū ab eius ꝯſideratiōe auertere: patet itē ex predictis: qꝛ illud nō pōt volūtas poſitiue aut ꝑuatiue qđ nullā ſpēm boni hꝫ: ſed cum aliquis videt deum: intellectus nō pōt voluntati dictare: aut ſub boni ſpecie preſentare: ꝙ nullū actū circa deum eliciat: aut ꝙ illo relicto alia velit: aut ꝙ intellectꝫ ab illius intuitione diuertat. ergo volūtas nō poterit illud. minor pꝫ. qꝛ aliter videns deū clare erraret ſi iudicaret aliqđ tale eſſe bonū. ¶ Confirmat̄ per ſanctū Tho. 3°. ꝯtra gent. caplo. 62. vbi ſic ait. (Impoſſibile eſt ꝙ aliquis a bono quo fruit̄ velit diſcedere niſi ꝓpter aliquod malū qđ in fruitione illius boni eſtimat̄: ſaltē ꝓpter hoc ꝙ eſtimat̄ īpedimentū maioris boni. Sicut eni nihil appetit̄ niſi ſub rōne boni: ita nihil fugit̄ niſi ſub rōne mali: ſed in fruitione illius viſionis non pōt eſſe aliqđ malū cū ſit optimū ad qđ creatura itellectualis pōt peruenire. Neq; etiam pōt eſſe ꝙ ab eo qui fruit̄ illa viſione eſtimet̄ in ea eſſe aliquid malū vel aliquid ea melius: cum viſio illius ſūme veritatis oēm falſam eſtimationem excludat. Impoſſibile eſt igit̄ ꝙ ſubſtātia intellectualis que deum videt vnquā illa viſione carere velit.) Hec ille. ¶ Itē ibidē. (Nihil qđ cū admiratione cōſiderat̄: pōt eſſe faſtidioſū: qꝛ ꝙ̄diu ſub admiratione eſt adhuc deſideriū manet: diuina aūt ſubſtantia ſemper cū admiratione a quolibet intellectu creato videt̄: cū nullus intellectus creatus eā cōprehendat: impoſſibile eſt igit̄ ꝙ ſubſtantia intellectualis illam viſionē faſtidiat: ⁊ ſic non pōt eſſe ꝙ ab illa viſione vel fruitione per ꝓpriā voluntatem deſiſtat.) Hec ille. ¶ Quinta ꝯcluſio eſt ꝙ vltimo fine clare apꝑheñſo voluntas neceſſario fruit̄. Iſta concluſio pōt ꝓbari ex dictis in ꝓbatiōe ꝗrte ꝯcluſionis: ex illis que allegata ſunt de 4°. ſen. que ꝓbant ꝙ diuina eſſentia ſine gaudio videri nō pōt. ¶ Sexta concluſio eſt: ꝙ vltimo fine apprehēſo ſub generali rōne ſūmi vl' perfecti boni: aut felicitatis: aut beatitudinis circa beatificā viſionē volūtas nō fruit̄ perfecte. Iſtā ponit ſanctus Tho. ṗmo ſen. diſ. i. q. vltima arti. ṗmo vbi ſic dicit. ¶ Fruitio ponit quādā delectationē in fine: delectatio aūt nō pōt eſſe niſi in cognoſcente: ꝓpter qđ Plato dicit ꝙ delectatio eſt generatio ſenſibilis in natura. i. que ſentit̄ nature ꝯueniens: ⁊ ideo cū creature inſenſibiles nō cognoſcāt: nec delectant̄: nec fruunt̄. ¶ Itē. Fruitio ꝓprie loquēdo eſt tm̄ vltimi finis: bruta aūt vltimū finē nō apprehendunt: nec finē ꝓximū poſſunt ordinare ad finē iſtū cū careant rōne: cuius eſt ordinare: vñ non ꝓprie fruunt̄: ſimiliter peccator ponit finē vltimū in quo nō eſt: vnde cū verum finē non habeat nō vere fruit̄. (Ulterius fruitio dicit delectationē in fine: vñ ꝑfecta fruitio nō eſt niſi perfecta delectatio: que eſſe nō pōt ante ꝯſecutionē finis: iō in via iuſtus homo nō perfecte fruit̄: ſed beati qui cōſecuti ſunt finē nunc ꝓprie ⁊ perfecte fruunt̄.) Hec ille. ¶ Ex quibus pꝫ ꝙ voluntas ante ꝯſecutionē vltimi finis: licet neceſſario diligat eum: nō tñ neceſſario fruit̄ illo: loquēdo de fruitiōe perfecta: licet loquēdo de fruitione imperfecta cōcedendū ſit ꝙ ſicut finem neceſſario diligit: ita fine neceſſario fruit̄: inquantū .ſ. deſideriū in illo quietat̄ nō ꝓcedendo vlterius: referēdo illū in aliud. Sicut eni dicit ſanctus Tho. ibidem ad qntū. (Duplex eſt quies .ſ. quies deſiderij ⁊ quies motus. quies deſiderij eſt qñ dſideriū ſiſtit in aliquo: ꝓpter qđ omnia querit ⁊ nō deſiderat aliquid vlteri⁹: ⁊ hoc mō voluntas iuſti in via quieſcit in deo. Quies aūt motus eſt qñ ꝑuenit̄ ad terminū ꝗſitum: ⁊ ita qes volūtatis erit in patria: hec aūt quies facit ꝑfectā fruitionē: ſed ṗma iperfectā.) Hec ille. ¶ Sicut aūt ipſe dicit de deo: ita pōt dici de vltimo fine apꝑheñſo ſub rōne ꝑfecti boni: in illo .n. qetat̄ volūtas ṗ mō: nō aūt ſcđo mō: ⁊ in hoc ṗmus articulus terminet̄.

Lꝫ nō perfecta imꝑfecte tñ fruit̄ quis deo ipſo non habito.

Quies duplx deſiderij .ſ. ⁊ motus.

Quantum ad 2^m mouēda ſūt dubia. ¶ Cōtra primā eni ꝯcluſionē arguit Aureolus multipliciter probando: ꝙ vltimo fine qualitercū qꝫ apprehenſo circa viſionē diuine eſſentie voluntas nō de neceſſitate elicit actum cōplacentie: aut deſiderij reſpectu ipſius. Arguit ergo ṗmo ſic. Illud voluntas nō neceſſario deſiderat: aut in illo neceſſario dele

ctaſ:ſ quo defectū repit boni ꝛ rōnē alic⁹ mali:lata.n.
ſup illā rōnē mali aut defectū boni appet ꝙ nō neceſſario
cōplacebit:ſʒ ſūmū bonū apphēſum in vli hʒ vt ſic ap
pxehēſum defectū boni ac rōnē alicui⁹ mali:vle.n.eſt
in potētia:ꝛ idcirco apphēſum in vli ꝯſideraſ ſub qdā
iperfectiōe:vñ in eē cognito eſt ipfectū puta potētiale
obſcurū nō ſatiās:nō qetās:q̄ oīa icludūt rōnē alicui⁹
defect⁹ aut mali.ḡ nō appet q̄liter ſic acceptū nec̃itet
volūtatē ad cōplacēdū in ſe:ꝛ delectabiliter qeſcēdū.
⁋ Nec valet ſiqd ſi dicaſ ꝙ ſaltē nec̃itabit ad ꝯſide/
rādū:nullū nāq; deſideriū hʒ nec̃itatē niſi q̄ten⁹ cōpla
centia ex q̄ orit eſt nec̃ia:cū igit volūtas nō nec̃io cō/
placeat in fine ſic apphenſo:nec illū nec̃io ꝯſiderabit:
aliogn nec̃ium dependeret a cōtingenti:qḋ eſt ipoſſe.
Nec ēt obſtat ſi dicaſ ꝙ in ſūmo bono apphēſo nō in
uenit aliqs defect⁹:ſʒ in mō apphendēdi:hoc qdeʒ nō
obuiat:qꝛ modus apphēdendi ſūme facit ad h̄ ꝙ obʒ
moueat:cū bonū itellectū moueat voluntatē:vt pʒ 3°
etbico.ꝛ 6°.vbi dr :ꝙ mēs practica mouet.Unde obm
clare apphenſum alr mouebit q̄ʒ ꝯfuſe ꝛ diminute co
gnitū:h̄.n.nullo mō qetat.⁋ Scd̄o ſic. Sub illo actu
nō eſt volūtas de nec̃itate qui pōt ipediri cālr ꝛ delibe
rate:ſʒ ſtante apphēſione ſūmi boni poſſibile eſt vt bō
illud nō appetat:nec ſit ſub actu deſiderij:poſſe eſt in/
quā ex inaduertētia ꝛ inattentiōe:vt pʒ ꝙ diſputātes
de ſūmo bono vel ſtudētes circa māʒ vltimi finis nō
ſūt in ꝯtinuo appetitu vltimi finis:alr ſeq̄reſ ꝙ legēs
p̄m ꝛ xm etbico.eſſet in ꝯtinuo appetitu vltimi finis:qḋ
nullus experit.Poſſibile eſt ēt ex dilectiōe:qꝛ pōt ꝯci
pi deſideriū ſub rōne ipeditiui maioris boni puta inq/
ſitiōis veritatis circa finē vltimū:qꝛ affectati nō bene
vident verū:multis ēt alijs cāis pōt ſe hō figere ꝛ mu
nire ne dū ꝯcipiet vltimū finē deſideret eū:puta qꝛ il/
lud deſideriū eſt vanū ꝛ inutile:ꝛ multa talia.ḡ volū/
tas nō nec̃io fruit aut deſiderat fineʒ ſic apphenſum.
⁋ Tertio ſic.Quilibet rediēs ad ſeipm experit illud
ꝙ fine vltimo ſic apphēſo ab eo nō nec̃io i eo ꝯplacet
aut delectaſ:qḋ pʒ:nā nullus act⁹ de nec̃itate exñs in
itellectu vel volūtate vr nos poſſe latere.Unde qlibʒ
experit qñ dubitatiue aliqd cognoſcit:ꝛ qñ certitudi/
naliter:ꝛ pari mō dʒ experiri qñ cōplacet imobilr aut
ꝯtingēter aut nō.Interrogat⁹.n.laicus qlibet facta ſi/
bi mētiōe de vltimo fine vtꝝ vellet ipm hr̄e.rñderet
nulli dubium ꝙ ſic:ꝛ ſi vltra iterrogareſ an poſſet nō
velle:rñderet vtiq; ꝙ ſi vellet nō curaret immo plus
vellet ꝑ aliq̄ ſtatu aliqd aliud.ḡ pʒ ꝙ illḋ nō volebat
de nec̃itate.⁋ Quarto ſic.Nullus act⁹ voluntatis eſt
nec̃ius niſi act⁹ reflexus ſup illū ſit nec̃ius dū volūtas
reflectit ſup illū.ver.ḡ.voluntas nō nec̃io cōplacet in
aliq̄ niſi cōplaceat ſibi nec̃io cōplacētia dūʒ reflectiſ
ſup eā:aliogn ſi nō nec̃io placet cōplacētia pōt ſibi il/
la cōplacētia diſplicere:ꝛ ſic cōplacebit triſtabiliter ꝛ
violēter ꝛ ꝯ ſpōte:qḋ eſt ipoſſe:cū oīs mot⁹ cōplacētie
ſit ſpōtane⁹:ſʒ clarū eſt ꝙ act⁹ volūtatis quo reflectiſ
ſupra cōplacētiā finis vltimi:nō eſt nec̃ius:imo multi
vellēt ꝙ illa cōplacētia eēt nec̃ia vt illi qui iſtā ꝑtem
tenēt:ꝛ iterū cōplacētia nō hʒ in ſe vñ nec̃io cōplaceat
cū nō ſit magnū bonū hoīem in tali cōplacētia occu/
pari.ḡ nec cōplacētia vltimi finis eſt in volūtate imo
biliter.⁋ Quīto ſic.In nullo imobilitaſ volūtas niſi
quieteſ in illo:ſʒ in cōplacētia vltimi finis ſic apphen
ſi volūtas nō expit qetē ſui aut ſui qetatiōnē.ḡ nec ibi
imobilitaſ:vr.n.repugnātia ꝙ cōplaceat in aliq̄ imo/
biliter:ꝛ tñ nō quieſcat in eo.⁋ Sexto.Nullus amor
ꝯcupiſcētie eſt nec̃io in volūtate niſi amor amicitie:ex
quo ꝓcedit amor ꝯcupiſcētie ſit nec̃ius:alias effectus
eēt nec̃ius ꝛ cā ꝯtingēs:qḋ eſt impoſſibile:ſed cōplacere
in vltimo fine ſic apphenſo nō eſt niſi amor ꝯcupiſcē
tie:nec.n.eū deſiderare eſt niſi ꝯcupiſcere eū:nō.n.cō/
cipit vt qddā ſubſiſtēs qḋ poſſit amore amicitie ꝯpla
cere:ſʒ potius vt qdā ꝑfectio ꝛ bonū appetētis:nūc āt
oīs talis ꝯcupiſcētia ortū hʒ ex amore ſuipſius:ſʒ cō/
ſtat ꝙ amor amicitie quo qs ſe amat nō eſt nec̃ius:ſʒ
ꝯtingēs ꝛ in nr̄a poteſtate:aliogn nō poſſem⁹ nos plus
vel min⁹ amare:nec cadēt virt⁹ ꝛ vitiū circa iſtū amo/
rē:cū v̄tus ſit habitus electiu⁹:ꝛ de eis q̄ nec̃io inſunt
nō vituperamur.ḡ ſi ꝯtingit circa iſtū amorē recte agere
ꝛ errare:imo ꝛ ſeipm cōtēnere ꝑ deū:nec̃e eſt ꝙ nul/
lius boni ꝯcupiſcētia reſpcū ſui inſit imobilr volunta
ti aut nec̃io.⁋ Confirmaſ qḋ dcm̄ eſt de amicitia re/
ſpectu ſuipſius:nā multi deſiderāt nō eē ſuiʒ:vt pʒ ꝑ
experientiā in deſperātib⁹ q ſe anullarent ſi poſſent:ꝛ ēt
fortis nō ſperans aliam vitā exponit ſe morti:vt pʒ 3°
etbico.Iſta ſunt argumēta Aureoli.⁋ Scotus aūt ꝯ Cap.io. ꝯ eādē Sco.
eandē ꝯnē ſic arguit p̄mo.Nā nihil eſt tā in poteſtate p. di.j.q.4.
volūtatis q̄ʒ ipa volūtas ſʒ Aug⁹ p̄mo retractationū: ca.9.ꝛ.22.
ex quo colligit ꝙ ſi act⁹ volūtatis ſit in poteſtate volū
tatis mediate:multo plus imediate:ſʒ in poteſtate vo
luntatis eſt velle finē ꝛ nō velle mediāte itellectu:pōt
.n.auertere itellectū a ꝯſideratione finis:quo facto nō
volet ipm.ḡ ſtāte ꝯſideratiōe poterit nō velle:vt vr.
⁋ Scd̄o ſic.Agens qḋ neceſſitaſ ad agēdū eadē nec̃i/
tate remouet ꝓhibēs actionē:vt pʒ de graui qḋ de ne/
ceſſitate moueſ deorſum:ꝛ iḋ de nec̃itate remouet oē
ꝓhibēs ſi pōt illud remouere:ſʒ volūtas nō remouet
ꝓhibēs ꝛ ipediens illā a volitiōe finis:vʒ nō ꝯſidera/
tionē intellꝰ:ꝛ tñ poſſet remouere figēdo itellectū ꝛ
manutenendo ipm in ꝯſideratiōe finis.ḡ cū nō faciat
ſequit ꝙ nō nec̃io eliciebat volitionē finis.⁋ Tertio
ſic.Impoſſibile ē extremū alicui⁹ coordinatiōis reſpi
cere extremū alteri⁹ coordinatiōis ſub q̄cunq; nec̃ita
te:qn tanta reſpiciat nec̃itate qḋcūq; mediū nec̃io re/
quiſitū iter illa extrema:ſʒ volitio finis eſt q̄ſi vnū ex
tremū coordinatiōis oīum aliarū volitionū:finis aūt
eſt aliud extremū oīum volitorū:mediū aūt inter il
la duo extrema.ſ.volitionē ꝛ finē erit ꝯſideratio ipſi⁹
finis.Hec aūt ꝯſideratio nō eſt nec̃ia:imo volūtas pōt
eā ſuſpēdere:igit nec ꝯnexio volūtatis cū fine erit de
nec̃itate.⁋ Quarto ſic.Quicqd nec̃io qeſcit in aliquo
ſibi pñte:nec̃io manutenet illud ſibi p̄ſens ſi pōt:ſicut
pʒ de graui qḋ manutenet ſe in cētro:in quo de neceſſi
tate qeſcit:ꝛ ſimiliter appetitus ſenſitiu⁹ tenet ſenſuʒ
in illo ſenſibili in quo neceſſario delectaſ ꝛ qeſcit ſi il
lud pōt pñs hr̄e.Cuius rō eſt:qꝛ ꝙ aliquid neceſſario
quieſcat in aliquo ſibi p̄ſente hoc eſt ꝓpter ꝯuenientiā
ꝑfectā:ꝛ ꝓpter eandem videſ neceſſario ſibi ꝯiungi:ꝛ
ita q̄tuʒ pōt facit ꝙ ꝯiunctio ſit p̄ſens ꝛ in actu.Sed
volūtas nō neceſſario tenet finē ſibi p̄ſentē ꝑ ꝯſidera/
tionē:ꝛ tñ pōt.ḡ nō videſ neceſſario quieſcere i fine:
apphenſo.⁋ Quinto ſic.Omne agēs neceſſario agit
de neceſſitate vſq; ad vltimū ſue potētie:vt pʒ de gra
ui qḋ toto ipetu ifert⁹ moueſ.Et rō hui⁹ eſt:qꝛ ſicut in
ꝑtāte ſua nō eſt actus ita nec intentio actus:ſed volun
tas nō ferſ de neceſſitate in finē apprehenſum ſm vl/
timū ſue potentie:nō eni experimur nos intenſiſſime
ꝛ ſm conatū ardentiſſimū diligere beatitudineʒ app/
henſam.ḡ nec dilectio finis erit in voluntate de neceſ
ſitate.⁋ Sexto ſic.Potentia libera ꝑ participationē
nō magis tendit libere in obm q̄ʒ illa que eſt libera ꝑ
eſſentiā:ſed intellectus in ꝯſiderando de fine vltimo
nō neceſſitaſ

nõ neceſſitať a volũtate.ğ nec voluntas neceſſitabiť
ad tendendũ in obm.¶ Septimo.Quãdocunq; aliq̃
agentia ſunt ordinata ſi neceſſitas eſt in ſuperiori erit
in oĩbus alijs:ſed voluntas eſt ſuperior in toto regno
aĩe:⁊ mouet itellectũ ad ꝯſiderãdũ de fine.ğ ſi in ipſo
poniť neceſſitas reſpectu finis ⁊ intellectus neceſſita/
bitur ad ꝯſiderandũ de fine:cuius oppoſitũ experimur.
¶ Contra ſcđam ꝯnẽ Aureolus arguit ꝓbando ꝙ ſit
irrõnabilis. Illud inqt eſt maxime irrõnabile ꝙ ſum
mũ bonũ vlr appꝛbenſũ n trabat imobiliter volũtatẽ
quin ſtante firma eſtimatiõe ꝙ hoc ſũmũ bonũ ſit ſo
lus deus:ipſe deus ſic apprehẽſus imobiliter moueat
ipſam voluntatẽ:hoc aũt videť neceſſariũ:qꝛ ſũpta ma/
iore per itellectũ ⁊ ei adherente voluntate:ſi ſit firma
opinio de minori abſq; hoc ꝙ nõ ſit ſcientia: ſtatiʒ cõ
Cap.5. cluſio eſt volita:vt pʒ 7°.ethico. vñ ſi volo oẽ dulce: ⁊
lacte demonſtratio ſenſus ſumit minorẽ dicẽdo hoc
eſt dulce:ſtatiʒ ꝯcluſio eſt volita.ſ.hoc lac. Pari rõne
ſi de neceſſitate volo ſũmũ bonũ ⁊ firmiter teneo ꝙ il
lud ſũmũ bonũ eſt ſolus deus:ſtatiʒ de neceſſitate cõ/
cludiť ꝙ deus de neceſſitate eſt volitus. tũ qꝛ ſtante
ꝯnexione formalis obiecti ſup qđ trãſit potentia cũ
obiecto mãli ſimul trãſit ſup vtrunq; cõpoſitũ. Si ğ
ſũmũ bonũ eſt neceſſario volitũ ⁊ illđ applicat firma
opinio ipſi deo:ſequiť ꝙ deus cõceptus vt ſũmũ bonũ
neceſſario appetat.¶ Scđo ſic. Ab illo nõ põt reſili/
re voluntas in quo nullã mali reperit rõnẽ:ſed potius
oĩs boni.ğ cũ in deo ꝯcepto a viatore ſub rõne oĩs bo/
ni viator nihil tale reperiat:ſtante iſta eſtimatione nõ
poterit reſilire:⁊ ſic nullus poterit peccare niſi prius
fiat hereticus.¶ Tertio. Si illud qđ minus ineſſe vř
ineſt ⁊ illud qđ magis:ſed minus videť ꝙ btitudo ap
prehẽſa vt ſũmũ bonũ ꝯfuſum ⁊ vlr traheret imuta/
biliter volũtatẽ q̃ȝ de deo apprehenſo vt ſũmũ bonũ.⁊
ſic certitudinaliter eſtimato:qꝛ ꝑticularia magis mo
uent q̃ȝ vniuerſalia ꝓſertim in moralibus.ğ ſi ſũmum
bonũ vlr ⁊ ꝯfuſum trahit imutabiliter volũtatez dũ/
modo apprehendať:multo fortius deus cũ eſtimabiť ſũ
mũ bonũ trahet eã ad ſe imutabiliter diligẽdũ. Nec
valet ſi dicať ꝙ hoc teneť ſolũ ꝑ fidẽ:tũ qꝛ hoc teneť
per rõnẽ ꝙ deus eſt ſũmũ bonũ quo maius excogita/
ri nõ põt:ſm Anſelmũ:ꝑ ſol.tum qꝛ lʒ teneať ꝑ fideʒ
⁊ firmã eſtimatiõnẽ eque efficaciter mouebit:ac ſi te/
Cap.3. nereť ꝑ ſciam:ſicut dicit phs 7°.ethicoꝝ.ꝯtra volẽtes
euadere rõneʒ ſocratis dicentis ꝙ ĩpoſſibile eſt agere
ꝯtra ſciaʒ:vt pʒ ibidẽ.¶ Cõtra q̃rtã ꝯnẽ arguit Adaʒ
multipliciter.¶ Primo ſic. Experiẽtia nãq; docet in
ſctẽtijs ꝙ nullũ triſtabile vel delectabile in creaturis
põt limitare libertateʒ volũtatis:vel tollere ſtãte vſu
rõnis.igiť nõ eſt rõnabile negare libertateʒ volũtatis
reſpectu dei clare viſi niſi in bono ꝯfirmeť.¶ Scđo.
Si aliqd obſtaret huic libertati vř hoc eſſet infinitas
diligibilis:vel qꝛ deficeret circa tale obm cur ſic ſuſpẽ
deret talẽ fruitionẽ aut dilectionẽ:nõ pmũ:qꝛ nõ ob/
ſtante infinitate obiecti adhuc libere ꝯtingẽter ꝯcau/
ſat in volũtate creata dilectionẽ ſui:⁊ etiã cognitioneʒ
finitã tñ. Nec 2m:qꝛ ſufficiẽs cã poſſet eẽ volũtati ex/
perientia an poſſet a dilectiõe cãnda vel ꝯtinẽda deſi
ſtere ad horã.¶ Tertio. Quia ſi ſic: hoc ꝓpue vide/
reť:qꝛ tũc iudicať ſũmũ bonũ vel ſũme debere ama/
ri ⁊ hõ:ſed hoc nõ qꝛ in via iudicamus deũ eſſe ſũme
diligibilẽ:nec tñ neceſſario eũ ſic apprehẽſuʒ diligim⁹:
⁊ ſic ẽt in via nullus mereť ex hoc ꝙ diligit deũ ſic ap
prehenſum vel iudicatũ eẽ ſũme diligibilẽ:ex quo nõ
poſſet ſtãte tali iudicio nõ diligere.¶ Cõfirmať. Qꝛ
voluntas eſt ita libera ꝙ habito dictamine practico
põt illi ſe ꝯformare:vel non ita bene reſpectu finis:ſic
reſpectu ordinãdoꝝ in finẽ.¶ Quarto. Nã Augu.pri/
mo de libero arbitrio ꝓbat ꝙ nulla res poteſt cogere
mentem ſeruire libidini.ğ electio vel volitio libidinis
nõ neceſſario ſequiť apprehẽſionẽ ꝑhabita deliberatio/
ne.igiť nec ſũmũ bonũ ĩfinitũ neceſſitat volũtateʒ ad
ſui dilectionẽ poſt cognitionẽ deliberatiuã.cõſequẽtia
ꝓbať:qꝛ obm infinitũ clare vel obſcure viſuʒ nõ mo
uet itellectũ aut volũtatẽ niſi finite:qꝛ paſſum nõ eſt
receptiuũ motionis infinite:nec mouet ad volendum
ipm effectiue per modũ obiecti niſi cauſando cogni/
tionẽ ſui finitã:ğ imediate actiue mouet ad volitionẽ.
igiť ſolũ finite fortius mouet volũtatẽ ad appetendũ
vel volendũ ipm q̃ȝ delectabile finitum.capiať ğ de/
lectabile finitũ in eadẽ ꝓportiõe fortius mouet volũ/
tatẽ ad volẽdũ ipm q̃ȝ fuerit pmũ delectabile finituʒ
datũ.igiť ſicut illud poſt deliberatiuã cognitioneʒ ſui
nõ põt neceſſitare volũtatẽ ad ſui volitionem ſeu dile
ctionẽ:ita nec obm pmũ ĩfinitũ.¶ Quinto. Nam cũ
dictamine quo cognoſcimus eſſe ſubueniẽdũ ꝓximo
ſtat ꝙ hoc nõ facimus.igiť eodẽ mõ reſpectũ dei q̃liter/
cũq; apprehẽſi.⁊ ſtãte iudicio ꝙ ipm debem⁹ ſũme dili/
gere:ſtare põt ꝙ ipm nõ diligamus.¶ Sexto. Deus
põt ad horã dare alicui fruitioneʒ:⁊ certificare ipm:ꝙ
poſt talẽ horã nõ habebit illã fruitionẽ.igiť talis põt
velle carere illa fruitiõe:ẽt ſtantibus adhuc viſione ⁊
fruitiõe:qꝛ nõ eſt ſibi ĩpoſſibile ꝯformare ſe deo in vo
lito ⁊ acceptare illđ qđ deus de ipo ad horã diſpoſuit.
¶ Cõfirmať. Qꝛ deus põt ꝑcipere voluntati ꝙ coneť
ad ſuſpẽdendũ amorẽ quo amat illũ clare viſuʒ.ğ ipa
põt velle ſuſpẽdere dcm amorẽ.¶ Septimo. Nã ali/
cui decedẽti cũ pctõ veniali poſſet de⁹ ad tps ſe clare
oñdere:⁊ ad fruitionẽ ſui eũ admittere:⁊ cũ hoc oñde
re ſibi ꝙ in purgatorio dʒ ſoluere penã debitã interru
pta tñ fruitiõe:⁊ cũ talis eẽt in charitate ꝯformaret ſe
deo in volito:⁊ cogitaret ꝙ iuſtũ eſſet eũ ad tps ꝑuari
delicto ſuo.igiť.¶ Octauo. Nã cum clara dei viſione
ſtat ꝙ deus ꝯpoſitiue ⁊ diuiſiue ꝯciperet ſub rõne di
ſplicibilis ⁊ incõmodi veri vel eſtimati:vtputa ſi oſtẽ
dereť ſic vidẽti eſſe futurus ꝑpetu⁹ afflictor vel ãnihi
lator ⁊ hõ.omne aũt apprehenſuʒ ſub rõne diſplicibilis
põt volũtas nõ velle.igiť ⁊c.¶ Nono. Nõ min⁹ libe
re ⁊ ꝯtingẽter fruiť quis deo clare viſo q̃ȝ velit btitu/
dinẽ apprehenſam:oẽs.n.volũt nãliter eẽ btĩ:ſm Aug[us]
12.de trinitate. Et Anſelmũ de caſu diaboli:⁊ tñ libe/
re põt quis velle miſeriã ſibi eternã:qꝛ ſʒ Aug[us] 3°. de
libero arbitrio.ſi diabolo dareť optio ſm rectã rõneʒ:
potius deberet eligere ſemꝑ miſer eẽ q̃ȝ nõ eẽ.¶ De/
cimo. Nã viator põt velle non eſſe:vt pʒ de achitofel
ſaule ⁊ iuda.igiť põt ſibi nolle btitudinẽ.igiť clare vi
dens deũ põt nolle btitudinẽ. Prima ꝯña pʒ ꝑ Aug[us]
pmo de ciuitate dei. Porro inquit tã nemo eſt q nõ eẽ
btũs velit:q̃ȝ nõ eẽ:⁊ quõ.n.põt eẽ btũs cũ nihil ſit. 2a
ꝯña pʒ:qꝛ nõ magis nccitať vidẽs deũ vt clare viſum
diligat q̃ȝ aliqs ad volẽdũ ſibi btitudinẽ vel bene eẽ.
¶ Undecimo. Qꝛ poſſe eẽt aliquẽ dãnãdũ clare vide
re deũ:⁊ ꝙ de⁹ reuelaret ſibi aliq̃ȝ ꝑuã penã ſibi futu/
rã:tũc ex hoc hrẽt aliquẽ dolorẽ:⁊ ꝑ ꝯñs in aliquo mi/
nuereť ſuũ gaudiũ.igř ꝑp maiorẽ dolorẽ plus minue/
ret:⁊ ꝑ ꝯñs deus poſſet facere ꝙ ille hrẽt tm̃ dolorẽ ẽt
ſtãte clara dei viſione:ꝙ ille dolor nãliter excluderet
oẽ gaudiũ ꝯñs dei viſionẽ:ſʒ frui non eſt ſine gaudio.
igiť.¶ Duodecimo. Arguit qꝛ tũc clara dei viſio face
ret volũtatẽ deſinere eẽ volũtatẽ.ꝯña pʒ ꝑ Aug[us]. 5° de

libe.arbi. Si neceſſe eſt vt velim iā nō volūtate: ſ; ne
ceſſitate: illud me velle fatendū eſt: ſ; ꝙ nō volūtate
velim⁹: ſic nō volūtate: ſ; neceſſitate ſeneſcim⁹ quiſquā
delirus dicere audeat: p; ḡ p⁹ ꝯña. ⁊ ꝑ ꝯñs ꝑ nullaȝ co
gnitionē volūtas neceſſitabiꝉ ad diligendū deū. Hec
ſunt argumenta Ade q̄ſi in forma recitata. ❡ Cōtra
eandā q̄rtā ꝯnē arguit ſic Scotus. Una potētia nō h;
niſi vnū modū agēdi: nā ſi hēret plures iā nō eſſet vna:
ſ; volūtas eſt vna ſimplex potētia cui⁹ modus eſt age
re libere ⁊ ꝯtingēter. ḡ reſpcū cuiuſcūq; aget ꝯtingen/
ter nō de neceſſitate: ⁊ ꝑ ꝯñs reſpcū finis ēt clare viſi ⁊ in
patria apphēſi. ❡ 2°. Neceſſitas agēdi nō pōt eſſe niſi
ꝑ aliqd itrinſecū p̄n° actiuo: ſ; obm clare viſuȝ nō eſt
aliqd itrinſecū volūtati. ḡ nō dabit volūtati vt de ne/
ceſſitate feraꝉ in ipſum. ❡ 3°. Diuerſa approximatio
paſſi ad agēs nō cauſat neceſſitatē aliq̄: ſ; tm̄mō itenſio
rē actionē: ſicut p; de calido reſpcū calefactibilis plus
aut minus approximati: ſ; p̄ſentia finis clare viſi non
vr̄ eē niſi maior approximatio ad volūtatē: cū.n. app/
hendereꝉ in vlī ⁊ obſcure q̄ſi videbaꝉ diſtare: cū aūt
clare ⁊ in pticulari apphēdiꝉ vr̄ eē approximatus. ḡ ꝑ
iſtā viſionē nō iferꝉ neceſſitas volūtati: ſ; oꝛieꝉ inten/
ſioꝛ gradus dilectionis in ea. ❡ 4°. Si volūtas neceſſario
vult finē ſic apphēſum: aut ad iſtū actū volūtatis mo
uet potētia aut finis aut vtrūq;: ſi finis: p; ꝙ nō eſt ne
ceſſitas: q2 deus ad nullū actū creature neceſſario mouet:
ſi potētia: p; ꝙ nulla erit neceſſitas cū agēs ſit ꝯtingēs:
ſi vtrūq;: p; ꝑ idē qm̄ vtrūq; eſt ꝯtingēs in mouēdo.
ḡ idem qd̄ p̄us. ❡ 5°. Quidocūq; p̄n^m elicitū nō neceſſario
elicit: h̄ns illud nō neceſſario agit: ſ; eadē charitas pōt eſſe
in voluntate deo clare viſo ⁊ nō viſo: ſicut p; in raptu
Pauli: nō.n. habuit aliā charitatē in raptu ⁊ aliaȝ poſt
raptū: ſ; poſt raptū nō neceſſario diligebat deū: nec elicie/
bat neceſſario actū. ḡ nec volūtas h̄ns charitatē de neceſſi
tate diligit deū ēt clare viſuȝ. ❡ 6°. Habiꝉ⁹ nō mutat
potētiā nec modū agēdi ipſius: ſ; voluntas agit libere
⁊ ꝯtingēter. ḡ q̄ñtūcūq; eleueꝉ ꝑ charitatem in patria
adhuc ꝯtingēter: ⁊ libere ⁊ nō ꝺ neceſſitate fruetꝉ. ❡ 7°.
Poteſt argui ex dictis Aureoli ꝯtra ſanctum Tho. ar
guētis ꝑ aliq̄ motiua qb⁹ ſcūs Tho. aliqñ vtiꝉ. Poteſt
ſic argui. Obiectū qd̄ nō replet totā capacitatē poten/
tie: nō imutabilr̄ mouet volūtatē: ſ; tale obm eſt de⁹:
qd̄ p;: tū q2 nō replet niſi mediāte actu dilectiōis. Di/
lectio v̄o dei ēt clare viſi nō replet totā potētiā volun/
tatis cū volūtas ſit in potētia ad multas alias dilectio
nes: tū ēt q2 nō ſaciat: q2 relinqt deſideriū potētiale re
ſpectu alteri⁹ obti: nūc aūt deo p̄ſente adhuc pōt volū
tas in pluribus alijs complacere: ⁊ forſan in experien/
tia proprie libertatis. ergo non attrahit immutabili/
ter voluntatem. Hec ille ⁊c̄.

Ad primum contra p̄maȝ concluſionē diciꝉ:
ꝙ ſc̄da reſponſio ibidem poſita
eſt bona: nō eniȝ ſūmum bonum in ſua rōne includit
defectum alicuius boni: nec rōnem alicuius mali: nec
includit in ſua ratione potentialitatem aut obſcurita/
tem vt fingit arguens: ſed omnes iſte imperfectiones
ſunt in modo concipiendi: ⁊ nō in obiecto concepto: ſ;
enim ratio vniuerſalis dicat q̄ſdam ꝯfuſionem ⁊ po/
tentialitatē: nō tamen illud eſt de rōne nature cui at/
tribuaꝉ per intellectū talis intentio: voluntas aūt cū
in ſūmū bonū ferꝉ nō vult vlītatē illā: ſ; obm cui acci
dit vlītas nō in re: ſ; vt eſt in itellectu: volūtas aūt ten
dit in rem nō vt eſt in volūtate: ſ; vt eſt in ſeipſa extra
volūtatē ⁊ itellectū. Et cū dr̄ ꝙ non ſolū imperfectio
obti: imo ēt iperfectio cognitiōis aut modi cognoſcēdi
ſūme facit ⁊c̄. dr̄ ꝙ verū eſt: ſ; ex h̄ nō ſeqꝉ qn obm h̄
perfecte cognitū qñq; neceſſario moueat potētiā ſicut ⁊ cla/
re viſuȝ: potiſſime vbi obm ſub rōne vniuerſalioꝛ eſt
vt ſit finis volūtatis: h̄ aūt eſt pfectū bonū iquātum
h̄: vt ponit. Sc̄da ꝯclō in ſuis ꝓbationib⁹ vbi ſatis de
h̄ dcm̄ eſt: ꝯcediꝉ tm̄ ꝙ magis neceſſario mouet illo mō q̄
iſto: vt p; in p̄ma ⁊ in 4ª ꝯnibus. Unde in argumento
vr̄ eē fallacia ꝯñtis arguēdo a pluribus cāis v̄itatis ad
vnā: iſta.n. ꝓpoſitio: obm clare viſuȝ mouet alr̄ q̄ obȝ
ꝯfuſe cognitū: h; multas cās v̄itatis: ⁊ tm̄ iferꝉ. ḡ ſic di
uerſimode mouet ꝙ clare apphēſuȝ neceſſario mouet: nō
aūt ꝯfuſe cognitū: arguiꝉ ad vnā illarū cārū v̄itatis: ta
lis aūt alietas pōt eē multis modis. ſ. q2 iſto mō ſūme
delectat: nō āt illo mō: aut q2 iſto mō ſaciat: nō aūt il
lo mō: aut q2 illo mō beatificat: nō aūt iſto mō: vt de/
claraꝉ 3°. ꝯtra gentiles. a caplo 36. vſq; ad 60^m. ❡ Ad
2^m dico ꝙ nō aliud ꝓbat niſi ꝙ vltim⁹ finis apphen/
ſus ſub rōne btitudinis vl̄ ſūmi boni nō neceſſario mouet
volūtatē q̄ñtū ad exercitiū act⁹: ⁊ h̄ ꝯcediꝉ: ſ; nō ꝓbat
qn neceſſario moueat volūtatē q̄ñtū ad ſpecificationē act⁹.
Dico.n. ꝙ l; actualr̄ ꝯſiderās de vltimo fine nō neceſſario
exeat in actū volēdi finē: tm̄ ſi aliquē actū circa fineȝ
habeat ille erit dilectio vel deſideriū finis aut ali⁹ act⁹
ꝓſecutiu⁹. Dico tm̄ ꝙ ſemꝑ nālr̄ vult finē: nō tm̄ ſemꝑ
actu elicito: ſ; dilectōe: q̄ eſt q̄dā iclinatio habitualis.
Unde ſcūs Tho. p̄ ſen. diſ. 1. q. vlti. arti. p̄. ad 3^m diꝉ. Di/
lectio nālis nō ponit aliq̄ opōnē in actu: ſ; tm̄ q̄ſdā nā
lē iclinationē. ❡ Ad 3^m dico ꝑ idē. Solū.n. ꝓbat ꝙ nō
neceſſario ad apphēſionē vltimi finis ꝑ itellectum ſequiꝉ
act⁹ elicit⁹ dilectiōis erga illū: nec illud qd̄ dr̄ de ruſti
co aliud ꝓbat. Dico tm̄ ꝙ nullus eſt ſiue laic⁹ ſiue ph̄s
q̄ rediēs ad ſe experiaꝉ ſe poſſe nolle btitudinē: aut eam
odire. Uñ Augu. 13. de trinitate. caplo. 3° dicit de q̄daȝ
mimo q̄ putauit ſe dixiſſe vni militi qd̄ vellet qlibet
q2. ſ. dixit oib⁹ vili vultis emere: ⁊ care vēdere. de iſto
inqt mimo ait Aug. (Q2 ſi dixiſſet: oēs bti eſſe vultis:
miſeri eē nō vultis: dixiſſet aliqd qd̄ nullus in ſua non
cogñoſceret volūtate: quicqd.n. aliud latēter velit ab hac
volūtate q̄ ab oib⁹ ⁊ in oib⁹ nota eſt nō recedit.) Hec
ille. ❡ Et cap. 5 verū eſt. (Q2 oēs hoīes bti eē volunt.
idq; vnū ardētiſſimo amoꝛe appetunt: ⁊ pꝑ h̄ cetera
q̄cuq; appetūt.) Hec ille. ❡ Ex qb⁹ p;: ꝙ ſi ruſtic⁹ iter
rogat⁹ an ſi poſſ; nolle btitudinē: rñderet ꝙ ſic: ipſe mē
tireꝉ: nā qlibet neceſſario diligit btitudineȝ habitualr̄: nec
pōt actualr̄ ei⁹ oppoſitū velle aut eā odire. Uñ magi/
ſter ſen. diſ. 25. ſecūdi libri dicit. (Beati ſic eē volum⁹
vt eē miſeri nō ſoluȝ nolimus: ſ; nequaq̄ ꝓrſus velle
poſſim⁹.) Hec ille. ❡ Ad 4^m dr̄ ꝙ aliquē ꝯplacere in
ꝯplacētia vltimi finis pōt duplr̄ ꝯtingere: vno mō vt
ipſa cōplacētia ſit obm p̄n^le alteri⁹ cōplacētie: ita ꝙ vo
lūtas in ea cōplaceat ꝑ ſe. Alio mō vt eſt cōplacētia ta
lis rei. ſ. finis vltimi: ita ꝙ rō cōplacēdi in ea nō ſit ip
ſa: ſ; finis: p̄mo mō alio actu cōplacet q̄s in fine: ⁊ alio
in actu cōplacētie: ſicut iſto mō alia eſt dilectio finis ⁊
dilectio illius dilectiōis. 2° v̄o mō eodē actu cōplacet
q̄s in fine: ⁊ in ꝯplacētia finis: ſicut eodē actu q̄s fruiꝉ
fine ⁊ fruitiōe finis: vt p̄us dcm̄ fuit. Tūc dico ꝙ ſicut
volūtas neceſſario cōplacet in fine: ita ⁊ in tali cōplacētia
finis. 2° mō: nō aūt p̄mo mō: ⁊ cū ꝓbaꝉ ꝙ nullo neceſſario
cōplaceat in tali cōplacētia: dr̄ ꝙ argumētū nō ꝓcedit
niſi de cōplacere in cōplacētia p̄mo mō ſolū: ꝓbat enī
ꝙ nō ſit magnū bonū reflecti ſup illā cōplacētiaȝ: ⁊ ꝙ
illa nō eſt magnū bonū imo forte eſt ipeditiuū maio/
ris boni: ⁊ iō nō neceſſario eſt diligēda vt p̄ncipale vo
litiuū: ſ; tm̄ finis eſt magnū bonū: ⁊ nullo mō ipediti/
uum boni:

Cōplacere ī complacētia dupliciter.

Diſtin. 1. q. 4. ꝯclone. 5.

tuꝫ boni:nō neceſſario trahit volūtatē directe ad cōpla/
cendū in ea:ꝛ ↄ̄ſr̄ ꝛ indirecte ad cōplacendū in cō/
placentia finis. ⁋ Cū aūt addit̄ in argumēto:ꝙ repu
gnat ꝙ illa complacētia reſpectu finis ſit neceſſaria:ꝛ
tamē poſſit illa cōplecētia diſplicere. Dico ꝙ nulla eſt
repugnātia: qꝛ illa diſplicētia aliud obiectuꝫ habet ꝗ̄
complacētia:nec ſunt oppoſite quāuis nūquā ſe cōpa/
tiant̄ :ſed ſucceſſiue poſſunt eſſe in voluntate. vñ argu
mentuꝫ falſe imaginat̄. Primo ꝙ cōplacētia finis ſit
illo modo neceſſaria.ſ.ꝙ neceſſario ſequat̄ apprehen/
ſionē finis. hoc eniꝫ falſuꝫ eſt. vt pꝫ per p̄dicta:ſed di/
cimus eſſe neceſſariā illo mō.ſ.ꝙ voluntas nō pōt ha
bere actuꝫ illi oppoſituꝫ. Sc̄do ſupponit:ꝙ ſint ſimul
in volūtate complacētia finis ꝛ diſplicētia illius com
placentie.tunc enī aliquis triſtabiliter diſpliceret:ſed
hoc nō ponimus: ſed cōceditur ꝙ aliquis pōt triſtari:
quia complacuit. ⁋ Ad 5^m negat̄ minor:dico enim ꝙ
voluntas quietat̄ in cōplacentia finis: loquēdo de qe
te deſiderij:nō aūt loquendo de quiete motus:quia lꝫ
voluntas habita illa complacentia adhuc moueat̄ ad
cōſequendum finē:in quo cōplacet cum nō deſideret
aliquid vltra illuꝫ:ꝛ hoc eſt quies deſiderij : vt patuit
in p̄mo articu.in ꝓbatione vltime cōcluſionis. ⁋ Ad
6^m negat̄ minor: dico eniꝫ ꝙ quilibet neceſſario amat
ſe ꝛ eſſe ſuuꝫ ꝛ ſuū viuere. ⁋ Et ad ꝓbationeꝫ dico:ꝙ
amor ſui eſt in poteſtate hominis ſic ꝙ ad illuꝫ nō co
gitur quātuꝫ ad eius exercitiuꝫ : nō tamē quātum ad
habituꝫ vel quātū ad ſpeciem actus: vt dcm̄ fuit ſupe
rius de amore naturali erga fineꝫ. ↄ̄ſtie aūt quas ar/
guens facit in oppoſitū nō valent .ſ. ꝙ ſi ille amor ſit
mō predicto neceſſarius ꝙ nō poſſit intēdi vel remit/
ti:nec iteꝝ ꝙ circa illuꝫ amorē nō cadat virtus:aut vi
tium:aut laus:vel vituperiuꝫ:aut meritū:vel demeri
tum. ſm̄ eniꝫ ꝙ dicit ſanctus Thomas de veritate.q.
Utrum quis beatitudinē appetendo mereat̄ vel nō. 22.arti.7. Volēdo illud qd̄ quis naturaliter vult ſm̄
ſe:neqꝫ eſt meritoriū neqꝫ demeritoriū: ſed ſm̄ ꝙ ſpe
cificat̄ ad hoc vel illud pōt eſſe meritoriuꝫ vel deme/
ritoriū. Et exemplificat de beatitudine:qꝛ nullus me
retur inquātū beatitudinē appetit quā naturaliter ap
petit:ſed ex hoc ꝙ appetit hoc ſpeciale qd̄ nō natura/
liter appetit.ſ.viſionē dei in quo tamē ſm̄ rei verita/
tem ſua beatitudo cōſiſtit.ſic in ꝓpoſito lꝫ nullus me/
reatur vel demereat̄ nec ſit laudandus vel vituperā/
dus:qꝛ ſe amat: qd̄ habet ex natura : tamē pōt laudari
vel vituperari:quia amat ſe ꝓpter aliquid: vel ad ali/
quid:vel aliquo mō vel ſm̄ aliquid qd̄ nō venit ex na
tura:ſed ex determinatiōe bonitatis. Vñ ſanct^9 Tho.
2^a 2^e.q.25.arti.4.ad 2^m dici. Oꝛ(amātes ſeipſos vitu
perant̄ inquātuꝫ ſe amant ſm̄ naturā ſenſibilē cui ob
temperant: qd̄ nō eſt vere amare ſeipſuꝫ:ſed ſm̄ natu
ram rōnalem: vt ſibi velit illa bona que pertinent ad
perfectionē rōnis.) Hec ille. ⁋ Cuꝫ etiā dicit arguēs
ꝙ aliqui ſe contēnunt ꝓpter deum:cōceditur:ſed hoc
nō eſt odiendo ſe:aut non amando ſe actu nec habitu:
vel naturali inclinatiōe:ſed nō obtrādo ſibi aliqua: pu
ta honores: aut alia hmōi:qb^9 poſſent retrahi vel im/
pediri a diuinis mādatis:vel cōſilijs exequēdis. Mi/
rum aūt eſt de arguente qui cuꝫ ſciat quēlibet obliga
ri ad diligendū ſe ex charitate videt̄ laudare aliquos
ſe nō amantes. ⁋ Cōfirmatio etiā facta ibidē non va
let.ſicut enim dicit ſanctus Thomas.4.ſen.diſt.50.q.
2^a.articu.p̄mo.queſtiūcula 3^a. (Non eſſe pōt duplici/
Nō eē duplr ↄ̄ſiderari ꝑt. ter cōſiderari. Uno mō ſm̄ ſe : ꝛ ſic nullo mō eſt appe
tibile cū nō habeat aliquā rōnem boni:ſed ſi pura pri
uatio boni. Alio mō pōt cōſiderari inquantū eſt ablá
tiuum pene vel miſerie: ꝛ ſic nō eſſe accipit rōneꝫ bo/
ni:carere enim malo quoddā bonū eſt: vt dicit phs.5. Cap.7°.
ethicoꝝ:ꝛ iſto mō eſt appetibile: qui quidē modus eſt
per accidens.) Hec ille. ⁋ Idē ponit p̄ma parte.q.5.
arti.2.ad 3^m. Et de veritate.q.22.arti.p̄mo ad 7^m. Cō/
ſimiliter dico de forti:ꝙ fortis eligit nō eſſe nō ſm̄ ſe:
ſed inquātuꝫ induit rōnem boni.ſ. inquātū eſt libera
tiuū ciuitatis:aut populi a malo:ſed h̄ eſt appetere nō
eſſe per accidēs:ꝛ nō per ſe:imo taliter appetēs impli
cite appetit eſſe ꝛ bonuꝫ. ⁋ Ad p̄muꝫ eoꝝ que arguit
Scotus dicit̄:ꝙ illud ꝛ alia nō ꝓbant aliud niſi ꝙ ad
apprehenſionē finis nō neceſſario ſequit̄ motio volū/
tatis quātū ad exercitiū actus:qd̄ conceditur:nō tamen
ꝓbant quin voluntas neceſſario moueat̄ a fine quan/
tum ad ſpecificationē actus modo ſepe expoſito. Ve/
rūtamen dico: ꝙ ſm̄ ꝙ bene oſtēdit Aureolus illa ar Ubi ſupra ↄ̄ opi. Sco.
gumēta nullius ſunt efficacie ad aliquid ↄcludendū.
p̄muꝫ enim peccat per fallaciā figure dictionis: qꝛ ibi
mutat̄ quid in qn̄o:ꝛ ſubſtātia in modū:nō enim ſeq/
tur:voluntas habet in poteſtate ſua actū.ergo imedia
te habet:nec nihil tam in poteſtate voluntatis ꝗ̄ ipſa
volūtas.ergo nihil imediati^9. ⁋ Vñ qꝛ volūtas mo/
uet ſe mediāte rōne:vt p̄mo moueat rōnem. Secūdo
ipſa mouet̄ a rōne vel intellectu: ſicut nauta mouet ſe
mouendo nauē:nō pōt inferri ꝙ voluntas pōt ſe mo/
uere imediate : ſicut nec de nauta ꝙ imediate moue/
ret ſe ſm̄ totū p̄mo. ⁋ Ad 2^m negat̄ maior: qd̄ pꝫ.naꝫ
appetitus bruti de neceſſitate mouet̄ ad obm̄ appeti/
bile:ꝛ tamē nō neceſſario remouet ꝓhibens illuꝫ mo
tum:qd̄ ꝓhibens eſt nō imaginari de obiecto: pꝫ eniꝫ
ꝙ appetitus aſini poſſet figere imaginationē circa ap
petibile:ſicut canes ex appetitu figunt imaginationeꝫ
circa lepores:ꝛ cati circa mures: ꝛ tamē nō neceſſario
hoc facit:ꝛ ſic nō neceſſario remouet ꝓhibēs appetibi
lis circa eos.ſ.nos imaginari. ⁋ Ad 3^m ſimiliter nega
tur maior: vt pꝫ in exemplo ꝓpoſito.nā appetit^9 bruti
q eſt extremū vnius coordinatiōis:ꝛ appetibile qd̄ eſt
alterius ordinis neceſſario ſe reſpiciunt: ꝛ tamē imagi
natio que eſt media: nō ſemper manutenet̄ in cōſide/
ratione appetibilis: vt dcm̄ fuit. ⁋ Ad 4^m ſimilr̄ ma/
ior eſt falſa: vt pꝫ in eodē exemplo. Et iterū dicit̄ :ꝙ il
lud qd̄ quieſcit in aliquo non neceſſario manutenet il
lud ſi ab alio abducat̄ :multa ſunt aūt que poſſunt in/
tellectū abducere ꝛ auertere a conſideratōe vltimi fi-
nis.ſ.cōnexio ſpecierū:ex qua orit̄ ꝙ intellectus tran/
ſeat ſubito de vno ad aliud: diſtribuendo etiā occupa
tiones ſenſuū:de quib^9 conſtat ꝙ intellectuꝫ auertere
poſſunt. ſimiliter fames:ꝛ ſitis: ꝛ alie corporales indi/
gentie:de quib^9 conſtat cōſimiliter appetitus ꝓſequē/
di fineꝫ realiter:ꝛ ea que ſunt ad finē: qui quidē oriūtur
ex deſiderio eoꝝ que ſunt ad finē.ergo nō eſt inconue
niens ꝙ volūtas nō manuteneat perpetuo volitionē
finis in ſe:aut cōſiderationē eius in intellectu . ⁋ Ad
5^m ſimiliter negat̄ maior.nā conſtat ꝙ intellectus poſ
ſibilis neceſſario mouet̄ a fantaſmate:ꝛ intellectu agē
te per ſpeciem intelligibilē : ꝛ tamē nō neceſſario agit
ſm̄ vltimum ſue potentie:eliciendo intellectionem ꝛ
cōſiderando intelligibile. ſimiliter in propoſito:poteſt
enim eſſe ꝙ voluntas aliquādo magis aliquando mi/
nus in vltimo fine complaceat: vel ꝓpter confuſioneꝫ
conſiderationem:vel ꝓpter maiorem occupationem
erga ſenſibilia: vel ꝓpter alias cauſas. ⁋ Ad 6^m dr̄: ꝙ
ↄcludit ꝙ voluntas pōt ſuſpēdere actū ſuum ab appe
titu finis: ſicut intellēs a ↄſideratiōe illius:ſed cū vlte
rius ↄcludit ꝙ nō imediate pōt voluntas ſuſpendere

actuz ꝓprium: cõmittit̃ fallã figure dictiõis: qꝛ mutat̃
modus de magis in modũ imediatõis. ¶ Ad 7m dico
ad minorẽ: ꝙ in agẽtib⁹ ordinatis ſi pͫm necitat̃ ad mo
uẽduz alia ſequẽtia: oꝫ ꝙ alia ſeq̃ntia necͤio moueant̃:
nõ tñ opꝫ ꝙ ſi pͫm necͤio mouet̃ ab obõ ſuo: ꝙ ipm ne-
ceſſario moueat alia. vñ lꝫ volũtas necͤio moueat̃ a fi
ne in vli appͥbẽſo: nõ tñ ex hoc ipſa necͤio mouet intel
lectuz ad ꝯſiderãduz de fine: nec potẽtias executiuas
ad exequẽdũ ea q̃ ſunt ad finẽ. Et põt dari inſtãtia de
appetitu bruti ꝛ imaginatõe ei⁹: g gdẽ appetit⁹ hꝫ mo
uere qñqꝫ imaginatõeꝫ ꝛ alios ſenſus bruti. ¶ Ad pͫm
ꝯ 2m ꝯnẽ dr̃: ꝙ ꝯcludit ſolũ ꝙ de⁹ ꝯcept⁹ a viatore ſub
rõne ſummi boni necͤio diligit̃ q̃ntuꝫ ad ſpecificatiõeꝫ
act⁹: vt. ſ. dcm̃ fuit in ꝓbatõe ꝯnis pͥme poſita 4. loco:
ſꝫ ex hoc nõ ſeq̃t̃ ꝙ de⁹ ſub aliq̃ rõne ſpãli. ſ. creatoris
vel bñ necͤio diligat̃: nec ſilr̃ ſeq̃t̃ ꝙ necͤio moueat vo-
luntatẽ q̃ntum ad exercitiũ act⁹. ¶ Ad 2m pꝫ ꝑ idẽ: dr̃
.n. ꝙ ſtãte firma adheſiõe: ꝛ opiõne: vel eſtimatiõe in
actu ꝙ de⁹ ſit ſũmũ bonuꝫ: voluntas nõ põt nõ eũ re-
ſpuere aut odire: cũ hoc tñ ſtat ꝙ voluntas põt nõ exi
re in actũ volẽdi circa eum. Silr̃ ſtat ꝙ ſtãte illo iudi
cio firmo in hĩtu: ꝙ de⁹ eſt ſũmuꝫ bonũ ꝛ bt̃itudo aut
felicitas nr̃a: appͥhendat̃ de⁹ actualr̃ ſub rõne punito-
ris vel ꝓhibẽtis aliq̃ delectabilia: ꝛ ꝯñter tãq̃ꝫ malus
homini ꝛ ei nociu⁹ ꝛ iniuſt⁹: ſic ꝙ hoc iudiciũ ſuggerit
appetit⁹ ſenſitiuus ex vehemẽtia paſſiõis ꝛ nõ itellus
ſꝫ dictamẽ rõnis: ꝛ tũc voluntas põt eũ hr̃e odio ſine
hoc ꝙ hõ fiat heretic⁹: ſꝫ hoc eſt odire eũ ꝑ accñs. ſ. in
ſuis effectib⁹: ꝛ nõ ꝑ ſe ꝛ ſub ꝓpͥa rõne. ¶ Ad 3m negat̃
minor: nõ. n. vr̃ magis ꝙ bt̃itudo apprehẽſa ſub rõne
ſpãli necͤio moueat voluntatẽ: ſꝫ qꝛ appͥhẽſa ſub rõne
cõi bt̃itudinis neceſſario mouet eã: qꝛ ſub rõne cõmu
ni bt̃itudis eſt ꝑ ſe obm nãle: ſub rõne autẽ pticulari
ſe hꝫ ꝑ accñs ad illud: ſicut ſub rõne viſiõis dĩne eẽn-
tie vel bñ. ¶ Ad alia q̃ dñr in argu⁹ pꝫ ꝑ predicta: ꝯce
do. n. ꝙ ſtante illa eſtimatiõe: de⁹ eſt ſũmũ bonuꝫ: ſub
tali rõne de⁹ necͤio diligit̃ ꝛ necͤio mouet voluntatem
q̃ntũ ad ſpecificatiõeꝫ actus: nõ aũt q̃ntũ ad exercitiũ:
ſꝫ deum taliter diligi eſt ꝑ accñs: qꝛ ꝑ ſe diligit̃ tali di
lectiõe ſummũ bonum aut beatitudo.

Ad primũ dr̃: ꝙ illud argu'm nil aliud ꝯcludit
niſi ꝙ volũtas nõ vult vltimũ finẽ
niſi libere ꝛ ſine coactiõe: cũ hoc tñ ſtat ꝙ necͤio vult
illũ nõ gdẽ necitas coactiõis: ſꝫ necitate nãlis inclina-
tiõis. Hãc ſolõnẽ dat ſcũs Tho. in multis locis ſignã-
ter de vitate. q. 22. ar. 5. vbi ſic dicit in pncipali ſolõne.
(Duplex ẽ necitas. ſ. coactiõis: ꝛ hec in volũtatẽ nullo
mõ cadere põt: ꝛ necitas nãlis iclinatõis: ſicut dicim⁹
deũ de necitate viuere: ꝛ tali necitate voluntas aliqd
de necitate vult.) Hec ille. ¶ Idẽ põit. q. 24. ar. p. ad
2m vbi dicit ſic. (Sicut de pͥmis pncipijs nõ iudicam⁹
examinãdo: ſꝫ eis nãliter aſſentimus: ꝛ ſm ea oĩa alia
examinamus: ita in appetibilib⁹ de fine vltĩo nõ iudi
camus iudicio diſcuſſiõis vel examinatiõis: ſꝫ nãliter
approbam⁹: ꝓp qđ de illo nõ eſt electio: ſꝫ volũtas. ha
bemus igit̃ reſpcũ ei⁹ liberã voluntatẽ cũ necitas nã-
lis iclinatõis libertati nõ repugnet ſm Augu. 5. de ciui
tate dei: nõ aũt liberꝫ arb. ꝓpͥe loquẽdo: cũ ſub electio
ne nõ cadat.) Hec ille. ¶ Ex quibus dictis hẽmus p: ꝙ
nõ ſeq̃t̃ voluntas reſpectu vltimi finis clare viſi hꝫ li
berã volitionẽ. igit̃ põt ipm nõ velle vel nõ diligere.

2o ꝙ nõ ſeq̃t̃ nullũ delectabile aut triſtabile creatũ
põt necͤio mouere voluntatẽ ad ſui ꝓſecutionẽ aut fu
gã. igit̃ nec vltim⁹ finis clare viſus: qꝛ voluntas nõ in-
clinat̃ ad alia necitate nãli: ſicͭ ad vltimuꝫ finẽ. ¶ Ad
2m dr̃: ꝙ libertati voluntatis nihil obſtat in via nec in
pñia: tñ in btĩs necͤio mouet̃ in pñia. Tunc cũ q̃rit̃. vñ
venit illa necitas: dico ꝙ nõ puẽit ex ſola ĩfinitate ob-
iecti: ſꝫ ex pfecta ꝯiunctiõe ad tale obm ſibi ꝯueniẽtiſ
ſimũ ꝑ clarã viſionẽ: per quã necͤio iudicat illud obm
oĩb⁹ pẽſatis eẽ ꝓ tunc diligẽdũ ſup oĩa: nec illud iudi-
ciũ eſt in ptãte creature ad ſuſpẽdẽduz illud: ꝛ iõ nec
appetitus aut fruitio illud iudicium ſequẽs. vnde ſan-
ctus Thomas de veritate. q. 24. articu. 2. (Tota (in-
quit) ratio libertatis ex modo cognitõis dependet: ap
petitus enim cognitõeꝫ ſequit̃: cũ appetitus non ſit
niſi boni qđ ſibi per vim cognitiuam ꝓponit̃: ꝛ ꝙ ap-
petit⁹ qñqꝫ videat̃ cognitõeꝫ nõ ſeq: hoc ideo eſt: qꝛ nõ
circa idẽ accipit̃ appetit⁹ ꝛ cognitiõis iudiciũ: eſt. n. ap-
petit⁹ de pticulari appetibili: iudiciũ vͦ rõnis ẽ qñqꝫ
de aliq̃ vli: qđ eſt qñqꝫ ꝯriũ appetitui: ſꝫ iudiciũ d̃ hoc
pticulari vt nũc opabili nũq̃ꝫ põt eẽ ꝯrium: q. n. vult
fornicari: lꝫ ſciat in vli fornicatõeꝫ malã eẽ: tñ iudicat
ſibi: vt nũc bonũ eſſe hunc actũ fornicatiõis: ꝛ ſub ſpẽ
boni ipꝫ eligit. Nullus. n. intẽdẽs ad malũ opat̃: ꝛ iõ ſi
iudiciũ cognitiue nõ ſit in ptãte alic⁹: ſꝫ ſit ei aliũde d̃-
terminatum: nec appetit⁹ erit in ptãte ei⁹.) Hec ille.
¶ Et nota vltima vͣba. Nunc aũt ita eſt ꝙ iudiciũ de
ꝓſecutõe re⁹ vltimi finis vel clare viſi: vel ſub rõne ꝑ-
fecti boni apprehẽſi nõ ſubeſt ptãti volũtatis: ſꝫ eſt ei
dem prefixũ a deo: ad hoc. n. habemus quendã habi-
tum ꝯnaturalẽ qui dr̃ ſinderesis q ita ſe habere reſpe-
ctu pͥmoꝝ pncipioꝝ in operabilib⁹: ſicut habitus q dr̃
intellus ſe hꝫ reſpcũ pncipioꝝ in ſpeculabilib⁹: vt pro-
bat ſctũs Tho. pͣ parte. q. 79. ar. 12. Et pͣ 2e. q. 21. arti. 1.
Signãter aũt clare vidẽs deũ nõ hꝫ in ptãte ſua ſuſpẽ
dere iudiciũ illud q̃ iudicat obm illud eẽ ſũme diligẽ
dũ: qꝛ illa viſio nõ eſt in ptãte ſua: ſecus eſt de appͥhen
ſiõe vltimi finis in via: qꝛ illã põt ſuſpẽdere qñ vult
ꝛ ꝯñter ceſſare ab appetitu finis. ¶ Dico vlteri⁹ ꝙ iõ
tale obm necitat voluntatẽ: qꝛ ꝓpo: ſit̃ ſub rõne ĩfiniti
boni ꝛ vlis boni. Et cũ dr̃ ꝙ nõ obſtãte ĩfinitate ad-
huc mouet ꝯtingẽter ꝛc̃. Dr̃ ꝙ lꝫ illud obm. ſ. de⁹ q̃ntũ
eſt de ſe poſſit nõ mouere voluntatẽ: tñ ipſa volũtas
nõ põt q̃ntũ eſt ex ſe nõ mouere: imo nãli necitate in-
clinat̃ in illud. Cui⁹ rõnẽ aſſignat ſctũs Tho. pͣ pte. q.
82. arti. 2. ad 2m vbi ait. (Mouẽs tunc ex necitate cãt
motuꝫ in mobili qñ ptãs mouẽtis excedit mobile: ita
ꝙ tota ei⁹ poſſibilitas mouẽti ſubdat̃: cũ aũt poſſibili-
tas volũtatis ſit re⁹ boni vlis ꝛ pfecti nõ ſubijcit̃ eius
poſſibilitas tota alicui pticulari bono: ꝛ iõ nõ ex neci-
tate mouet̃ ab illo: ſed a bono vli.) Hec ille. ¶ Dico
vlteri⁹: ꝙ clare vidẽs deũ nõ põt q̃ntũ ex ſe eſt iudica-
re ꝙ bonũ eẽt ſuſpẽdere illũ actũ fruitõis ad experiẽ-
duꝫ ꝓpͥã libtatẽ: qꝛ iſtud iudiciũ ꝯriat̃ iudicio q̃ iudi
cat tale obm ꝓ tũc eẽ diligẽduꝫ: qđ gdẽ iudiciũ ſuſpẽ-
dere nõ põt vt pdicatũ eſt: ſi tñ ꝑ dei potẽtiã tolleret̃
illud pͫm iudiciũ. ſ. quo iudicat vͭtute diuine viſionis il-
lud obm eẽ. tunc diligẽdũ ꝛ crearet̃ 2m iudiciũ de q̃ lo-
quit̃ arguẽs. tunc forte poſſet nõ diligere obm diuinũ:
ſꝫ de illis miraculis nõ eſt ſmo ꝓ nunc. Sufficat enĩ
nobis hẽre ꝙ voluntas creata nõ põt ſe ꝯtinere ab il
lo actu nec illũ ſuſpẽdere põt: lꝫ de⁹ hoc poſſit. ¶ Ad 3m
dico: ꝙ cã ibidẽ tacta bona eſt: addito ꝙ illud iudiciũ
tã in vli q̃ꝫ in pticulari: ꝛ ꝓ tali tpe nõ eſt in ptãte iudi
cãtis: vt illud ꝯtinuet vl ſuſpẽdat. Et cũ dr̃ ꝙ i via ꝛc̃.
Dico ꝙ qñcũqꝫ q in via iudicat deũ ꝓ tunc eẽ ab eo
diligẽdũ oĩbus pẽſatis: nec hꝫ nũc qđcũqꝫ iudiciuꝫ op
poſituꝫ formalr̃ vel vͭtualr̃ illi iudicio p⁹ ſemp diligit
deũ: ꝛ poſito tali iudicio ponit̃ talis appetit⁹. Et cũ dr̃
arguẽs

Dñ veniat ne-
ceſſitas q̃ ne-
ceſſario mo-
uet beatorũ.
Voluntas pͣ
ꝛ declaratio

nibus predictis reſpondeat quaſi per eas impfecte re preſentata: ⁊ ſic oēs ille rōnes ſunt quidē in intellectu noſtro: ſicut in ſubiecto: lꝫ in deo ſunt vt in radice veri ficāte has ↄ̄ceptiones.) Hec ille. ❡ Ex q̄bus patꝫ: ꝙ ens bonū iuſtuꝫ: que ſunt cōiter dicta de deo ⁊ creatu ra nō dicūt duos ↄ̄ceptus. ſ. vnuꝫ dei ⁊ aliū creature: ſed eūdē: que tamē eſt impfecta rō dei: ⁊ pfecta creatu re: quo tn̄ ↄ̄ceptu ↄ̄cipitur deus ⁊ creatura. Cōſimile ponit p̄ ſen. diſt. 19. q. 5. arti. 2ꝰ ad primū: vbi vult ꝙ deꝰ ⁊ creatura ↄuenīūt in vna cōi intētione quā ſignificat nomē analogū: licꝫ ſm prius ⁊ poſterius: ait enim ſic. (Aliquid dr̄ ſm analogiā triplr. Uel ſm intētionē tm̄: ⁊ nō ſꝫ eē: ⁊ hoc eſt quādo vna intētio refertur ad plu ra per prius ⁊ poſteriꝰ: que tamē nō habꝫ eē niſi in vno ſicut intētio ſanitatis refert ad animal: ⁊ vrinā ⁊ dietā diuerſimode ſm priꝰ ⁊ poſteriꝰ: nō tn̄ ſm diuerſum eē: q2 eē ſanitatis nō eſt niſi in aiali. (Uel ſm eē: ⁊ nō ſꝫ intētionē: ⁊ hoc ↄ̄tingit qn̄ plura parificant in intētio ne alicuius: ſed illud cōe nō hꝫ eē vnius rōnis in oibꝰ ſicut oia corpora parificātur in intētione corporeitatis vnde logicus qui ↄ̄ſiderat intētiones tm̄ dicit hoc no men corpus: de oibus corporibꝰ vniuoce predicari: ſed eē huius nature nō eſt eiuſdē rationis in corporibꝰ cor ruptibilibꝰ ⁊ icorruptibilibꝰ: vnde quātū ad metaphy ſicuꝫ ⁊ naturalē qui ↄ̄ſiderāt res ſm ſuum eē: nec hoc nomē corpus: nec aliqđ aliud dr̄ vniuoce de corrupti bilibus ⁊ icorruptibilibꝰ: vt pꝫ ex pho. 10. metaphyſice ⁊ cōmētatore. (Uel ſm intētioneꝫ ⁊ ſm eē: hoc eſt qn̄ nec parificant in intētione cōi: neq in eē: ſicut ens dr̄ de ſubſtantia ⁊ accidēte: in talibꝰ opꝫ ꝙ natura cōis ha beat aliqđ eē in vnoquoq eorū: de q̄bus dr̄: lꝫ differēs ſm rōnē maioris ⁊ minoris perfectionis. Et ſimilr di co: ꝙ veritas ⁊ bonitas: ⁊ oia hꝫ dicūtur analogice de deo ⁊ creaturis: vnde opꝫ ꝙ ſm ſuuꝫ eē oia hec ſint in deo ⁊ creaturis ſm rōnē maioris ⁊ minoris perfectio nis.) Hec ille. ❡ Ex q̄bus pꝫ: ꝙ intētiones importate per hec noia cōiter dicta de deo ⁊ creaturis ſunt in deo ⁊ in creaturis eo modo quo itētio dr̄ eē in re: nō. ſ. ſub iectiue: lꝫ ſicut in fundamēto veritatis ſue: licꝫ ille in tētiones perfectius fundamētuꝫ habeant in deo q̄ꝫ in creaturis: cū hoc tn̄ ſtat ꝙ impfectius repſentāt deuꝫ q̄ꝫ creaturas: q2. ſ. ſunt imediate ſūpte a creaturis ⁊ nō a deo. Et ſic pꝫ p̄ma pars huius ↄcluſionis. ❡ Sꝫ ſcđa ꝓbat ſic per eūdē p̄ ſen. diſt. 35. q. 1. artic. 4. (Uniuoce (inq̄t) nihil pōt de deo ⁊ creatura dici. Huius rō eſt: q2 cū in re ſit duo ↄ̄ſiderare. ſ. naturaꝫ vel quidditatē rei: ⁊ eē ſuum: opꝫ ꝙ in omnibus vniuocis ſit cōitas ſꝫ ipſam nāe quidditatē ⁊ nō ſm eē: quia vnum eſſe non poteſt niſi in vna re: vnde humanitas non eſt eadē ſm idē eē in duobus hominibus: ⁊ ideo quādocūq forma ſignificata per ipſum eſt ipſuꝫ eē: nō poteſt vniuoce ↄ̄ uenire: ꝓpter quod etiam ens nō predicatur vniuoce: ⁊ ideo cum omnia que dicūtur de deo natura vel for ma ſit ipſum: q2 ſuum eē eſt ſua natura: ꝓpter quod di citur a quibuſdā philoſophis: ꝙ eſt ens non in eēntia: ⁊ eſt ſciēs nō per ſciētiaꝫ: ⁊ ſic de alijs: vt itelligatur eēn tia nō eē aliud ab eē: ⁊ ſic diſtingui: ideo nihil vniuoce de deo ⁊ creaturis dici poteſt.) Hec ille. ❡ Eādē ꝓba tionem ponit de veritate. q. 2. arti. 11. (Impoſſibile eſt (inq̄t) aliquid p̄dicari vniuoce de deo ⁊ creatura: in omnibus enim vniuocis cōis eſt ratio nominis vtriuſq eorū: de quibus nomen vniuoce predicatur. ⁊ ſic quan tum ad illius nominis rationem vniuocata in aliquo ſunt equalia: q̄uis ſm eē vnum altero poſſit eſſe prius vel poſterius: ſicut in ratione numeri omnes numeri

Triplr aliqđ ſꝫ analogiā dr̄.

T. c. 26.

ſunt equales q̄uis ſm naturam rei vnus alio prior ſit:
creatura autē quantūcūq̄ imitetur deū: nō poteſt atti
gere ad hoc vt eadem ratione aliquid ſibi cōueniat: q̄
cōuenit deo: illa enim que ſm eandē rationem ſunt in
diuerſis: ſunt eis cōia ſm rationē ſubſtātie vel quiddi/
tatis: ſed ſunt diſtincta ſm eſſe: quecq̄d autē eſt in deo
hoc eſt ſuū ꝓpriū eſſe: ſicut eniꝫ eſſentia in eo eſt ideꝫ
qḋ eē: ita ſciētia eſt idem: q̄ ſciētem eſſe: vnde cū eſſe
qḋ eſt proprium vni rei nō poſſit alteri cōicari: impoſſibi
le eſt vt creatura pertingat ad eādem rationē habendi
aliquid qḋ habꝫ deus: ſicut impoſſibile eſt q̄ ad idē eē
perueniat. Similr etiā in nobis eſſet: ſi eniꝫ i petro nō
differret homo ⁊ hominē eſſe: impoſſibile eſſet q̄ vni/
uoce homo diceret̄ de petro ⁊ paulo: qbus eſt diuerſuꝫ
eſſe.) Hec ille. ¶ Et in hoc prim⁹ articulus terminat̄.

Utrū ens ha beat vnā rō nē Aure. p̄. di. 2. q. 1.

Quantum ad ſecundū articulū mouenda ſunt
dubia. Naꝫ cōtra quedā dicta in pri
ma cōcluſione. ſ. q̄ ratio ⁊ cōceptio entis prima eſt in/
ter omnes: ⁊ in illā oēs alie ſoluuntur: arguit Aureolus
multiplr ꝓbando: q̄ ens nullā vnam habeat rationē.
¶ Primo ſic. Ille cōceptus qui icidit in idētitateꝫ oi/
modam nullo penitus addito cū omni ratione: non di
cit aliquā vnā rationē: hec ꝓpoſitio tenet in virtute pri
mi principij. Quecūq̄ vni ⁊ eidē ſunt eadē: inter ſe ſūt
eadem illo modo idētitatis quo ſunt eadem in tertio.
Sed cōſtat q̄ ꝓprie rationes entiū nō ſunt eedē inter
ſe: ſed diſtincte: ergo nō poſſunt eſſe eedē alicui vni ra/
tioni quin ſaltē addant aliquam ꝓpriaꝫ rationē illi in
qua cōueniunt: per quā inter ſe formaliter diſtinguan
tur: ſed cōceptus entis in idē coincidit cum omni rōne
nullo ſibi addito. Aut eniꝫ coincidit aliquo ſibi addito
aut nullo: cū ſint cōtradictoria aliquid ⁊ nullū. Si ali
quo addito: ergo ente addito: cū ens ⁊ aliquid idē ſint:
ens autē enti addi nō pōt: imo volens dare q̄ cōcept⁹
entis coincidat cū aliquo addito cōcedit q̄ nullo: ⁊ ha/
betur ita ꝓpoſitum: relinquitur ergo q̄ conceptus entis
nō icludat aliquā vnaꝫ rationē. ¶ Secūdo ſic. Quan
docūq̄ differētie diuidētes cōceptum aliquē ſic ſe ha/
bent: q̄ nō eſt poſſibile dare mediū per abnegationeꝫ
⁊ indifferentiā vtriuſq̄ ꝯceptus: ille qui per tales diffe
rentias diuiditur: eſt denudatus ab omni vna ratione:
hec ꝓpoſitio pꝫ: qm̄ ex oppoſito p̄dicati deſtruit̄ ſubie
ctum: ⁊ idcirco predicatū clauditur in ſubiecto: cōſtat
enim q̄ ſi cōceptus icludit aliquam vnā rationē: illaꝫ
rationē opꝫ eſſe idifferentē differentijs diuiſiuis: ⁊ me/
diam per abnegationeꝫ vtriuſq̄: ſicut pꝫ q̄ ratio ſenſi/
bilis: nec eſt rōnalis: nec irrōnalis: ſed abſtracta ⁊ me/
dia: ⁊ idifferens ad vtrūq̄: vnde ſi ratio ſenſibilis eſſet
rōnalis ⁊ irrationalis: neceſſario ſenſibile diuiſum per
rōnale ⁊ irrōnale nō diceret vnam rationē ſed plures:
vt pꝫ. ¶ Sed cōſtat q̄ ens diuidit̄ p abſolutū ⁊ reſpe
ctiuum: ⁊ nō eſt aliqua ratio que poſſit abſtrahere ⁊ ſe
habere per indifferētiā ad abſolutum ⁊ reſpectiuū: oīs
enim ratio vel eſt abſoluta vel reſpectiua: nec eſt poſſi
bile imaginari aliquam: que nō ſit actu abſoluta ratio:
vel reſpectiua ratio: cū cōtradictorie ſe habeāt: eſſe ad
ſe ⁊ eſſe ad aliud. ergo cōceptus entis diuiſus per abſo/
lutū ⁊ reſpectiuū eſt denudat⁹ ab omni vna rōne cōi.
¶ Tertio ſic. Primo diuerſa nō cōueniunt in aliqua
vna rōne cōi. nā ſi ꝯueniunt: aliquo differunt: ⁊ aliquo
T. c. 24. cōueniunt: ⁊ ſic nō ſunt p̄mo diuerſa: ſicut pꝫ. 10. meta.
ſed decē predicamēta cōueniunt in conceptu entis: vt
pꝫ: decē enim predicamēta ſunt oīo diuerſa: primo qꝛ
ſunt p̄mo itellecta irreſolubilia ſimplicia: ⁊ que diffini
ri nō poſſunt: nec cōponūtur ex duobus ꝯceptib⁹: ſicut

dicit Cōmētator 3° metaphiſice ⁊ 8° ⁊ ph̄s ibidē: ⁊ de/ C. 24.
claratur. nam cōceptus ſubſtantie eſt hoc aliquid ſiue
preciſum ens: cōceptus vero accidētis eſt hō: ſic q̄ acci
dentia nō ſunt niſi modi ⁊ actus ⁊ diſpoſitiones ſubſtā
tie: que eſt res preciſa. Iſte aūt ꝯceptus hoc aliquid nō
poteſt reſolui in duos ꝯceptus niſi forte qs imagine/
tur ipſum reſolui in hoc ⁊ aliquid: qḋ nō pōt dici: qꝛ eē
hoc: eſt eē aliquid: ⁊ ita eēt ibi bis aliquid: vnde tot⁹ cō/
ceptus pōt importari per eſſe hoc preciſum ⁊ determi/
natū in entitate: ⁊ hoc eſt qḋ ph̄s frequēter dicit ſubſtā
tiam ſignificare hoc. ſ. terminatū ⁊ preciſum cōceptuꝫ
habere: omnia aūt accidētia habēt cōceptuꝫ ipreciſuꝫ:
ſic igitur totus cōceptus ſubſtātie eſt ſimpliciſſim⁹: ⁊ p
ꝯñs p̄mo diuerſus: ⁊ eodē modo ꝓbatur de quātitate
⁊ alijs p̄dicamētis. ¶ Nunc reſumatur argum̄ ſic. Cō/
ceptus ſimpliciſſimi ſe totis diſtincti tāq̄ primo diuer
ſi nō cōcurrūt ad aliquē cōceptum habētē aliquaꝫ ra/
tioneꝫ: ſed decē predicamēta habēt ꝯceptus ſimplici/
ſimos ſe totis diſtinctos: ⁊ primo diuerſos. ergo ꝯcept⁹
entis in queꝫ ꝯcurrūt eſt ſpoliatus ab omni rōne vna
cōi. ¶ Quarto arguitur ꝯtra primā ꝯcluſionē ab alijs
ſic. Illud qḋ imediate ⁊ prima ſignificatione dicit oīa
que ſunt in decē predicamētis: nō hꝫ vnū cōem cōce/
ptum: qm̄ ſi haberet: p̄mo ſignificaret illū: ⁊ eo mediā/
te ſignificaret alia: ſicut animal qḋ p̄mo ſignificat ſen/
ſibile: ⁊ mediāte ſenſibili ſignificat ſpēs contentas ſub
eo. Sed Cōmētator dicit. 10. metaphiſice: q̄ ens ⁊ vnū C. 8°.
ſignificāt imediate: ⁊ p̄ma ſignificatiōe: qḋ eſt in vno/
quoq̄ predicamētorū. ergo nō habꝫ vnum cōceptum.
¶ Quinto. Si ens diceret vnū cōceptum: decē predi/
camēta nō eēnt altiſſima ⁊ prima itellecta: qꝛ ens eēt
altius ⁊ p̄mo itellectū: ſed Cōmētator dicit 3°. metaph. C. 10°.
q̄ predicamēta ſunt prima itellecta: ⁊ Porphyrius di C. de ſpē.
cit: q̄ ſunt altiſſima ⁊ p̄ma rerꝫ p̄ncipia. ergo ⁊c̄. ¶ Se
xto. Si ens diceret vnuꝫ cōceptum: decē predicamēta
nō eſſent ſimplicia: cōponerētur enim ex cōceptu ētis
⁊ ex aliquo ꝯtrahēte: ſed Cōmētator dicit 8° metaph. C. 8°.
q̄ predicamēta ſunt genera ſimplicia altiſſima: cū nō
habeant genera ⁊ diffinitiones: diffinitiones eniꝫ ſunt
cōpoſitorū. igitur ⁊c̄. ¶ 7°. Si ens diceret vnū ꝯceptū
aliquid poſſet reperiri cōe decē predicamētis: puta cō/
ceptus entis: ſed cōmētator dicit. 10. metaphiſice: q̄ nō C. 6°.
inuenitur aliquid qḋ ſit cōe predicamēto ſubſtātie: ⁊ q̄/
litatis: ⁊ aliorū predicamētorū. Et ph̄us 3° phiſicorꝫ di T. cō. 4.
cit: q̄ ſubſtātie qualitati: ⁊ quantitati nihil eſt cōe acci
pere. Et Cōmētator dicit ibidē: q̄ impoſſibile eſt aliqḋ C. 4°.
cōe inuenire decē predicamētis: in qbus inuenitur mo
tus. ergo ens nō importat vnuꝫ cōceptum cōmunem.
¶ Octauo. Si ens diceret vnū cōceptuꝫ cōem ⁊ vni⁹
rationis: eſſet genus ad decē predicamēta: ſed ph̄us h̄ T. cō. 10.
negat 3° metaphiſice. igitur nō dicit aliquid cōe. Nec
valꝫ ſi dicatur: q̄ dr̄ per prius ⁊ poſterius: ⁊ ideo nō eſt
genus: eodē mō enim rō aīalis per prius ſaluat̄ ⁊ per/
fectius in hoīe q̄ in alijs: vnde eſt menſura ⁊ nobiliſſi/
mū animaliū: vt ph̄s dicit p̄mo de aīalibus. Et ſimilr C. 6°.
ratio coloris prius eſt in albedine: cū ſit mēſura colorū
vt dr̄. 10. metaphiſice: ⁊ vniuerſalr inter ſpēs vnius ge/ T. cō. 2.
neris poteſt eſſe prius ⁊ poſterius: q̄uis nō iter indiui/
dua vnius ſpēi: vt pꝫ 3° metaphiſice. Nō impeditur ḡ T. cō. 10.
quin ens ſit genus ſi dicit vnum conceptū dato q̄ pri⁹
dicatur de ſubſtantia ⁊ poſterius de accidente. ¶ No
no. Illud nō importat vnum cōceptuꝫ infra cuius ra/
tionem eſt prius ⁊ poſterius ⁊ attributio: ſi eniꝫ eſt ibi
prius ⁊ poſterius diſticta ſunt: ⁊ in actu illa: quorꝫ vnuꝫ
eſt prius aliud poſterius: impoſſibile eſt eniꝫ reſpectū

prioritatis ⁊ poſterioritatis ⁊ attributionis eſſe niſi īter
actu diſtincta: ſed īfra primum ſignificatū entis eſt at-
tributio: ſignificat enī accidens in attributione ad ſub-
T.cō.2. ſtantiam 4° metaphyſice. igitur ⁊c. ℂ Decimo. Quia
licet cū vnitate cōceptus ⁊ rationis ſtet prius ⁊ poſte-
rius in ſecūdario ſignificatis: nō tamē in pmario ſigni-
ficatis. verbi gratia: animal primo ſignificat ſenſibile
ſecūdario vero ⁊ mediāte ſenſibili ſpecies ſignificat.
Stat igitur prioritas ⁊ poſterioritas ⁊ attributio inter
ſpēs cū vnitate ſenſibilis: que eſt ratio animalis: ſʒ ſi
infra rationē ſenſibilis: vt primo ſignificatur per aīal
eſſet aliquid prius ſignificatū: ⁊ aliquid poſterius: vel
aliquid per ſe: ⁊ aliud per attributionē ad illud per ſe:
impoſſibile eſſet rationē animalis eſſe vnā: in actu enī
attribueretur prioritas ⁊ poſterioritas: ſed in primo ſi-
gnificato entis eſt attributio: ⁊ prioritas ⁊ poſterioritas
4° me.t.c.4. ſm phm: ens enim ſignificat ſubſtantiā primo: ⁊ acci-
dentia per attributionē ad ſubſtātiam. ergo de neceſſi-
tate plures cōceptus ⁊ rationes in actu īportat. ℂ Un-
decimo. Omne illud apud Platonē habebat ideam
vnam: qđ habebat vnū conceptum. nam illum conce-
ptum ponebat ſubſiſtētem: ⁊ erat ydea: ſed phus dicit
Cap.7. pmo ethicorū: ꝙ Plato nō debuit ponere vnam ydeā
in ente. ergo ens ſm mētē Ariſto. nō dicit vnum con-
ceptū. ℂ Duodecimo. Illud qđ ſic ſe habʒ ad ſignifi-
cata ſua: ſicut ſanum ad ſua nō importat vnā rationē:
a ſanitate enī animalis ⁊ diete ac potionis nō abſtra-
hitur vnus cōceptus cōmunis: qui ſanitas appelletur:
ſed ſic ſe habet ens ad decem genera: ſicut ſanum ad
T.c.4. ſua ſignificata: vt phs dicit 4° metaphyſice. ⁊ Cōmen-
tator ibidē. ℂ 13°. Illud qđ dicitur analogice de ſuis ſi-
gnificatis nō importat vnam rationē: equiuoca enim
ſignificāt plures ratiōes: analoga vero ſunt vera equi-
uoca: niſi ꝙ nō ſunt a caſu: nomē quippe canis caſuali-
ter impoſitū eſt latrabili ⁊ marino: qui enim impoſuit
nomē latrabili nō habuit reſpectū ad marinū: ⁊ ſimi-
liter qui impoſuit nomē altari are nō habuit reſpectū
ad ſtabulum porcorū: ⁊ tamē ara ſignificat vtrūqȝ. In
analogis vo qui impoſuit nomē ſani diete ille habuit
aſpectū ad ſanitatē animalis. Ex quo pʒ: ꝙ analoga
vere ſunt equiuoca quo ad plura ſignificare: differunt
tamē qꝛ equiuoca ſunt a caſu īpoſita illis pluribꝰ: ana-
loga vero habēdo aſpectū ⁊ attributionē ad vnum: ⁊
Ca.7. hec differētia ortū habʒ ex dictis phi pmo ethicoꝝ di-
cētis: ꝙ analoga nō aſſimilātur a caſu equiuocis: ſʒ cer-
te ei qđ eſt ab vno eſſe. ſ. ad vnum oīa cōtēdere vl ma-
gis ſm analogiā: ſed cōſtat ꝙ ens analogice dicit̄ de
Aur. di. 2. q. ſuis ſignificatis. ergo importat plura ⁊ nō vnū. ℂ Cō-
2. art. 2. ꝯtra tra tertiā concluſionē arguit Aureolus: ſimilr pbādo
S. Tho. ꝙ formalis ratio obiecti itellectus noſtri nō ſit quiddi-
tas rei materialis: cuius oppoſitū putat ſanctū Tho.
ſenſiſſe. Arguit igit̄ primo ſic. Nulla potētia fertur per
aliquē actum in oppoſitum ſui obiecti: viſus enim nō
fertur in tenebram: nec auditus in ſilētium per aliquē
actum poſitiuū: ſʒ itellectus fertur per actū diſtincti-
T.cō.46. uum in ſubſtātias imateriales: vt pʒ 8° phyſicorū. vbi
probatur ꝙ primus motor eſt ſeparatus a mā ⁊ a ma-
gnitudine ⁊ oī mālitate. ergo obiectum intellectus no-
ſtri cōiuncti nō eſt quidditas rei mālis. ℂ Secundo
ſic. Nullus habitus exiſtēs in potētia habʒ obiectū op-
poſitum obiecto illius potētie: ſed metaphyſica in aliq̄
ſui parte habʒ pro obiecto ſubſtantias imāles ſepara-
tas. ergo quidditas mālis nō eſt obiectum intellectus
cōiuncti. ℂ Tertio. Nulla potētia extēditur ad altio-
rem rationē q̄ ſit ratio ſui obiecti: nō enim viſus attin-
git ad rationē qualitatis: ſimilr nec ad rationē paſſio-
nis ⁊ paſſibilis qualitatis: ſʒ preciſe ad rationē coloris
⁊ luminoſi: ſed intellectus extēditur ⁊ attingit ad altio-
rem rationē q̄ ſit quidditas mālis: cōſiderat enī ens
⁊ ſubſtātiam: ſimilr que eſt in plus q̄ quidditas mate-
rialis. ergo impoſſibile eſt ꝙ quidditas mālis ſit obie-
ctum itellectus noſtri ēt dum eſt cōiunctus. ℂ Quar-
to. Nulla potētia fertur in aliquid niſi actu participet
rationē ſui obiecti: vt patʒ: quia viſus nō fertur niſi in
actu coloratū ſeu luminoſū: ſed ens ſimplr: ⁊ ſubſtan-
tia ſimplr cum ſit idifferēs ad ſubſtātias māles ⁊ ima-
teriales denudatur a ratiōe vtriuſqȝ in actu: ſicut genꝰ
a ratione vtriuſqȝ differētie: ⁊ tamē vt ſic fertur itelle-
ctus in ens ⁊ ſubſtātiā. ergo quidditas mālis accidit
obiecto. ℂ Quinto. Nulla potētia conat̄ auferre a ſuo
obiecto rationē formalē: ſed intellectꝰ conatur auferre
materialitatē ab obiecto: ⁊ quāto plus imāliter conci-
pit: tāto melius cōcipit. ergo quidditas rei mālis nō ē
obiectum itellectus. ℂ Sexto querēdum eſt. Quid i-
telligis per quidditatē rei mālis: aut quidditatē rei cor-
poree: ⁊ hoc nō poteſt poni cum itellectus multa de i-
corporeis ſcietifice ⁊ demōſtratiue cognoſcat: alias in
vanum tot queſtiōes in libris varijs Thomas diſcuſ-
ſiſſet: vnde phus dicit. 11° de aīalibus: ꝙ ſcire modicū Ud p° de pt
de ſubſtātijs abſtractis eſt nobilius ⁊ deſiderabiliꝰ q̄ hꝰ ani. cap. 5.
multa ſcire de alijs. Aut itelligis per qdditatē rei ma-
terialis ſpēm ſeu ſubſtātiam rei determinatam ad po-
tētiam ⁊ ſitum: ⁊ hoc etiā dici nō poteſt: quia itellectus
itelligit vnum ⁊ vnitatē abſtrahēdo a ſitu: vt pʒ pmo
poſteriorū. ergo quidditas materialis nullo modo pōt T.c.45.
poni obiectū itellectus. ℂ Septimo. Aliud eſt illud
qđ itellectus obiectiue cognoſcit: ⁊ aliud ex quo itelle-
ctus in illius cognitionē deuenit: ſed itellectus tranſcē-
dit ſenſibilia ⁊ mālia: licʒ ex ſenſibilibus ⁊ mālibus in
illorū cognitionē veniat. ergo nō ſolum quidditas rei
mālis eſt obiectū itellectus: imo etiā quidditates im-
māles q̄uis ad eas itellectus ex mālibus deducatur.
ℂ Octauo. Phs nō dubitat de obiecto itellectus: ſed
dubitat 3° de aīa. vtrum poſſit itelligere aliquid extra T.c.9.
magnitudinē: ⁊ Cōmētator dicit expreſſe 2° metaphy- T.cō.1.
ſice. ꝙ nō eſt itellectui noſtro impoſſibilis notitia ſub-
ſtantiarū ſeparatarū ⁊ abſtractarū. ergo nō fuit mens
eorū: ꝙ quidditas materialis eſſet obiectū itellectus.
ℂ Nono. Nulla potētia per quēcūqȝ habitum poteſt
eleuari ad aliquid extra ſuū formale obiectū: vt pʒ: ꝙ
deus non poteſt facere: ꝙ auditus ſentiret colores: aut
viſus ſonū: ſed itellectus poteſt eleuari ad vidēdū ſub-
ſtātias ſeparatas: ⁊ deū vt fides docet. ergo quidditas
mālis nō erit obiectū. ℂ Decimo ſic. Eadē eſt intelle-
ctiua potētia in aīa cōiuncta ⁊ ſeparata: alioquin ſi mu-
taretur potētia mutaretur ſubſtātia aīe: cum potentie
ſint accidētia iſeparabilia ſm ſcm Tho. ſed itellectus
anime ſeparate nō hʒ pro obiecto quidditatē mālem:
alias aīa non videret angelos ⁊ ceteras animas. ergo
idem qđ prius. ℂ Undecimo. Actus itellectus eſt ali-
quid imāle: ⁊ ſimilr actus voluntatis: ſed itellectus con-
iunctus itelligit actus ſue volūtatis ⁊ actus pprios p
reflexionē: experitur nāqȝ mens ſe itelligere ⁊ velle: nō
igitur habʒ pro obiecto adequato qdditatem mālem.
Hec ille. ℂ Cōtra quartā cōcluſionē arguitur ſʒ Sco- Scotus ſcdo
tū ſuper 2° metaph. multis medijs qbus nititur pba- me. q. 3.
re: ꝙ itellectus cōiunctus poteſt nāliter cognoſcere de
ſubſtantijs ſeparatis qd ſunt. Et primo arguit ſic. Oēs Utrū itellectꝰ
hoīes natura ſcire deſiderāt. ergo maxime ſcibilia ma- ꝯiūctꝰ poſſit
gis ſcire deſiderāt: ſed deſideriū nāle nō eſt fruſtra. igit̄ quidditatiue
ſbas ſepatas
cognoſcere.

ſi dicatur ꝙ illud ſcire cõicatur intellectui ſeparato:ſicut
oẽs appetũt beatitudinẽ:nõ tñ ꝓ oĩ tẽpore ſunt beati.
Cõtra.nõ eſt ſile:qꝛ Ariſ.loqtur de de poſſibilibꝰ cõſeq
in hac vita:cũ aliã ignorauerit vel dubitatiue poſuerit:
Lec.10. ⁊ hoc pꝫ.10.ethicoꝝ.qꝛ in hoc ponit felicitatẽ noſtraꝫ.
¶ Secũdo.Qꝛ ſi itellectꝰ ꝯiunctus nullo mõ poſſet i-
telligere qdditates ſubſtãtiarũ imãliũ ſeparataꝝ: nec
ſeparatꝰ poſſet: ꝓbatio ꝯñe:qꝛ potẽtia ſm ſe iproportio
nabilis alicui obiecto per nullũ extrinſecũ adueniens
põt fieri ꝓportionabilis.¶ Tertio.qꝛ ſm Tho.poten
tie diſtinguũtur per obiecta:ſed ſm te aĩa ꝯiuncta ⁊ ſe
parata diſtincta obiecta hꝫ:qꝛ qdditates cognoſcit ꝗs
hic ignorat.ergo nõ eſt eadẽ potẽtia itellectꝰ ꝯiunctus
⁊ ſeparatus:qd eſt manifeſte falſum.¶ Quarto.quia
L.cõ.8. ſcdo metaphyſice dr.Si fines eſſent ifiniti:vel ẽt cau-
L.cõ.4. ſe efficiẽtes:nullum agens ageret:ſed hoc nõ eſſet niſi
agẽs ꝑ intellectũ oẽs cauſas ⁊ fines cognoſceret.igr ⁊c.
¶ Quinto.qꝛ veritas eſt cõformitas rei ad primã mẽ
ſurã:vel nõ eſt ſine illa:ſed illa mẽſura eſt ydea in mẽ-
te diuina:cõformitatẽ aũt ad illã nõ cõuenit intellige-
re niſi in hac itelligẽtia:ſicut relationẽ ſine extremis:
L.c.22. igitur illa ydea eſt cognoſcibilis. ¶ 6°.qꝛ ſm ꝙ dr 9°
metaphyſice.Ignorãtia ſubſtãtiarũ ſeparataꝝ nõ eſt
ſicut cecitas.igr poſſumus eas cognoſcere hic.¶ Se-
ptimo.qꝛ effectus ducit in cognitioneꝫ cãe.igr magis
cauſe:magis ducit in cognitionẽ:⁊ in cognitionẽ maxi
Cap.27. me cãe:maxime ducit:tenet ꝯña:ex 2° topicoꝝ:ſꝫ pri-
ma cã eſt maxĩe cauſans:vt pꝫ pͥma ꝓpoſitiõe libri d
cauſis.¶ Nec valꝫ ingt ſi dicatur ad oĩa iſta:ꝙ cõtin-
git de ſubſtãtijs illis ſcire:qꝛ ſunt ⁊ nõ qd ſunt.Uel ſci
re quid nõ ſunt:nõ aũt quid ſunt:⁊ hoc qꝛ nõ cognoſci
mus eas ex differẽtijs poſitiuis cũ ſint nobis ignote:ſꝫ
ex negatiuis deuenimꝰ in cognitionẽ earũ.¶ Hoc in-
Lec.7. quit nõ valꝫ:ꝑtertim pͥma rñſio.tũ qꝛ 2° poſterioꝝ dr.
Quorũcũqꝫ qꝛ eſt hũꝰ qd eſt facile eſt habere q̃re quẽ-
admodũ:qꝛ eſt ſic habemꝰ ⁊ qd eſt.tũ qꝛ non ſeqtur:vt
Lec.7. habetur 2° poſteriorũ.Effectus nõ demõſtrat ꝓpter qd
de cã.ergo per effectũ nõ ſcitur qd eſt cã.tũ qꝛ vt dr 7°
L.c.60. metaphyſice.Circa incõpoſita nõ decipitur itellectꝰ:ſed
aut attingitur:⁊ eſt ſcia:aut nihil attingitur:⁊ eſt ignorãtia:
tũ qꝛ eſſe ieſt imediate qdditati:ſi ergo cognoſcimꝰ eẽ
in eſſe qdditati earũ ſm ſeipſas:⁊ nõ cõtingit itellige-
Lec.5. re ꝯpoſitionẽ niſi cognitis extremis:qꝛ pͦ perihermeñ.
eſſe ſignificat ꝯpoſitionẽ:quã ſine extremis nõ eſt itel-
ligere.ergo ſeqtur de neceſſitate ꝙ cognoſcimꝰ qddita-
tem eaꝝ.Similr nec valꝫ rñſio qua dr ꝙ cognoſcimꝰ
de illis qd nõ ſunt:tum qꝛ ita nec differẽtias poſitiuas
ſcimus alioꝝ:ſicut irrõnale dicimꝰ dñam bruti.ḡ nec
Lec.4. ſciremꝰ qd eſt brutũ:ſed qd nõ eſt:tũ qꝛ 2° perihermе-
nias hec negatiua:bonũ nõ eſt malũ eſt vera:qꝛ hec af
firmatiua eſt vera bonũ eſt bonũ:⁊ nõ eſt ecõtra. tum
L.cõ.18. qꝛ 4° metaphyſice notior eſt dictio ꝗ oppoſita nega-
tio.ſi igr de angelo cognoſcitur qd nõ eſt:de illo cogno-
ſcitur qd eſt.¶ Octauo pͥncipalr:qꝛ aut qdditas ſube
imãlis nõ cognoſcitur per ſe a nobis:qꝛ per ſe non cadit
ſub ſenſu:aut qꝛ nõ continetur ſub qdditate mãli.Sed
nõ ꝓpter pͥmũ:qꝛ ſuba eſt per ſe itelligibilis:licꝫ nõ ꝑ
ſe cadat ſub ſenſu:nec ꝓpter ſcdꝫ:qꝛ qdditas rei mãlis
nõ eſt obiectũ adequatũ itellectus noſtri.¶ Nono.qꝛ
cognita ꝓpõne cognoſcuntur termini illius:ſed Ariſ.co-
gnouit iſtã:pͥmũ itelligit ſeipm:⁊ iſtã:pͥmũ eſt ſua vita
⁊ ſuũ itelligere.ergo cognoſcat qd eſt:vel ꝓpoſitiões il
Utrꝫ ens dicatur vniuoce d deo ⁊ creatur] Scotus 4° meta.q.1. las ignorauit.¶ Cõtra ſcdaꝫ parteꝫ none ꝯcluſionis in q̃
dr:ꝙ nullum nomen vniuoce dr de deo ⁊ creaturis:ar-
guit Scotus ſup 4° metaphyſice multiplr ſic.Conce-
ptus entis eſt vniuocus deo ⁊ oĩbꝰ entibꝰ.igr ꝯcło illa
falſa:ꝯña nota eſt:ſed aſſumptũ ꝓbat ſupponẽdo duo
quoꝝ primũ eſt:ꝙ cõceptus entis eſt vnꝰ in ſe:⁊ diſti-
ctus ab oĩbus alijs.Scdm eſt ꝙ cõceptus entis ẽ rea-
lis.i.nõ fabricatus ab itellectu ſumẽdo conceptũ obie
ctiue:⁊ nõ i potẽtia ꝯcipiẽte nec ꝑ actu eiꝰ.¶ Primũ
autẽ iſtoꝝ ꝓbat multiplr.tũ pͥmo.qꝛ de cõceptu entis
formatur primũ pͥncipiũ:qd nullo modo eſt diſtinguen
dum cũ ſit certiſſimũ.tũ ſcdo.qꝛ eſt obiectũ vnius po-
tentie.ſ.itellectiue.tũ tertio.qꝛ põt eſſe mediũ in ſyllo-
giſmo:qd nõ eſt verũ de multiplici.tũ 4°.qꝛ nihil per
creaturã põt ꝓbari de deo:cũ in nullo ꝯuenirẽt.tuꝫ 5°
qꝛ vnius habitus ſciẽtifici:cuius eſt habitꝰ metaphyſi-
ce obiectũ vel ſubiectũ vnũ eſt.tũ 6°.qꝛ nõ plus cõue-
nirent duo entia in ente ꝗ ens ⁊ nihil:cum nõ eſſet ali
quod cõe vnũ plus iſtis ꝗ illis.tũ 7°.qꝛ non adequatur
a quocũqꝫ cõceptu iferiori:vt pꝫ idducẽdo.tũ 8°.qꝛ ſeq-
tur ſubſtãtia.ergo ens:ſed idẽ nõ ſeqtur ad ſeipſuꝫ cuꝫ
nõ habeat ordinẽ ad ſeipſum precaſe.in ꝯña aũt eſt or-
do.tũ 9°.qꝛ cõceptus certus eſt alius a dubijs.de mul-
tis aũt certũ eſt:ꝙ ſunt entia:ſed qualia ſunt dubitatur.
tũ 10°.qꝛ ſi ꝯceptus entis nõ eſſet vnus in ſe ⁊ diſtinctꝰ
ab alijs:ſemꝑ ſupponeret vel pͥdicaret alterũ illoꝝ.H
aũt eſt falſum:qꝛ cũ dr:deus continetur ſub ente:iſta eſt
vera:aut igitur accipitur ens creatũ:⁊ tũc falſum eſt:aut
ens icreatũ:⁊ tũc iterũ falſum eſt:qꝛ cuꝫ ſolus deus ſit
icreatus:nihil aũt cõtinetur ſub ſeipſo.tũ 11°.qꝛ pͥma paſ
ſio verius ⁊ perfectiꝰ ineſt pͥmo ſubiecto:cui paſſio ineſt
ꝗ alijs.ꝑ poſterioꝝ.Sed vnũ eſt paſſio entis ⁊ ſibi pͦ i- Lec.10.
eſt.4° meta.igr conceptus entis eſt magis vnus:⁊ ſic L.cõ.5.
ꝓbat pͥmũ ſuppoſitum.¶ Iſta aũt argumẽta alij po- Eadem ſub
nunt ſub alia forma:licꝫ ſenſus ideꝫ ſit.Unde pͥmo ſic alia forma.
arguũt.Cõceptus certus ⁊ dubius impoſe eſt ꝙ ſit idẽ
alias cõtradictoria ineſſent eidẽ cõceptui.ſ.certũ ⁊ in-
certũ:ſed cõceptus entis põt eſſe certus de deo:⁊ cõce-
ptus ꝓprius erit dubius:poſſum eniꝫ ſcire certitudina
liter ꝙ deus eſt:⁊ tñ dubius eſſe qd ſit:vtrũ.ſ.ignis vel
corpꝰ vel aliqs ſpũs.Circa hoc eniꝫ fuerunt opiniones
aliquoꝝ:qui tñ ꝯueniebãt:ꝙ deus eſt ens.Similr cer-
ti ſumus ꝙ potẽtie aĩe ſunt entia:⁊ tñ dubitamꝰ vtruꝫ
ſint ipſa ſuba aĩe vel accidẽtia:⁊ ſi accidẽtia:vtrũ qua-
litates vel reſpectus.ergo cõceptus entis alius eſt a cõ
ceptu dei:⁊ alioꝝ decem predicamentoꝝ cõis:tñ illis.
¶ Secũdo.Illud qd iprimitur in itellectu pͥma ipreſ-
ſione eſt maxime vnũ:qd patꝫ:qꝛ primũ in vnoquoqꝫ
genere eſt maxĩe vnũ:⁊ iterũ ſi eſſent plura tam nõ im
primerentur pͥmo:cũ itellectus icipiat a cõioribꝰ:⁊ cõfu
ſioribus:vt pꝫ pͦ phyſicoꝝ:ſed ſm Auicẽnã pͥmo meta- L.cõ.2.3.
phyſice:res ⁊ ens ſunt que iprimuntur intellectui pͥma i- ⁊.4.
preſſione:qꝛ ſunt cõia oĩbus rebus: vnde ſunt ꝑriora
ad imaginãdũ per ſe:vt ibi dicit.ergo ens ⁊ res dicunt
maxĩe vnũ cõceptũ vniꝰ rõnis.¶ Tertio.Uniꝰ poten
tie vnũ eſt obiectũ ⁊ ſub vna formali rõne: potẽtie.n.
diſtinguuntur per obiecta:potẽtia eni dr relatiue ad obꝫ:
multiplicato aũt vno correlatiuoꝝ multiplicatur reli-
quũ:q̃re ipoſe eſt ꝙ ſit vna potẽtia nõ habẽs vnũ for-
male obiectũ:ſed itellectꝰ eſt vna potẽtia:obiectũ autẽ
eius eſt ens:qꝛ oẽ ens intelligi põt ſub vna ꝓpria rõne
per ſe.ḡ ens hꝫ vnã formalẽ rõnẽ ſub qua ꝯtinebitur deꝰ
⁊ oĩs creatura:cum cadant oĩa ſub ſubiecto itellectus.
¶ Quarto.Uniꝰ ſciẽtie eſt vnicũ ſubiectum ⁊ ſub vna
rõne formali:ſcientia eſt.n.vniꝰ generis ſubiecti partes
⁊ ꝓprietates habẽtis pͦ poſterioꝝ:ſed metaphyſica eſt Lec.41.
vna ſciẽtia:cuius ſubiectũ eſt ens ſub ratione entis: vt
dicit phs 4° metaphy.vbi dicit Cõmẽtator ꝯmẽto pͦ. L.cõ.1.

ꝙ manifeſtū eſt per ſe eſſe aliquā ſciaȝ q̄ cōſiderat de ente in eo ꝙ eſt ens. ergo ens hȝ vnā cōem rōneȝ deo ⁊ alijs que metaphyſicus tractat. ❡ Quinto. Quādocūꝗ coniungunī due dictiones nō iportantes diuerſas rōnes: tunc eſt nugatio dicēdo albus cādidus: ſed enti poſſunt addi dictiones ſignificātes rōnes particulariū entiū: vt dicēdo ens: qḋ eſt de⁹ ens ſubſtātia ens veꝝ ⁊ ſimilia. ergo rō entis eſt alia a rōne veri ⁊ boni ⁊ alioꝝ. ❡ Sexto. Nulla ꝑdicatio eſt per ſe ⁊ artificialis in q̄ nō ꝑdicaī dictio ipoꝛtās aliū ꝯceptū a conceptu ſubiecti. Iſta eniȝ nō eſt per ſe hō eſt hō aut ſoꝛtes eſt ſoꝛtes nec in aliquo modo dicēdi per ſe: vt pȝ: eſt. n. iartificialis ⁊ nihil faciēs ſcire: ſed hec ꝑpoſitio eſt per ſe: de⁹ eſt ens: ⁊ ſimilr̄ hec: ſubſtātia eſt ens: ⁊ quelibȝ facit aliqḋ ſcire. ergo cōceptus eſt alius a cōceptib⁹ alioꝝ. ❡ Septimo. Dicēdo ſic. de⁹ eſt ens: ſubſtātia eſt ens: aut ꝑdicatur ſola vox: aut ꝑdicaī cōceptus dei de deo: ⁊ ſubſtantie de ſubſtātia: aut ꝑdicaī aliqs cōceptus cōis oībus reb⁹: ſed clarū eſt: ꝙ nō ꝑdicaī ſola vox: qꝛ predicatio nō fit rōne vocū: ſed rōne cōceptuū: ⁊ iterū ꝑpoſitio erit falſa: qꝛ de⁹ non eſt vox. ❡ Et ſi dicaī ꝙ ſignificatū entis predicaī vt ſit ſenſus: deus eſt vnū de ſignificatis per hoc nomē ens: tūc nō erit ꝑ ſe: qꝛ ſignificari nō ineſt deo per ſe: imo per accidens ex tpe. Nec pōt dici: ꝙ ꝑdiceī ipſemet cōceptus dei vt nihil aliud ſit dictu de⁹ eſt ens q̄ȝ deus eſt de⁹: tūc eniȝ eſſet iartificialiter dictū: ⁊ nihil faciēs ſcire. Nec pōt dici ꝙ ꝑdicētur rōnes oīum rerū: qꝛ ꝑpoſitio eſt falſiſſima: rediret eniȝ dogma ipſi Amalrici dicētis: ꝙ deus erat oīa. ḡ relinqtur ꝙ ꝑdiceī cōceptus cōis alius a conceptu dei ⁊ oīum alioꝝ. ❡ Octauo. Oīs ꝑpoſitio eſt ambigua ⁊ icerta: in qua poniī termin⁹ multiplex nō dicēs vnā rationē: talis. n. diſtinguēda eſt vt ambigua ⁊ equoca: vt pȝ ꝑ ⁊ 2° elenchoꝝ. ſed hec ꝑpoſitio de quolibȝ eē ⁊ nō eſſe nō eſt ambigua: ⁊ incerta cū ſit ꝓmū ꝓncipiū: ⁊ maxime notū. In ea vō poniī eē ꝙ ſignificat idem enti. ḡ vnū ⁊ ens nō dicanī multiplr̄: imo ſignificāt vnā rōnem. ❡ Nono. Nō oīs ꝑpoſitio eſt diſtinguēda ⁊ multiplex: alias nō eēt aliqua demōſtratio: ſed in oīb⁹ eſſet paralogiſm⁹ equocationis: ſed in omni ꝑpoſitione ponitur ens vel eqpollēs: vt dicēdo homo eſt aīal homo eſt albus: imo ly ens a quo dr̄ ens nō eſt dictio multiplex: ſed iportat vnū cōceptū. ❡ Decimo. Multiplicitas ⁊ equocatio tollit cōtradictionē: vnde canis latrat ⁊ canis nō latrat: nō eſt ꝯtradictio: qꝛ pōt referri ad diuerſa: ſed cōtradictio eſt iter ens: ⁊ nihil: ⁊ iteꝝ de quolibet ꝑdicaī eē vel nō eē: ſicut cōtradictoꝛia. ergo eē ⁊ ens nō ſunt dictiones multiplices: ſed iportātes vnuȝ cōceptū. ❡ Undecimo. Poſſe eſt eē impoſſe eſt eē ſūt ꝯtradictoꝛia: ſed nō eēnt cōtradictoꝛia ſi eē iportaret multos cōceptus: qꝛ in ꝓmo poſſet teneri pro vno: ⁊ in ſcdo ꝑ alio. ergo eē nō iportat plures cōcept⁹. ❡ Duodecimo. Illud qḋ hȝ ꝓprias paſſiones ⁊ accidētia eētialia hȝ ꝓpriā rōnem: paſſiones eniȝ nō ſunt de rōne ſubiecti: imo ſunt extra eā: q̄uis ecōtra ſubiectū ſit intra rationē paſſionū: ſed ens hȝ ꝓprias rōnes ⁊ accidētia per ſe: que Cōmētatoꝛ vocat eētialia. ergo hȝ ꝓpriā rationē diſtinctā a paſſionib⁹ ſuis. ❡ 13°. Ultīe differētie ſunt ꝓmo diuerſe nec habētes aliqḋ cōe: ſi eniȝ habēt aliqḋ cōe: tūc aliquo mō cōueniūt ⁊ aliquo mō differūt: ⁊ ſic nō ſunt ꝓmo diuerſe: vnde ꝓcediī in infinituȝ: vel eſt deuenire ad aliquas differētias in nullo cōuenientes: ſȝ ſi ens icludereī formalr̄ in ꝯceptu illarū differētiaꝝ ille haberēt aliqḋ cōe: in quo ꝯuenirēt. ergo neceſſe eſt aliqua reperire: que ſint extra rōnem formalē entis: ergo ens dicit aliquā rōnē cōeȝ ab alijs diſtinctā. ❡ 14°. Queſtio ſi eſt alia a qōne qḋ eſt: vt pȝ 2° poſterioꝝ: ſȝ qō ſi eſt q̄rit de gnāli ꝯceptu entis quo Tex.p°.
ſuppoſito qō qḋ eſt q̄rit vltra de ſpālib⁹ rōnib⁹ vtruȝ. ſ. ſit ſubſtātia vel accidēs hō vel aſinus. ergo ꝯcept⁹ entis cōis eſt alius a ꝯceptib⁹ ꝑticularib⁹. ❡ 15°. Hec ꝑpoſitio eſt vera: ſuba eſt magis ens q̄ȝ accidēs. nā phus eā ponit 7° metaphyſice: aut igiī hic fit ꝯparatio ſube T.c.14.
⁊ accidētis in oꝛdine ad ſolā dictionē: aut in oꝛdine ad ꝯceptus ſube ⁊ accidētis ꝓprios: aut in oꝛdine ad cōceptuȝ cōem. Sed nō pōt dici ꝙ in oꝛdine ad dictioneȝ: qꝛ tūc qō erit nulla ⁊ de voce: ⁊ tñ phs ſciētifice deducī ꝙ ſuba eſt ꝓncipale ens ⁊ magis ens in trib⁹. ſ. diffōne cognitiōe ⁊ tpe: vt pȝ 7° meta. Nec pōt dici ꝙ fiat ꝯparatio ſub ꝯceptib⁹ ꝓprijs: quia tūc nihil eſt aliud dictu niſi ꝙ ſuba eſt magi ſuba q̄ȝ accidēs ſit accidēs: imo ꝑpoſitio eēt falſa: qꝛ eque accidēs eſt accidēs: ſicut ſuba eſt ſuba. ergo relinqī ꝙ fiat ꝯparatio penes ꝯceptum cōeȝ. ❡ 16°. Qō vna q̄rit vnū de vno: ſed qō an eſt: eſt vna ḡ q̄rit vnū ꝯceptū importatū per eſſe. igī ens dicit vnū ꝯceptū. ❡ 17°. Cōcept⁹ quo aliq̄ ꝯueniunt nō eſt idē cū ꝯceptu quo differūt: ſed hō ⁊ albedo ꝯueniūt in ente: differūt aūt per ꝯceptum ſube ⁊ accidētis ⁊ oīum alioꝝ. ergo ꝯcept⁹ entis eſt alius a ꝯceptib⁹ ꝓprijs oīuȝ alioꝝ. ❡ 18°. Omni paſſioni corrīdet aliqḋ ſubiectuȝ adequatū: vt pȝ ꝑ poſterioꝝ: ſed trāſcēdentib⁹ nō correſpōdet aliqḋ ſubiectū correſpondētia adequata. ḡ neceſſe eſt ponere aliqḋ cōe decē ꝑdicamētis cui iſint trāſcēdētia: ſicut ſubiecto adeq̄to: hoc aūt nō pōt eſſe niſi ens. igī ⁊c̄. ❡ 19°. Magis differūt ens reale ⁊ ens rōis T.cō.9.
q̄ȝ deus ⁊ decē ꝑdicamēta: que ſunt vere realia: ſed rei reali: ⁊ rōnis pōt eē vn⁹ ꝯcept⁹ cōis: vt pȝ: qꝛ poſſum eē certus: ꝙ ſilitudo dicit vnū ꝯceptū: ⁊ tñ eē dubi⁹ vtruȝ ſilitudo ſit qḋ reale vl̄ rōnis. ḡ multo foꝛti⁹ deo ⁊ creaturis erit vn⁹ ꝯceptus cōis. ❡ 20°. Si illud qḋ min⁹ videtur ieſſe ieſt: ⁊ illud qḋ magis: ſed minus vī ꝙ aliqḋ aliud eſſet cōe deo ⁊ creature q̄ȝ ens: ⁊ tñ cōe eſt deo ⁊ ſube: qḋ vtrūꝗ eſt aliqḋ abſolutū. Itē cōe eſt ꝓnitati diuine ⁊ ꝓnitati Ade: ꝙ vtraꝗ eſt relatio. Iteȝ cōe eſt deo ⁊ hoī: ꝙ vtrūꝗ eſt hoc aliqḋ ⁊ ſubſiſtens. ḡ multo foꝛti⁹ ens vel conceptus entis erit cōis deo ⁊ creature. ❡ 21°. Cōſtat ꝙ de deo habeī aliqs ꝯcept⁹ non ſimplr̄ ſimplex: vtputa deus eſt act⁹ purus: ens infinitū ⁊ ſimiles: q̄ro igiī de cōceptu illo iportato per actū cui attribuiī purū: ⁊ de ꝯceptu entis cui attribuiī īfinitū: vtrū ſit ſolius dei an ſolius creature: aut cōis deo ⁊ creature. Nō ſolius dei: qꝛ tūc erit ſimplr̄ ſimplex: ⁊ eque erit ꝓpriuȝ dei eē ens: ſicut eē ens īfinitū: qḋ nullus pōt dicere. Nec ſolius creature: qꝛ tunc nullo mō ꝯpeteret deo relinqtur ḡ ꝙ ſit cōis deo ⁊ creature. ❡ 22°. Cōſtat ꝙ ex creaturis habeī aliqs ꝯcept⁹ poſitiuus de deo: alias viatoꝛ nihil cognoſceret de deo: iſte igiī cōceptus poſitiuus: aut eſt in creaturis foꝛmalr̄: aut virtualr̄: nō eni aliter poſſet ibi aſſumere itellect⁹: ſed nō pōt virtualr̄ in creaturis eē: qꝛ tūc eēt ignobilioꝛ ꝯceptib⁹ creaturarū: relinqtur ergo ꝙ ille conceptus ſit foꝛmalr̄ in creaturis: ⁊ ꝑ ꝯñs vni⁹ rōnis foꝛmalis in deo ⁊ in cīs. ❡ 23°. Hec ꝑpoſitio eſt vera: de⁹ eſt ens īfinitū: querendū eſt igiī de hac determinatiōe īfinitū vtruȝ denominet: ⁊ determinet aliquē ꝯceptū: aut ſolā dictionē: nō pōt dici ꝙ ſolā dictionē: qꝛ nulla dictio eſt infinita. ḡ neceſſe eſt dicere ꝙ aliquē ꝯceptū: aut igiī ꝯceptū ꝓpriū deo: aut ꝯceptū cōeȝ deo ⁊ alijs: nō ꝓpriū deo: qꝛ illū eūdē ꝯceptū determinat infinitū cum dr̄ ens īfinitum: queȝ determiat cum dr̄ ens finitū. ergo neceſſe eſt dicere ꝙ

Lap.3°. [margin note beside "pȝ ꝑ ⁊ 2° elenchoꝝ"]

determinet cōem cōceptū. ¶ 24°. Illa ꝓpoſitio ē neceſſaria: i qua idē ṗdicat̄ de ſe. Iſta eniꝫ eſt neceſſaria ceſar eſt ceſar: ſed ꝓpoſitio in qua ṗdicatur ens vel eſt: nō ſemꝑ eſt neceſſaria. Iſta eniꝫ eſt cōuertibilis ceſar eſt. ergo eſt. qḋ predicat̄ hic non predicat̄ pro cōceptu ceſaris. clarum eſt auteꝫ ꝙ nec pro ꝯceptu accidentis nec alteri⁹ rei. ergo neceſſe eſt ꝙ ꝓ cōi ꝯceptu ṗdicet̄. ¶ 25°. Omnib⁹ illis pōt poni vna intentio ⁊ cōceptus cōis per itellectū: que iter ſe aſſimilant̄: vl̄ia enim apḋ Ar. ſumunt̄ ex ſingularib⁹ per intellectū: qui ꝯſiderat iter ea ſimilitudinē: ⁊ ponit ea vnā intentionē: vt dicit Cōmētator: ſꝫ de⁹ ⁊ decē ṗdicamēta: ⁊ vl̄r oē qḋ eſt hn̄t aliquā ſimilitudinē: oīa eniꝫ ꝯueniūt in eē: ⁊ iterū magis cōueniūt deus ⁊ roſa q̄ꝫ de⁹ ⁊ chimera. ergo ratiōe iſti⁹ ꝯueniētie itellect⁹ poterit ab eis abſtrahere vnum cōeꝫ ꝯceptū. ¶ Cōfirmat̄: qꝛ q̄cūqꝫ ꝯueniūt in aliquo cōi ꝯueniūt: ſed de⁹ ⁊ roſa plus ꝯueniunt q̄ꝫ deus ⁊ chimera cū deus ⁊ roſa ſint entia: chimera vō nō eſt. ergo deo ⁊ roſe eſt aliqs cōis ꝯceptus iportatus per ens. Et ſic ex oibus iſtis pꝫ: qḋ ṗmo ſupponebat̄. ¶ Secūduꝫ aūt ſuppoſitū Scotus vbi ſupra hic ꝓbat: tū qꝛ ꝯcept⁹ entis: vt ſic eſt obiectū ſciētie realis. ſ. metaphyſice. tuꝫ ſcḋo. qꝛ nulla potētia fabricat ſibi obiectū apprehēſionis primariū. qḋ pꝫ iductione ⁊ rōne: qꝛ vt ſic precedit potētiā ⁊ eius actū ex ſcḋo de aīa. tū 3°. qꝛ bonuꝫ qḋ eſt paſſio entis nō eſt in aīa ſubiectiue: ſed ſubiectū nō eſt minoris entitatis ſua paſſione. tū 4°. qꝛ reali⁹ cōuenit ſuba cū accidēte q̄ꝫ chimera: qḋ patet: qꝛ ṗter quēcūqꝫ actū itellect⁹ illa duo ṗma ſunt entia ⁊ 3ᵐ nō ens. tū 5°. qꝛ ſi enti inquātū ens repugnet ꝯceptus realis accipiēdo ly inquātū reduplicatiue. tūc repugnaret cuilibꝫ enti: ꝯn̄s eſt falſum: tenet ꝯn̄a ex ſcḋo priorū. Si iuſtitia eſſet bonū in eo: qḋ bonū iuſtitia eſſet omne bonū. tuꝫ 6°. qꝛ nō reale nō icludit̄ per ſe in reali cuꝫ ſint oppoſita: ſed cōceptus entis per ſe icludit̄ in alijs cū predicet̄ in qd. igit̄. ⁊ ſic ꝓbat ſcḋꝫ ſuppoſitū. ¶ Iſtis aūt ſuppoſitis ꝓbat 3ᵐ. ſ. ꝙ ꝯceptus entis ſit vniuocus deo ⁊ ceteris entib⁹. tū ṗmo qꝛ hꝫ vnū nomē cōe: ⁊ ſꝫ idē nomē hꝫ eādē rōnē cōem ex ṗcedētib⁹: qꝛ nō ſoluꝫ vocaliter: ſed ēt realr̄ de⁹ eſt ens ⁊ creatura ſilr̄. tū 2°. qꝛ vnica diſtributiōe diſtribuit̄ ens pro deo ⁊ creatura dicēdo oē ens. hoc aūt nō eſt verū in equocis: nec in analogis. tū 3°. qꝛ qcqd repugnat deo ſm ꝙ ens repugnat creature ſm ꝙ ens ⁊ ecōuerſo: hoc aūt nō eēt veꝝ niſi rōne vniuocatiōis ⁊ vniformitatis ipſi⁹ entis in eis. tū 4° qꝛ nullū equocū ſeu analoguꝫ ꝓprie multiplicat̄ ad multiplicationē ſuoꝝ ſignificatoꝝ: ens aūt multiplicat̄ etiā ꝓprie: vt cū dr̄ de⁹ ⁊ creatura ſunt duo entia: ⁊ duo predicamēta duo entia. tū 5°. qꝛ ꝯcept⁹ entis ſm qdditatē ꝓpriā eſt cōis ⁊ cōicabilis qdditatiue plurib⁹ dubys. g̃ nō eſt illis vnicus. aſſūptū pꝫ. nā ꝯceptus entis eſt primo notus ⁊ notiſſimi⁹ notitia diſtincta: dubiū aūt eſt ꝺ plurib⁹: vtrū ſint ſuba vel accidēs: qbus eſt cōis ⁊ cōicabilis qdditatiue cōceptus entis. tū 6°. qꝛ oē qḋ hꝫ qd eſt vniuocū: qꝛ ṗdicari in qd dicit rōnē qdditatiuā: ſed ens hꝫ qd: vt pꝫ ex ṗmo ⁊ ſcḋo ſuppoſitis. tū 7°. qꝛ 3° ⁊ 4° metaphyſice ens nō eſt genus: qꝛ eſt de itellectu cuiuſlibet: ſed ſi nō eſſet vniuocū poſſet eſſe extra itellectum aliquoꝝ. igit̄ ens eſt vniuocum.

Arguit ad ṗncipale itētum.

L. cō. 31.

L. 5°.

Ad argumenta cōtra primā cōcluſionē dictatus ṗmitto: qd itelligo per rōnē entis vel boni aut alicui⁹ alteri⁹. Sciēduꝫ eſt ꝙ ſm ſcm̄ Tho. ṗ cōtra Gētiles ca. 54°. Intellect⁹ per ſpēm rei formatus itelligēdo format in ſeipſo quādaꝫ intētionē rei intellecte: que eſt ratio ipſi⁹ quā ſignificat diffinitio: ⁊ hoc qdem eſt neceſſarium: eo ꝙ itellectus intelligit indifferenter rem abſentē ⁊ preſentē: in quo cū itellectu ꝯuenit imaginatio: ſed itellect⁹ hoc ampli⁹ hꝫ: q⁹ ēt itelligit rem ſeparatā a cōditionib⁹ mālib⁹ ſine qb⁹ in rerū natura nō exiſtit: ⁊ hoc nō poſſet eſſe niſi itellectus predictā intētionē ſibi formaret: hec aūt intentio itellecta cū ſit quaſi termin⁹ itellectualis operationis eſt aliud a ſpē itelligibili. que facit itellectum in actu quā opꝫ ꝯſiderari: vt itellectualis opationis ṗncipiū: licꝫ vtrūqꝫ ſit itellecte rei ſimilitudo. Per hoc eniꝫ ꝙ ſpēs itelligibilis: que eſt forma itellect⁹: ⁊ intelligendi ṗncipiū eſt ſimilitudo rei exterioris: ſeqtur ꝙ itellectus intentionē formet illi rei cōſimilē: qꝛ q̄le eſt vnūquodqꝫ talia operat̄: ⁊ ex hoc ꝙ intētio itellecta eſt ſimilis alicui rei: ſeqtur ꝙ itellect⁹ formādo hui⁹ intētioneꝫ rem illā itelligat. Hec ille in forma. ¶ Itē ṗ ſen. diſ. 2. q. 1. arti. 3° dicit. Ratio (inquit) ſm ꝙ ſumit̄ in ꝓpoſito: nihil aliud eſt: q̄ꝫ illud qḋ itellectus apprehēdit de ſignificatione nois alicuius: ⁊ hoc in hīs que diffinitionē hn̄t: eſt ipſa rei diffinitio ſm ꝙ dicit phs 4° metaphyſice. Rō quā ſignificat nomē eſt diffinitio. Sed quedā dicunt̄ habere rōnē ſic dictā: que nō diffiniunt̄ ſicut quātitas ⁊ qualitas ⁊ hꝫ: que nō diffiniunt̄: qꝛ ſūt genera generaliſſima: ⁊ tn̄ rō q̄litatis eſt illud qḋ ſignificatur noīe qualitatis: ⁊ hoc eſt illud ex quo q̄litas hꝫ ꝙ ſit q̄litas: vnde nō refert vtrū illa que dicunt̄ habere rōnē habeāt diffinitionē aut nō. Et ſic pꝫ ꝙ rō ſapiētie: que de deo dr̄: eſt illud qḋ cōcipit̄ de ſignificatione hui⁹ nois: q̄uis ipſa diuina ſapiētia nō poſſit diffiniri: nec tn̄ hoc nomē rō ſignificat ipſam ꝯceptionē: qꝛ hoc ſignificat̄ per nomē ſapiētie vel per aliud nomē rei: ſꝫ ſignificat ꝯceptiōis hui⁹ intētionē: nō. n. hoc dr̄: qꝛ ipſa intētio quā nomē rōnis ſignificat ſit in re: aut etiā ipſa cōceptio cui cōuenit talis intētio ſit in re extra aiaꝫ cū ſit in aīa: ſicut in ſubiecto: ſed dr̄ eſſe in re inquātū in re extra aiam eſt aliqd qḋ reſpōdet cōceptioni anīe: ſicut ſignificatū ſigno. Unde ſciēdū ꝙ ipſa conceptio itellectus tripl̄r ſe hꝫ ad rem extra aiam. Aliqñ enim hoc qḋ itellectus cōcipit eſt ſimilitudo rei exiſtēns extra aiaꝫ ſicut hoc qḋ ꝯcipit̄ hoc noīe hō: ⁊ talis ꝯceptio itellect⁹ hꝫ imediate fundamētū in re: inquātuꝫ res ipſa ex ſua cōformitate ad itellectū facit: ꝙ itellect⁹ ſit verus: ⁊ ꝙ nomē ſignificās illū itellectū ꝓprie dicat̄ de re. Aliqñ aūt hoc qḋ ſignificat nomē nō eſt ſimilitudo rei exiſtētis extra aiam: ſed eſt aliqd qḋ ꝯſeqtur ex modo itelligendi rē que eſt extra aiaꝫ: ⁊ hꝫ ſunt intētiones q̄s itellectus noſter adiuenit: ſicut ſignificatū hui⁹ genus non eſt ſimilitudo alicui⁹ rei exiſtētis extra aiam: ſed in hoc ꝙ itellectus itelligit aīal: vt in plurib⁹ ſpēbus attribuit ei intētionē generis ⁊ hui⁹ intētionis: licꝫ ꝓximuꝫ fundamētū nō ſit in re: ſed in itellectu: tn̄ remotuꝫ fundamentū eſt res ipſa: vnde itellectus nō eſt falſus q hꝫ intentiōes adiuenit: ⁊ ſimile eſt de omnib⁹ alijs: que ꝯſequunt̄ ex modo itelligēdi: ſicut eſt abſtractio mathe⁹ ⁊ hꝫ. Aliqñ vero illud qḋ ſignificatur per nomē nō hꝫ fundamentū in re: neqꝫ proximū: neqꝫ remotum: ſicut ꝯceptio chimere: qꝛ neqꝫ ē ſimilitudo rei extra animā: neqꝫ cōſequitur ex modo itelligēdi rem aliquā nature ⁊ iſta cōceptio eſt falſa: vnde patꝫ: ꝙ ratio dr̄ eſſe in re: inquātum ſignificatū nominis cui accidit eſſe rationē eſt in re: ⁊ hoc cōtingit proprie quādo cōceptio intellectus eſt ſimilitudo rei. Hec ille. ¶ Ex quib⁹ pꝫ quid intelligo per rationē: per intentionem: per cōceptioneꝫ entis. Eandē ponit ſentētiam ṗma parte. q. 5. articu. 2° q. 13. articu. 4. q. 34. artic. ṗ. Idem in queſtionibus de

Imaginatio⁹ ⁊ intellectus dr̄ia.

L. c. 26.

Quedā hn̄t rōnē q̄ nō diffiniri pnt.

Cōcept⁹ ad rē ꝑ ipꝫ repſentatā tripl̄r ſe hr̄e pōt.

potētia

potẽtia dei.q.7.arti.p̊ ꝛ 6⁰:ꝛ.q.9.arti.5⁰. Itẽ de veritate
Aliꝰ modus ſumẽdi rõez
q.3.arti.2.ꝛ.q.5.p totũ. Sciendũ tñ ꝙ rõnẽ qñqꝫ aliter
accipit: ſicut cũ dr̃ hoc eſt ratio agẽdi ꝛ hꝫ vocans rõ/
nem pncipiũ quo actiuum vel formale. Rationẽ etiã
quãdoqꝫ ſed raro vocat ipſam qdditatez rei: quã expli/
cat diffinitio: ſicut eſt humanitas. ❡ Iſtis pmiſſis dr̃
ad pmũ cõtra primã cõcluſionẽ: ꝙ cõceptus entis co/
incidit in idẽ cum alijs cõceptionibꝰ aliquo addito: oĩs
eniꝫ ɔceptus aliqd addit ſupra cõceptũ entis: qđ oſten
dit ſcũs Tho. de veritate.q.i.arti.p̊.vbi ſic ait. (Illud
qđ itellectus pmo cõcipit quaſi notiſſimuꝫ ꝛ in qđ oẽs
cõceptiones reſoluit eſt ens: vt Auicẽna dicit pmo ſue
metaphyſice. Unde opꝫ ꝙ oẽs alie cõceptiones intel/
lectus accipiant̃ ex additione ad ens: ſed enti non põt
addi aliqua natura extranea per modũ quo dr̃ia addi
T.cõ.io.
tur generi: vel accidẽs ſubiecto: qꝛ quelibet natura eſt
eſſentialiter ens: vnde ꝛ phꝰus 3⁰ metaphyſice pbat ꝙ
ens nõ eſt genus: ſed ſm hoc aliqua dicunt̃ addere ad
ens vel ſupra ens inquãtuꝫ exprimũt modũ entis: qui
entis noĩe nõ exprimitur qđ ɔtingit dupl'r: vno modo
vt modus expreſſus ſit aliquis ſpãlis modus entis: ſũt
enim diuerſi gradus entitatis ſm quos accipiuntur di
uerſi modi eſſendi: ꝛ iuxta hos modos accipiuntur di/
Quõ ſe hẽat ſube ad ens.
uerſa genera rerũ: ſubſtantia enim nõ addit ſupra ens
aliquã differẽtiam: que ſignificet aliquã naturã ſuper/
additaꝫ enti: ſed nomine ſube exprimitur ſpãlis mo/
dus eẽndi.ſ. per ſe ens: ꝛ iſto mõ addũt ad ens alia trã/
ſcendentia.) Hec ille in forma. (Similẽ ſniam ponit
q.2i.arti.p̊.vbi dicit: ꝙ decẽ genera addunt ad ens per
moduꝫ cõtrahẽdi ꝛ determinãdi: ſicut homo addit ad
animal: nõ ita ꝙ ſit aliqua res in homĩe que ſit penitꝰ
extra eſſentiã animalis: alias oporteret dicere: ꝙ nõ to
tum quod eſt homo eſſet animal: ſed animal eſſꝫ pars
hominis: ſed animal per hominẽ contrahitur: qꝛ illud
qđ actualiter ꝛ determinate ɔtinetur in rõne hominis
implicite ꝛ potẽtialiter cõtinetur in ratione animalis.
Quid pdĩca mẽta ꝛ quid trãſcẽdentia enti addunt.
Per hunc ergo modũ decem predicamẽta addunt ad
ens: nõ quidẽ accidẽs aliquod nec aliquaꝫ differẽtiam
que ſit extra eſſentiã entis: ſed determinatũ moduꝫ eſ/
ſendi qui fundatur in exiſtẽtia rei: bonũ autem ꝛ alia
tranſcẽdẽtia addũt aliquid ſuper ens: nõ aliquid rea/
le per modum cõtrahẽtis: ſed aliquid qđ eſt rationis tñ
ſiue ſit negatio vt vnuꝫ: qđ addit negationẽ diuiſionis:
ſiue ſit relatio rationis ſm quã illud dicitur ad aliquid
referri a quo nõ depẽdet: ſicut bonũ ꝛ verum: que ſup
intellectũ entis addunt rationẽ perfectiui ipſius intel/
lectus vel rei extra.) Hec ille. ❡ Ex qbus patet: ꝙ alij
cõceptus addũt aliquid ad cõceptum entis. Et cuꝫ di/
cit arguẽs ſi addũt aliquid addũt ens: dico ꝙ addũt il
lud: qđ eſt ens: ſed nõ ſub ratione entis: ſed ſub alia ra/
tione determinatiori ꝛ actualiori. Nec eſt incõueniens
ꝙ aliquis cõceptꝰ ſic addat ens enti illo modo quo ali
quid repreſentatũ in particulari additur ſibipſi repre
ſentato in cõfuſo: addũt igitur nõ aliud ſignificãdo: ſꝫ
aliquo modo.ſ. explicatius exprimẽdo: qđ cõceptu en/
tis implicite deſignatur. ❡ Ad ſcđꝫ negatur maior: cõ
ceptus enim entis eſt abſolutus: vt expreſſe ponit ſcũs
Tho. 5⁰ de veritate.q.2i.artic.p̊.ad primũ vbi dicit ꝙ
ens dr̃ abſolute: ſed bonũ ſuperaddit habitudinẽ cauſe
finalis: nec hoc phibꝫ quin cõceptus entis vel ens di/
uidatur in abſolutũ ꝛ reſpectiuuꝫ. dico igitur ꝙ maior
Abſtrahẽ ab oppoſitis differẽtijs dupliciter.
eſt falſa. ❡ Sciẽdum etiã ꝙ aliquaꝫ rationẽ abſtrahe
re ab oppoſitis differẽtijs põt itelligi dupliciter. Prio
modo ꝙ nulla illarũ per ſe primo modo conuenit tali
rationi: ꝛ illo modo ratio entis abſtrahit ab abſoluto ꝛ
reſpectiuo. ſcđo modo: qꝛ nulla taliũ differẽtiarũ illi ra
tioni cõuenit per ſe nec per accidẽs: ꝛ ſic maior dicti ar
gumẽti eſt falſa. Et ad pbationeꝫ dico ꝙ ppoſitio ibi
aſſumpta falſa eſt.ſ. ꝙ ſi cõceptus diuiſus per aliquas
differẽtias dicit aliquã vnam rõnẽ: illam opꝫ eẽ indif/
ferẽtem ꝛ mediam per abnegationẽ iter illas iſto mo/
do: loquẽdo precipue de ɔceptu: qui licꝫ diuidatur op/
Quedã abſtrahũt: q nõ cõueniunt ſub altero abſtractoꝝ.
poſitis differẽtijs ꝛ imediatis: põt tamẽ accipi ad vnã
illarum vt ſuperior ꝛ cõior: ꝛ ſimil'r vt iferior ad illam
ſicut manifeſte patꝫ de cõceptu vel intẽtione vniuer/
ſalis: poteſt eniꝫ ille ɔceptus accipi vt ſuperior ad illđ
vniuerſale: qđ eſt genus: ꝛ vt inferior ad illud: vnde ge
nus eſt vno modo ſuperius vniuerſali: ꝛ alio modo ife
rius. nam vl'e continet ſub ſe genus: ſpẽm: differẽtiam:
ppꝛium ꝛ accidẽs tãqꝫ iferiora ſe: ꝛ quaſi ſpecies ſuas.
Similiter genus ſub ſe vl'e cum oĩa genera ſint iferio/
ra ad hoc ꝙ dico genus modo vniuerſale eſt quoddaꝫ
de numero oĩum generũ: ꝛ pꝫ: ꝙ vniuerſale dicit vnaꝫ
rationẽ ꝛ vnũ cõceptum: licꝫ diuidatur per illa quiqꝫ
ſupradicta: ꝛ nõ ſit dare vl'e medium per abnegationẽ
ita in ppoſito: ratio entis diuidit̃ per abſolutuꝫ ꝛ reſpe
ctiuuꝫ: tamẽ rõ entis põt accipi vt ſuperior ad abſolu/
tum: qꝛ omne abſolutũ eſt ens ꝛ nõ ecõtra: ſimil'r abſo
lutum põt accipi vt ſuperius ad rationẽ entis: oĩa eniꝫ
abſoluta cõtinẽtur ſub hoc cõmuni abſolutũ: ratio aũt
entis eſt de numero abſolutorũ: nõ igitur aliquid phi/
bet ens habere vnaꝫ rationẽ: licꝫ diuidatur per abſolu
tum ꝛ reſpectiuũ quaſi per differẽtias oppoſitas ꝛ ime/
diatas. Nec ſimil'r eſt incõueniẽs ꝙ cõceptus entis di/
uidatur per ens in aĩa ꝛ ens extra animã tãqꝫ per ɔtra/
dictoria: ꝛ tñ ɔceptus entis eſt ens in aĩa. De iſto nẽpe
modo arguẽdi poſſent dari ifinite inſtãtie. nam illius
argumẽti fundamẽtum in hoc ſtat: ꝙ nullus ɔceptus
diuiſus per aliquas differẽtias ſi ſit vnꝰ vel dicẽs vnã
ratiõeꝫ icidit in aliquaꝫ illarũ. Hec aũt maxima mul/
tas habꝫ iſtãtias pſertim in ſecũdis itẽtionibus: vt eſt
exẽplificatum de intẽtione vniuerſalis ꝛ intẽtione ge
neris. Itẽ recipio illum cõceptũ: qualitas quã format
itellectus cõſtat ꝙ ille diuiditur in qualitatẽ corpora/
lem ꝛ ſpũalem: ꝛ tamẽ iſte cõceptus qualitas icidit in
vnam partẽ diuiſionis: eſt enim qualitas ſpũalis: ꝛ ſic
de multis alijs exẽplis. Dico igitur ꝙ nullus cõceptus
vnus diuiſus per aliquas differẽtias icidit in aliquam
illarũ tãqꝫ iferius ſub ſuperiori niſi talis cõceptus ſup
Cõceptꝰ reflexꝰ q̃ꝗꝫ ſuperior ſit ɔtinet tñ ſub iſe rius.
ſe reflectatur: ſicut eſt cõceptus entis: conceptus quali
tatis: cõceptus accidẽtis ꝛ multorũ alioꝝ: cõceptus.n.
entis reflectitur ſupra ſe: qꝛ ſignificat ſe ꝛ oĩa alia: ſil'r
cõceptus qualitatis ſignificat oẽs qualitates: ꝛ ipſe eſt
quedã qualitas: ꝛ in talibus vnus conceptus eſt iferior
ad ſeipſum: ɔceptus eniꝫ entis: vt eſt ſignũ eſt ſuperior
ad ſe vt eſt res: vel ſm alios ille cõceptus ſumptus ſi/
gnificatiue eſt ſuperior ad ſe vt extat materiali'r: nimi/
rum ergo ſi talis ɔceptus ſit iferior ad vnã de differen
tijs diuidẽtibꝰ ipſum: inferior quidẽ vt ſumitur pro ſe:
ſuperior aũt vt ſumitur pro illis: que naturali'r repſen/
tat in tota ſua latitudine. ❡ Ad tertiũ dr̃: ꝙ aliqua eẽ
Prio diuerſa dupl'r.
primo diuerſa poteſt contingere dupliciter: vno modo
qꝛ in nullo reali cõueniunt: nec in aliqua forma vniuo
ce ab ipſis participata: nec habẽt ppꝛie differẽtias: q/
bus adinuicẽ ſub illo cõi diſtinguãtur: ꝛ ſic cõceditur:
ꝙ decẽ predicamẽta ſunt primo diuerſa: vt ponit ſcũs
Tho. pmo cõtra Gẽtiles cap. 7i. vbi ſic dicit. (Prima
que ſeipſis diſtinguũtur mutuo negationẽ includũt: ra
tione cuius negatiue ppoſitiones in eis ſunt imediate
vt nulla quãtitas eſt ſubſtãtia.) Hec ille. ❡ Alio mõ

de intellectu anime oportet vti vt principio ad ea que de ſubſtantijs ſeparatis cognoſcimus:non autez oportet ꝙ ſi per ſciẽtias ſpeculatiuas poſſumus peruenire ad ſciendum quod quid eſt de anima noſtra:ꝙ etiã ad cognoſcendũ:quod quid eſt de ſubſtantijs ſeparatis ꝑ hmõi ſciencias deuenire poſſumus:naꝫ intelligere noſtrũ per quod peruenimus ad cognoſcendũ de aĩa nr̃a quid eſt:multũ eſt remotũ ab intelligẽtia ſubẽ ſeparate:põt tñ per hoc qđ ſcitur de aĩa noſtra quid eſt:ꝑueniri ad ſciendũ aliqđ genus remotũ ſubarũ ſeparatarũꝫ: qđ non eſt earũ ſubas intelligere.) Hec ille. Ubi notiter dicit genus remotũ:qꝛ ſicut ponit prima pte.q.88. arti.2° ad quartũ. Nihil põt cognoſci a nobis de angelis ſꝫ ratione ſpeciei coꝝ. Ait eni ſic.(Subẽ immateriales create quidẽ in genere nãli nõ cõueniunt cũ ſubſtãtijs mãlibꝰ:qꝛ nõ eſt in eis eadẽ rõ potentie ⁊ materie:

Mõlia ⁊ immãlia in gñe logico ꝯueniunt.

cõueniunt tñ cũ eis in gñe logico:qꝛ etiaꝫ ſubẽ imãles ſunt in pdicamẽto ſubẽ cũ earũ quidditas nõ ſit earũ eſſe:ſed deus nõ cõuenit cũ rebus mãlibus:neqꝫ ſꝫ genus logicũ:qꝛ deus nullo mõ eſt in genere. vñ per ſimilitudines rerũ mãlium aliqđ affirmatiue cognoſci poteſt de angelis ſm cõem rõnem generis:licꝫ nõ ſꝫ ſpeciẽ:de deo aũt nullo mõ.) ❡ Ex quibus oĩbus patꝫ:ꝙ de nulla forma ſepata cognoſcimus qđ eſt:hoc eſt eiꝰ quidditatẽ ⁊ eſſentiã nõ cognoſcimus pfecte ⁊ diſtincte licꝫ cognoſcamus de ea:qꝛ eſt:aut qđ nõ eſt.ſ.aliqua ꝑdicata cõia cõfuſa:⁊ diſtinctionẽ eius a ſubſtãtijs mãlibus per remotionẽ:⁊ ſic pꝫ ad ſcđm. ❡ Ad tertiũ ſilr negat maior loquẽdo de obiecto mãli ꝓportionato potentie pro aliquo ſtatu:põt eni extendi ad altiorẽ rõnẽ ꝙ ſit ratio illius mãlis:ſed illã rõneꝫ altiorẽ nõ inueniet niſi in obiecto materiali ſibi ꝓportionato:ſeu in illis ad quoꝝ cognitionẽ manuducit per illud obm proportionatũ:⁊ hoc dicit ſcũs Tho.pma parte.q.87.arti. 3° ad pmũ. vbi ait.(Obiectũ intellectus eſt quoddam cõe.ſ.ens ⁊ veꝝ:ſed pmũ obiectũ intellectus nõ eſt qđlibꝫ ens:ſed ens cõſideratũ in rebus materialibus: ex quibus in cognitioneꝫ deuenit oĩum alioꝝ.) Hec ille. ❡ Ad 4m cõceditur maior de obiecto formali:nõ auteꝫ de materiali ꝓportionato. ❡ Ad 5m ſilr patꝫ ꝙ nõ procedit cõtra intellectũ ꝯnis. ❡ Ad ſextũ dico:ꝙ per quidditatẽ rei mãlis intelligo quidditatẽ rei compoſite ex

Quid ꝑ quidditatẽ rei mãlis intelligatur.

materia ⁊ forma:cuius põt haberi fantaſma:talẽ autẽ quidditatẽ dicimus eſſe obiectũ mãle primũ ⁊ ꝓportionatũ intellectui coniuncto:nõ quin alia itelligat: ſꝫ quia nõ pmo alia intelligit. imo oĩa per illud obm itelligit: vt predictũ eſt. ❡ Ad ſeptimũ dico:ꝙ facit ꝓ declaratione opionis noſtre. ❡ Ad 8m dico:ꝙ mens fuit phĩ ꝙ intellectus noſter intelligeret mãlia ⁊ imaterialia:ſed mãlia per ꝓprias ſpẽs pfecte repreſentantes quidditatẽ eorũ:⁊ ideo in ſe. imaterialia vo licꝫ cognoſcantur a nobis:tñ inſpicimus ea in fantaſmate:vel ſpẽ alicuiꝰ mãlis: vt ponit ſcũs Tho.pma parte.q.84.articu.7°. ad tertiũ.(Incorporea(inquit)quoꝝ non ſunt fantaſmata cognoſcuntur a nobis per cõparationẽ ad corpora ſenſibilia:quoꝝ fantaſmata habemus:ſicut veritatem intelligimus ex cõſideratione rei circa quã veritatem ſpeculamur. Deũ aũt vt dicit Dionyſius cognoſcimus vt cauſaꝫ:⁊ per exceſſum:⁊ per remotionẽ:alias etiam ſubſtantias icorporeas in ſtatu vie cognoſcere nõ poſſumus niſi per remotionẽ vl aliquã comparationẽ ad corporalia:⁊ ideo cũ de hĩs aliquid intelligimus neceſſario habemus cõuerti ad fantaſmata corporũ:licꝫ ipſoꝝ non ſint fantaſmata.) Hec ille. Qđ aũt addit de Cõmẽtatore:parũ valꝫ.nã ipſe in hoc errauit:⁊ fuit cõtra phĩm eius exemplũ deprauãdo:dicit eniꝫ Ariſto.ꝙ

Tex.cõ.pmi ſcđo meta.

intellectus noſter ſe hꝫ ad manifeſtiſſima rerum:ſicut oculus veſpertilionis ad lucẽ ſolis. Ipſe aũt Cõmentator dicit:ꝙ non eſt ſimile de itellectu noſtro ad ſubſtãtias ſeparatas:⁊ de oculo verſpertilionis ad lucẽ ſolis quantũ ad impoſſibilitatẽ:ſed ſolũ quantũ ad difficultatẽ:qđ tali rõne probat ibidẽ:qꝛ ſi illa que ſunt intellecta ſm ſe ſcilꝫ ſubſtantie ſeparate eſſent nobis impoſſibiles ad intelligendũ fruſtra eſſent:ſicut ſi eſſet aliqđ viſibile qđ nullo ſenſu poteſt videri. ❡ Iſtã aũt rõneꝫ ſimul cũ poſitione ſua de ſubſtãtiaꝝ ſeparatarũ cognitione improbat ſcũs Tho. ſuper ſcđo metaphyſice. di-

Lectio pria.

cens rationẽ illam eſſe deriſibilẽ ꝓpter duo.(Primo quidem in hoc ꝙ cognitio itellectus noſtri nõ eſt finis ſubſtantie ſeparate:ſed magis econuerſo. vnde non ſequitur ꝙ ſi non cognoſcamus ſubſtantias ſeparatas:ꝙ ꝓpter hoc ſint fruſtra:fruſtra enim eſt qđ nõ conſequitur finem:ad quẽ eſt. ſcđo quia ⁊ ſi ſubſtantie ſeparate nõ intelligantur a nobis ſm ſuas quidditates: intelligunt tamen ab alijs intellectibus:ſicut ſi ſolem non videat oculus nycticoracis: videt tamen oculus aquile.) Hec ille. ❡ Idem ponit tertio contra gentiles caplo.43. ⁊ 45. ❡ Item prima parte.q.88.arti.p̊.in pncipali reſpõſione ad quartũ. ❡ Ad nonum dicitur:ꝙ procedit de obiecto formali:nõ aũt de materiali pro ſtatu iſto.naꝫ anima ſeparata ſm ſcũm Tho.pma parte.q.89.art.p̊. quia hꝫ aliũ modum eſſendi ꝙ coniuncta:habꝫ aliuꝫ modum intelligendi.(Anime(inquit)ſm illũ modũ

Aĩa ſeparata ꝑ aliũ eſſendi modũ aliũ itelligẽdi modũ habꝫ.

eſſendi quo eſt vnita corpori competit modus intelligendi per conuerſionẽ ad fantaſmata:que ſunt in corporeis organis. Cum autẽ fuerit a corpore ſeparata:cõpetit ei modus intelligendi per ꝯuerſionem ad ea que ſunt ſimplr intelligibilia:ſicut ⁊ alijs ſubſtantijs a corpore ſeparatis.) Hec ille. Et ibidem ad tertiũ dĩc.(Q2 anima ſeparata nõ intelligit per ſpecies inatas vel ꝗs tunc abſtrahat:nec ſolum per ſpecies conſeruatas:ſed per ſpecies ex influentia diuini luminis participatas: quarũ aĩa fit particeps:ſicut ⁊ alie ſubſtantie ſeparate ꝗuis inferiori modo. vnde ceſſante cõuerſione ad corpus ad ſuperiora cõuertitur.) Hec ille. ❡ Ad decimũ patet ꝑ idẽ.(Licet enim ſit eadem potentia:nõ tamẽ habet eundẽ modum eſſendi:⁊ ideo nec idem obiectũ materiale ſibi proportionatum:ſed idem obiectuꝫ formale habet. ❡ Ad vndecimũ dicitur ſicut ad ſcđm ⁊ octauum. Actus enim intellectus ⁊ voluntatis cognoſcuntur per obiecta. vnde tertio contra gentiles. caplo.46. dicit ſanctus Tho.(De anima ſcimus quia eſt per ſe ipſam inquantũ actus eius percipimus. Quid autem ſit inquirimus ex actibus ⁊ obiectis per principia ſcientiarum ſpeculatiuarum:ita etiã de his que ſunt in anima noſtra. ſcilicꝫ de potentijs ⁊ habitibus:ſcimus quidem quia ſunt:inquantum actus percipimus:qđ vero ſint ex ipſorum actuum qualitate inuenimus.) Hec ille. Unde patet ꝙ argumenta iſta procedũt ex falſo intellectu:ac ſi ſanctus Tho. poneret ꝙ formalis ratio obiecti intellectus eſſet quidditas rei materialis:quod tamen nunꝗ ſenſit: vt patet per predicta. ❡ Ad pmuꝫ contra quintã concluſionem dicitur ꝙ reſponſio ibi data ſufficit:nec replica facta ibidem vſquequaqꝫ valet:ſꝫ enim ꝙ ponit ſanctus Thomas tertio contra gentiles caplo.48.tam phs ꝙ ſui Cõmẽtatores paſſi ſunt magnas anguſtias ſuper iſta materia. Nam Ariſto. videtur

Capitu.14.

pmo ethicoꝝ innuere ꝙ hõ nõ poſſit ꝑuenire ad pfectã felicitatẽ cũ non poſſit in hac vita ptingere ad pfecte cognoſcendũ ſubſtantias ſeparatas:in quarum ſpecu-

latione vltima eius beatitudo conſiſtit. Alij aūt cōmētatores eiꝰ poſuerunt hoīem poſſe ꝑuenire ad hᷣ: ſꝫ modus eſt erroneus. vñ ſcūs Tho. ibidē poſitis multis rationibus ad probādū: ꝙ in hac vita nullus pōt pertingere ad perfectā felicitatē ꝯcludit. (Propter has igitᷣ rōnes Alexāder ⁊ Auerrois poſuerūt vltimā felicitatē non eſſe in cognitione humana: que eſt per ſciās ſpeculatiuas ſed per cōtinuationē cū ſubā ſepata quā eē credebāt poſſibilē homini in hac vita: qꝛ vero Ariſt. vidit ꝙ nō eſt alia cognitio hoīs in hac vita: ꝙꝫ per ſciās ſpeculatiuas poſuit hoīem nō cōſequi felicitatē perfectā: ſed ſuo modo: in quo ſatis apparet quantā anguſtiā patiebantᷣ hincinde eorū preclara ingenia: a quibus anguſtijs liberabimur: ſi ponamus ſm ꝓbationes ꝑmiſſas hoīes ad verā felicitatē poſt hanc vitam ꝑuenire poſſe anima īmortali exiſtente: in quo ſtatu aīa intelliget ꝑ modū quo intelligunt ſubē ſeparate. Erit ergo vltima felicitas hoīs in cognitiōe dei quā habꝫ humana mēs poſt hanc vitā.) Hec ille. ¶ Ex quibus patꝫ ꝙ nō fuit mens Ariſto. ꝙ homo in hac vita pertingere poſſet ad cognoſcendū quidditates ſubarū ſeparatarū: ⁊ licꝫ ipſe nō poſuerit expreſſe aliā vitā: tamē rōnes ſue debēt ad hoc eū mouere preſertim iſta: qꝛ deſideriū nāle nō pōt eſſe fruſtra: qꝺ eēt niſi īpleretᷣ: ſꝫ deſideriū nāle cognoſcendi maxime intelligibilia nō impletᷣ in hac vita. igitur ⁊c̃. ¶ Ad ſcōm negatᷣ ꝯñtia: nec valꝫ ꝓbatio: qꝛ īmproportio potentie ad obm eſt duplex. vna ſcꝫ qñ obꝫ ſic īproportionatᷣ potentie: ꝙ nō cōtinetᷣ ſub rōne formali obiecti illius potentie quō īproportionatᷣ viſus ſonis vel auditus coloribus. ¶ Alia eſt qñ obm ꝯtinetᷣ ſub rōne formali obiecti potētie: ſed tñ ipſiꝰ obiecti modꝰ eſſendi excedit modū eſſendi nāe cognoſcentis: que tñ nā pōt eleuari ad altiorē modū: ſicut viſus noctue eſt īproportionatus luci ſolis: pōt tamē ꝓportionari: tunc dicitᷣ ꝙ potētia ꝑmo modo improportionata obiecto: nō pōt reduci ad proportionē: ſꝫ bene potētia ſcdo mō īproportionata. vnde viſus nō pōt eleuari ad videndū ſubſtantiā in incorporeā: intellectus tñ noſter poſſet: lꝫ vterqꝫ ſit īproportiōatus ſubſtātie ſeparate: qꝺ oſtēdit ſcūs Tho. ꝑma parte. q. 12. arti. 4°. ad tertium. (Viſus (inquit) qꝛ oīno materialis eſt nullo modo eleuari poteſt ad aliquid imāle: ſed intellectus noſter vel angelicus: qꝛ a mā ſm nāꝫ aliqualiter eleuatus eſt. pōt vltra ſuā nām per grām ad aliqd altius eleuari: ⁊ huiꝰ ſignū eſt: ꝙ viſus nullo modo pōt in abſtractione cognoſcere id qꝺ in concretione cognouit: nullo eñi modo percipere poteſt nām niſi vt hanc: ſed intellectus pōt in abſtractione cōſiderare que in concretione cognouit: ⁊ ſi eñi cognoſcat res hñtes formā in mā: tñ reſoluit cōpoſitū in vtrūqꝫ cōſiderās ipſaꝫ formā per ſe: ⁊ ſimilr intellectus angelicus: licꝫ nāle ſit ei cognoſcere eſſe concretū: tñ pōt ipm eſſe ſecernere per intellm: dū cognoſcit ꝙ aliud ipſum: ⁊ aliud eſt eſſe ſuū: ⁊ ideo cū per intellſ creatus per ſuā nām natus ſit apprehendere formā cōcretā: ⁊ eſſe cōcretū in abſtractione per modū reſolutionis eiuſdem: poteſt per gratiā eleuari vt cognoſcat ſubſtantiā ſeparatā ſubſiſtentē vt eſſe ſeparatū ſubſiſtēs.) Hec ille. ¶ Ad tertiū patꝫ reſpōſio per ꝑdicta: potētie eñi diſtinguūtᷣ penes obiecta formalia: nō aūt mālia modo aīa cōiuncta ⁊ ſeparata nō hñt diuerſa obiecta formalia. ¶ Ad 4ᵐ dico ꝙ agēs per intellectū cognoſcit vltimū finē in vli rōne ſūmi boni: hoc aūt non eſt cognoſcere illū quantū ad qꝺ quid eſt. ¶ Ad quintū dicitᷣ ꝙ multiplex eſt veritas ſm multiplicitatē intellectuū. vnde dico ꝙ alia eſt veritas lapidis in cōparatione ad intellectū creatū: ⁊ alia ad intellectū diuinū: ſicut oſtendit ſcūs Tho. ꝑma parte. qō. 16. arti. 6°. Dico igitᷣ ꝙ ꝑmā veritatē. ſcꝫ intellectus diuini aīa nō cognoſcit in ſeipſa: ſicut nec ideas diuini intellectus: ſꝫ cognoſcit illā veritatē inquantū reſultat in ipſa aīa. vñ ſcūs Tho. ibidē ad ꝑmū dicit. (Anima nō ſm quācūqꝫ veritatē iudicat de oībus rebus: ſed ſm veritatē ꝑmaꝫ inquantū reſultat in ea ſicut in ſpeculo ſm prima intelligibilia.) Hec ille. ¶ Ad ſextū dicitᷣ ꝙ ignorātia ſubarū ſeparatarū nō eſt ſicut cecitas: qꝛ in vita alia ſciemꝰ quid ſunt. ¶ Ad ſeptimū dicitᷣ: ꝙ quātūcūqꝫ effectus ducant in cognitionē ꝑme cauſe: qꝛ tñ nō adequant illius virtutē: per hō effectus nūqꝫ poterit actus ſeparate ſubē deprehendi. vñ ſcūs Tho. ꝑma parte. q. 12. arti. 12. (Quia (inquit) noſtra nālis cognitio a ſenſu principiū ſumit: inde ſe tm̄ nr̄a nālis cognitio extendere pōt inquantū manuduci pōt per ſenſibilia: ex ſenſibilibus aūt nō pōt ꝑtingere ad hoc intellectus noſter: ꝙ diuinā eſſentiā videat: qꝛ creature ſenſibiles ſunt effectus dei virtutē nō adequantes: vnde ex ſenſibiliū cognitione non pōt tota dei virtus cognoſci: ⁊ per ꝯñs nec eius eſſentia videri: ſed qꝛ ſunt effectus a cauſa depēdētes ex eis in hoc perduci poſſumus vt cognoſcamus de ipſo ea que neceſſe eſt ei cōuenire ſm ꝙ eſt ꝑma oīum cauſa excedens oīa ſua cauſata. vñ cognoſcimus de ipſo habitudinē ad creaturas: ꝙ ſcꝫ eſt oīum cauſa ⁊ differentiā creaturarū ab ipſo: ꝙ ſcilꝫ ipſe nō eſt aliqd eorū que ab eo cauſantᷣ: ⁊ ꝙ hec non remouentᷣ ab eo ꝓpter eius defectū: ſed qꝛ oīa ſuperexcedit.) Hec ille. Et arti. ſequēti ad ꝑmū ſic ait. (Licꝫ per reuelationeꝫ grē in hac vita nō cognoſcamus de deo quid eſt: tamē plenius ipſum cognoſcimus inquātū plures ⁊ excellentiores effectus eius nobis demonſtrantᷣ: ⁊ inquantū aliq̄ ei attribuimus ex reuelatione diuina ad que nālis rō nō pertingit: vt deū eſſe trinū ⁊ vnū.) Hec ille. ¶ Ad reſponſionē ibi datā dico ꝙ vtraqꝫ bona eſt ſi bene intelligatᷣ. Prima quidē qua dicitᷣ ꝙ de deo nō cognoſcimus qd eſt: ſed qꝛ eſt. vnde ſcūs Tho. de veritate. q. 2. arti. ꝑ. ad nonū. (Tūc intellectus dicitᷣ ſcire de aliquo qd eſt: qñ diffinit ipſum. i. qñ cōcipit aliquā formaꝫ de ipſa rei quidditate: que ꝑ oīa ipſi rei rñdet. ¶ Iaꝫ autē ex dictis pꝫ. ꝙ qcqd intellectus noſter de deo concipit eſt deficiens a repreſentatione eius: ⁊ ideo qꝺ quid eſt ipſius dei ſemꝑ nobis occultū remanet: ⁊ hec eſt ſūma cognitio quaꝫ de ipſo in ſtatu vie hr̄e poſſumus: vt cognoſcamus deū eſſe ſupra omne illud qꝺ cogitamꝰ de deo. vt pꝫ per Dionyſiū capº ꝑ. de myſtica theologia.) Hec ille. Hoc etiā declarat ſcūs Tho. 3° cōtra gētiles. caº. 47. (Omnis inquit) itelligibilis ſpēs per quā itelligitᷣ qdditas vel eſſentia alicuius rei cōprehendit in repñtādo rē illā. vñ ⁊ diffinitiōes ſignificātes: qꝺ qd eſt terminos etiā vocamꝰ. Impoſſe eſt aūt ꝙ aliq̄ ſimilitudo creata talr deū repñtet: cū ql̄ibꝫ creata ſilitudo alicuius ſit generis ꝺterminati: nō aūt deus nō eſt igitᷣ poſſe ꝙ per aliquā ſimilitudinē creatā diuina intelligatᷣ.) Hec ille. ¶ Ex quibus pꝫ qd itelligit cuꝫ dicit: ꝙ de deo nō cognoſcimus qd eſt. Subdit etiā ibideꝫ. (Per effectus dei ꝑtingere poſſumus vt cognoſcamꝰ de deo: qꝛ eſt: ⁊ ꝙ cū aliorū eſt aliqd ſupereminēs ⁊ ab oībus remotus: ⁊ hoc eſt vltimū ⁊ perfectiſſimū noſtre cognitionis in hac vita: vt Dionyſius dicit in libro de myſtica theologia: cum deo quaſi ignoto cōiungamur qꝺ quidē cōtingit dū de deo: qd nō ſit cognoſcimꝰ: qd vero ſit penitus manet ignotū: vñ ⁊ ad hō ſublimiſſime cognitiōis ignorantiā demōſtrandā dr̄ de Moyſe

Scdo de aīa cōmento. 5°.

Ariſt. 10. ethicorū caº. 10.

Prie rñſionis declaro

Summa dei cognitio noſſ poſſibilis.

Capitulo p̄mo

Exodi.20.ꝙ acceſſit ad caliginē in qua de⁹ erat.) Hec
ille. ❡ Ex quibus patet quō pma miſſio data ibidez eſt
intelligenda. Et ſimilr pꝫ de ſcđa aliqualr. ſcꝫ quō de
deo nō cognoſcimus: quid eſt: ſꝫ quid nō eſt: hoc eſt: ꝙ
oīa que dicūr de creaturis vno mō poſſunt a deo remo-
ueri ſm ꝙ ponit ſcūs Tho. p̊ ſen. diſtin. 8. q. i. arti. p̊. ad
quartū. (Quādo (inquit) in diuinis ꝓcedimus ꝑ viaꝫ
remotionis pmo negamus corpalia. ⁊ ſcđo intellectua
lia ſm ꝙ inueniunt̃ in creaturis: vt bonitas ⁊ ſapiētia:
⁊ tūc remanet tm̄ in itellectu nr̄o: ꝙ eſt ⁊ nihil ampli⁹.
vñ eſt ſicut in quadā ꝯfuſione. ❡ Ad vltimū aūt etiā
ipſum ſm ꝙ eſt in creaturis ab ipſo remouemus: ⁊ tūc
remanet in quadā tenebra ignorantie ſm quā ignorā-
tiā quantū ad ſtatū vie ptinet: optie deo cōiungimur.
vt Dionyſius dicit: ⁊ hec eſt caligo: in qua deus habita
re dr̃.) Hec ille. ❡ Item diſ. 22. q. i. artic. 2°. exponens
illud Dionyſij ca. 2°. celeſtis hierarchie. Negationes in
diuinis ſunt vere: affirmationes aūt in parte ſic dic̃ ad
primū. (Cū in noīe duo ſint: modus ſignificandi: ⁊ res
ipſa ſignificata: ſemꝑ ſm alterū pōt remoueri a deo: vl̃
ſm vtrūqꝫ: ſed nō pōt dici de eo niſi ſꝫ alterū tm̄: ⁊ qꝛ
ad veritatē ⁊ ꝓprietatē affirmationis requirit̃ ꝙ totū
affirmet̃: ad ꝓprietatē aūt negationis ſufficit ſi alterū
tm̄ deſit: ideo dicit Dionyſius ꝙ negationes ſunt abſo
lute vere: ſed affirmationes nō niſi ſm quid: qꝛ quātū
ad ſignificatū tm̄: ⁊ nō quantū ad modū ſignificādi.)
Hec ille. Et ſimilr pma parte. q. 13. arti. 3. ad ſcđm. (Jō
(inquit) Dionyſius dicit hꝰ noīs negari a deo: qꝛ illud
qđ ſignificat̃ per nomē nō conuenit deo eodē modo q̄
ſignificat nomē: ſed excellentiori modo. vnde ibidem
dicit ꝙ deus eſt ſuper oēm ſubſtātiā ⁊ vitā.) Hec ille.
Huic cōcordat dñs Albertus libro ſcđo de cauſis. tra-
ctatu ſcđo cap. 8°. vbi ſic ait. (Intelligentia aūt cogno

Nō de deo non cognoſcimꝰ: niſi quia ſm Albertū.

ſcit illud qđ ſupra ſe eſt: cognoſcit autē cognitione: qꝛ ⁊
non quid eſt: eo ꝙ cognoſcit per cognitū poſterius. Bo
nitas eni effluens a ſuperiori: poſterius eſt ſuperiori: ⁊
cū ſic cognoſcit̃ per bonitatē ab eo effluxā: cognoſcit ꝑ
effectū ſuū: qui poſterior eſt: ⁊ hec eſt cognitio ꝗ qꝛ ⁊ nō
quid eſt: ꝓpter quod de tali cognitione: vt dicit Alfara
bius: ⁊ idē ꝯfirmat Dionyſius: potius cognoſcimus qđ
nō eſt q̄ꝫ quid eſt: q̄uis cognoſcamus ꝙ eſt ens: ⁊ vita:
⁊ intellectus: ⁊ lumen: ⁊ verū: ⁊ bonū: nihil tamē horuꝫ
eſt per modū iſtū quo iſta cadunt in cognitiōe inferio-
ris: cognitio eni eſt ſm facultatē cognoſcētis. facultas
aūt inferioris deficit a facultate ſuperioris: ꝓꝑ qđ tali
cognitione magis cognoſcit̃ qđ non eſt: q̄ꝫ qđ eſt: qꝛ vt
dicit rabbi Moyſes negatio reſtringit ad cogniti nāꝫ:
iſte alius modus eſt cognitionis: ſi eni dicā ꝙ primum
eſt ens: ens aūt corporeū vel icorporeū: ⁊ dicā ꝙ pmuꝫ
pncipiū nō eſt corporū reſtringit̃ cognitio ad ens icor-
poreū: ſi rurſus dicā incorporeuꝫ ens intellectuale vel
ſenſibile: ⁊ dicā ꝙ primū nō eſt ſenſibile reſtringit̃ co-
gnitio ad ens intellectuale: cū aūt primū principiū nō
ſit ens intellectuale put ab inferiori apprehenſum eſt
nō ꝓprie affirmari pōt ens intellectuale de pmo pnci-
pio: ⁊ ſi affirmat̃ ⁊ predicat̃: erit ſicut ſuperius cōicat̃
inferiori: ꝓpter qđ dicit Dionyſius ꝙ opꝫ in pmo prin
cipio oiuꝫ affirmationes potentius negare tāq̄ꝫ de eo:
qđ nihil eſt oium eoꝝ que ſunt.) Hec ille. ❡ Tunc ad
primū cōtra primā reſponſionē dico: ꝙ nō de quocūqꝫ
habet̃: qꝛ eſt: poteſt haberi quid eſt: per illud per qđ co-
gnoſcebatur: quia eſt: niſi illud ſit effectus aliquis per-
fecte illius repreſentans virtutē: tunc eni per taleꝫ effe
ctum cognoſci poteſt de cauſa ſua nō ſolū: qꝛ eſt ſꝫ qđ:
ſed nullus effectus ꝑfecte repreſentat virtutem prime

cauſe: ideo non oſtendit de cauſa ſua quid ſit: ſed quia
ſit. ❡ Ad ſcđm patet per idem. licꝫ eniꝫ ꝯſña illa non
valeat de quocūqꝫ effectu: valet tñ de effectu non ade-
quante ſuam cauſam. ❡ Ad tertiū dico: ꝙ lꝫ ſimplex

Quō ſimplex cognoſcatur.

totum cognoſcat̃: aut totum ignoret̃: non tamē oportꝫ
ꝙ cognoſcens totum ſimplex: cognoſcat de illo quid
eſt: qꝛ nō cognoſcat illud in ſe: ſed per ſpeciē in adequa
taꝫ in repreſentando: quod intelligimus per hoc qđ di-
cimus ð aliquo cognoſci: quia eſt. ❡ Ad quartū dr̃: ꝙ
licꝫ cognoſcamus iſtā cōpoſitionē deus vel prima cau
ſa ē: ex hoc nō ſequit̃ ꝙ ſciat̃ de ſubiecto quid eſt: ſicut
enim dicit ſanctus Tho. pma pte. q. i. arti. 7°. ad pmū.
(Licꝫ de deo non poſſumus ſcire quid eſt: vtimur tñ
in hac doctrina effectu eius nature vel gratie: loco diffi
nitionis ad ea que de deo in hac doctrina conſiderāt̃.
ſicut in quibuſdā ſcientijs phyſicis demōſtrat̃ aliquid
de cauſa per effectū accipiendo effectū loco diffinitio-
nis cauſe.) Hec ille. ❡ Ex quo patꝫ ꝙ ad itelligenduꝫ
cōcluſionē demōſtratā nō opꝫ cognoſcere de ſubiecto
quid eſt: ſed ſufficit cognitio eius in effectu. ❡ Ad pri-
mū cōtra ſcđam miſſionē ſimilr dr̃: ꝙ non eſt ſimile de
differentijs creaturaꝝ ⁊ de differētijs dei ad creaturā:
qꝛ licꝫ dñia lapidis ad lignū non habeat nomē impoſi-
tū: habꝫ tñ conceptū affirmatiuū ꝑfecte determinan-
tē diffinitionē lapidis ꝯplēdo illā: nō ſic de deo. ❡ Ad
ſcđm ⁊ tertiū dicit dñs Albertus ſuper ſcđo cap°. cele-
ſtis hierarchie. in illa qōne. Utrū deus per negationes
magis certificet̃. (De re (inquit) cuius totū eſſe cōpre
hendit̃: aut qꝛ habꝫ terminos: aut qꝛ eſt termin⁹: ſicut
punctus qui ꝓpter ſimplicitatē nō pōt diffiniri niſi ne-
gatiue: negatio ſcit̃ per hoc: ꝙ cōprehendit̃ illud qđ ꝑ
negationē relinquit̃: ſiue ſit vnū vt in ſimplicibus: ſiue
ſit plura: vt in cōpoſitis: ſed illđ qđ relinquit̃ per nega-
tiones in deo nō poſſumus cōprehēdere: ⁊ iō negatio-
nes in ipſo nō ſunt certe ꝑ aliquā affirmationeꝫ.) Hec
ille. ❡ Ad 8m dicit̃: ꝙ quidditatē ſubē imālis nō poſ-
ſumus ꝯprehēdere nec cognoſcere in via: nō ſolū: quia

Quare imālia nō ꝯphēduntur.

nō cadit ſub ſenſu: nec ſolū: qꝛ eſt extra rōnē quiddita-
tis mālis: ſed qꝛ quidditas mālis: q̄ ſola imediate mo-
uet intellectū ꝓ iſto ſtatu nō eſt ſufficiens ductiuū in
illius quidditatē: ſuba aūt licꝫ nō cadat ſub ſenſu: tamē
ſenſibilia accidētia ſunt effectus eidē ꝓportionati ad
cognoſcēdū qđ qđ ē ſubē mālis. ❡ Ad 9m dictū ē prius:
nō eni ad cognitionē ꝓpōnis cognoſci opꝫ quod qđ eſt
ſubti: ſed ſufficit illud cognoſcere in qđā ꝯceptu ſibi ꝓ
prio vel cōi quē nō negamus a deo. ❡ Ad argumēta 3
nonā ꝯnē dr̃: ꝙ q̄uis illud qđ ſcđo ſupponit̃ ſit veꝝ nō
tñ pmū. vñ ad oēs ei⁹ ꝓbatiōes dr̃ gnalr ꝙ vtiqꝫ bñ ꝓ
bāt ꝙ ens hēat vnū ꝯceptū cōeꝫ deo ⁊ creaturis ⁊ decē
pdicamentis: ſumendo cōceptū pro cōceptione quaꝫ
intellectus format dū cōcipit ens. Si autē loquamur
de cōceptu obiectali: qui nō eſt aliud q̄ꝫ itelligibile qđ
obijcit̃ intellectui formanti dictā cōceptionē: ſicut na-
tura humana diceret̃ cōceptus obiectalis illius intelle
ctionis: qua intelligit̃ homo: inquantuꝫ hō: tunc diſtin
guenduꝫ eſt de vnitate: qꝛ vel pōt intelligi de vnitate
attributionis: eo modo quo multa habentia attributio
nē ad vnū dicunt̃ vnum attributiue: vel poteſt dici de
vnitate que attendit̃ penes aliquā formā vel nām: que
participat̃ a multis qualis eſt vnitas generis vel ſpēi:
humanitas enim in omnibus eſt vna forma: non qđē
actu nec potentia extra intellectū: ſed aptitudine ſic ꝙ
nō ſtat ex parte illius forme quin ſit vna: ſed ex alio. ſ.
ex pncipijs indiuiduantibus illā: vel ex differētijs diui-
dentibus eā. Si loquamur de pmo mō vnitatis ſic cō

cedit q ens hz vnū cōceptū cōmunē deo ⁊ creaturis
obiectalē. vnū quidē per attributionē nō per indiuiſio
nē alicuius forme in eis participate: ſed vnuz per attri/
butionē: qꝛ creature dicūt entia ex imitatione ⁊ attribu/
tione ad deū: ⁊ vlterius accidens ex imitatione ſubē ⁊
attributione ad illā: ⁊ ideo ille ꝯceptus obiectalis non
eſt vnus tanta vnitate quāta cōceptus obiectalis gene
ris dicit̄ vnus vel cōceptus ſpeciei: ſed multo minori.
¶ Iuxta igit̄ hanc diſtinctionē dicit̄ ad pmū q bene
cōcludit cōceptū entis: de quo certū eſt q cōuenit illi
de quo eſt dubiū an ꝯceptus ſubē illi ꝯueniat: ⁊ ſimilr
de cōceptu accidētis: ille quidē ꝯceptus entis eſt alius
a cōceptu tā ſubē q̄ accidentis: ⁊ eſt vnus vnitate attri
butionis ſolū. ¶ Ad ſcdm dicit̄ ſimilr: q licz cōcept⁹
entis pma impreſſione imprimat̄ in aia ſumendo cō/
ceptū ex pte intellectus: nō tñ opz q obiectalis conce/
ptus habeat aliquā vnitatē niſi attributiōis aut imita/
tionis. ¶ Ad 3m dico: q nō opz obiectū formale intel/
lectus habere aliquā vnitatē extra intellectū q̄ vnita
tē attributionis. ¶ Et ſimilr dicit̄ ad q̄rtū: cuius ſolu
Tex. cō. ſcdi. tio manifeſte ponit̄ 4° metaphyſice. vbi dicit̄ q nō ſo
lū illa pertinēt ad eandē ſciam que ſunt vnum genere:
aut ſpecie: aut cōueniunt in aliquo vniuoce dicto de il
lis: ſed etiā illa que attribuunt̄ vni fini: aut vni agenti:
aut vni ſubſtātie: vt patz per Cōmentatorē cōm. ſcdo
Nō ſufficim ad nugatiōes tollendum. eiuſdē libri. ¶ Ad 5m dico: q ad tollendū nugationem
ſufficit q dictio alteri addita dicat aliam rōnez: ⁊ hoc
eſt in pppoſito. ſed licz ratio ex pte ratiocinantis ſit vna
ratio: tñ obiectalis non hz vnitatem niſi attributionis.
¶ Ad 6m dicit̄ q cōcludit cōceptū entis eſſe aliū a cō
ceptu pprio ſubſtātie: ⁊ a cōceptu pprio dei: ita q cū
dicit̄ deus eſt ens: cōceptus predicati eſt alius a conce
ptu ſubiecti: nec hoc negamus nos: ſed ſolū q cōcept⁹
entis ſit vnus ab vnitate forme itellecte: niſi per attri/
butionē. ¶ Ad ſeptimū dicit̄: q cū dicit̄ deus eſt ens
ibi predicat̄ cōceptus cōis de cōceptu pticulari: tamē
alio modo eſt vnus ꝯceptus ſubiecti q̄ pdicati. ¶ Ad
Analogorum diuerſitas. octauū dicit̄: q multiplicitas analogi qd dic̄ diuerſas
rōnes in actu ⁊ explicite: ſicut forte eſt ſanuz reddit to/
tam ppoſitionē multiplicē: in qua ponit̄ tale analogū:
ſicut ſi diceret̄: omne ſanū eſt animal: ſed analogū qd
dicit vnā ſolā rationē explicite: licz illa ſit vna ſola vni
tate attributionis loquēdo de rōne obiectali: qd etiaz
dicit vnā intentionē itellectus repreſentātē rōnē obie/
ctalē q̄tuis nō eque quantū ad oīa contenta ſub tali ra
tione tale inquā analogū nō facit ppoſitionē multipli
cem. hmōi aūt eſt ens: ⁊ ideo pmū pncipiū in quo po
nit̄ eſſe vel ens nō eſt diſtinguendū. ¶ Ad nonū dicit̄
eodē modo: licz enī ens ponat̄ in omni ppoſitione vel
aliqd equalēs: nō tamē ideo quelibz ppoſitio eſt mul/
Mod⁹ analogie triplex. tiplex. Triplex eſt enī modus analogie ſm q dictū eſt
in pbatione none ꝯnis. Pmus eſt qñ analoguz dicit
vnā rōnē pncipalr: ⁊ pter hoc dicit habitudinē vl ppor
tionē ad illā rōnē ſicut ſanū qñqz dicit formā ſanitatis
qñqz habitudinē cauſe ad ſanitatē: ⁊ ſic tale analoguz
dicit diuerſas rationes in actu ⁊ explicite. ¶ Aliud eſt
analogū qd nō dicit niſi vnā rōnem: que tñ diuerſum
eſſe hz in analogatis ⁊ nō vniforme: ſicut corpus cū dr
de celeſtibus ⁊ inferioribus. ¶ Aliud eſt analoguz qd
dicit vnā rōnem actu: in q̄ tñ nō parificant̄ analogata:
nec ī eſſe illius: ſicut ens dictū de deo ⁊ creatura de ſub
ſtantia ⁊ accidēte: ⁊ ſolū pmus modus analogie reddit
ppoſitionē multiplicē. ¶ Ad. 10m. ⁊ 11m. dr eodē modo
q analogia illa ſolū tollit ꝯdictionē: que eſt analogi di
centis multas rōnes in actu ſicut ſanū. ¶ Ad 12m dr: q
cōcludit q ens hz aliā rōnez a ſuis paſſionibus: q̄ ſunt
verū: vnū bonū: de quali vnitate: dictū eſt ſepe. ¶ Ad
13m dr: q aliqua eſſe pmo diuerſa poteſt dupl̄r itelligi.
Primo mō: qꝛ nō cōueniūt in aliquo vniuoce dicto de Pmo diuerſa dupliciter
ipſis nec participant aliquā eandē nām. Alio mō: quia
nulla intentio eſt in eis cōis: tunc dico q vltie drīe ſūt
pmo diuerſe pmo mō: nō aūt ſcdo. imo ꝯueniūt in itē/
tione entis. Nec opz querere aliqd quo differant ſub il In ſcdo ꝯue niūt ꝯclonis.
lo cōi cōceptu: qꝛ aliter diuidit̄ vniuocū ⁊ aliter analo/
gū: vt dictū eſt. vnde nō opz illa que ꝯueniūt in aliquo
analogo habere drīas: ſed ſufficit q diſſimilr pticipent
illud ⁊ ſint diuerſi modi eius: argumētū aūt pcederet
ſi ille drīe cōuenirent in aliquo vniuoco. ¶ Ad 14m dr
q licz queſtio an eſt q̄rat aliud q̄ q̄ſtio quid eſt: non tñ
habet̄ q ꝯceptus entis: ſit diſtinctus a ppriis cōcepti/
bus illo modo quo ꝯceptus pfecte vnus diſtiguit̄ a cō/
ceptu pfecte vno: ſed per modū quo ꝯcept⁹ habēs vni/
tatē attributionis diſtinguit̄ a cōceptu vere vno quaz
implicite includit. ¶ Ad 15m dr: q cū dr ſuba eſt magl Cōparatio vniuocatiōez nō arguit.
ens q̄ accidēs iſta cōparatio fit penes cōceptuz entis:
nec tñ opz illū cōceptū vniformiter participari a ſuba
⁊ accidente nec hre pfectā vnitatē. ¶ Ad 16m dr: ſicut ad
14m. ¶ Ad 17m dr: q licz cōceptus in quo oīa cōueni/
unt ſit alius a cōceptu quo diſtinguūt̄: non tñ iſte ⁊ ille
hñt cōſimilē vnitatē loquēdo de cōceptu obiectali: lz
cōceptus formalis q. ſ. fit per intellectū: hincinde cōſi/
milē habeat vnitatē. ¶ Ad 18m dico: q paſſiones tran
ſcendentes habēt pro ſubo adequato rationē entis: ⁊ ſi
cut rō entis nō vniformiter ſe hz ad ſubam ⁊ accidēs:
ſic nec ille paſſiones. ¶ Ad 19m dr q tā deus: q̄ creatu/
ra: q̄ ens reale: q̄ ens rōnis hñt vnū ꝯceptū formalez
vere vnū: ſed cōceptū obiectalē nō pfecte vnū. ¶ Ad
20m dr: q nec ratio abſoluti nec rō relatiōis aut pſone
que cōis eſt deo ⁊ creature hz pfectā vnitatē niſi attri/
butionis. ¶ Ad 21m dico: q cū dicimus ens infinitum
illud adiectiuū determinat rōnē cōem deo ⁊ creature
vnā predicta vnitate. ¶ Ad 22m dr: q concludit q ex
creaturis poſſumus habere ꝯceptū cōem deo ⁊ creatu
ris: ſz nō pfecte vnū. ¶ Ad 23m dr: ſicut ad 21m. ¶ Ad
24m dr: q ſolū cōcludit q conceptus entis eſt alius a
cōceptu ceſaris ⁊ alioꝝ entiū. ¶ Ad 25m dr: q conclu/
dit q pter ſimilitudinē inter deū ⁊ creaturā pōt itel/
lectus habere ⁊ formare in ſe vnā cōceptionez: que re/
preſentat deū ⁊ creaturas illa tamē inequaliter repre/
ſentabit deum ⁊ creaturas. Concludit etiam q deus ⁊
creatura conueniunt in aliquo conceptu obiectali im/
perfecte vno: ſicut ⁊ ſimilitudo creature ad deum im/
perfecta eſt per modum ſole imitationis ſe habens.
Illud quod additur de vniuerſali non valz: quia for/
ma vniuerſalis: oportet q differat a ſuo eſſe: ⁊ ꝯſequē/
ter nihil conueniens deo conuenit ſibi vt vniuerſale p
prie loquendo cum ipſe non habeat genus nec differē/
tiam ⁊c. ſicut alias poterit videri: ⁊ ſic patz ad rōnes fa
ctas ⁊ non eſt niſi vnica ſolutio: vt pz ex dictis. ¶ Ve/ Diſti. 3. q. 2.
rūtamē ad rationes pmo loco factas pro pbatione hu
ius primi ſuppoſiti. ſcz q conceptus entis ſit vnus. pa/
tet reſpōſio per predicta. Nam ad primū illoꝝ dictuz
eſt reſpondendo ad 8m ⁊ 9m. ¶ Ad ſcdm dicendū eſt: ſi
cut fuit dictū ad tertiū. ¶ Ad tertiū dicit̄: q non opor
tet omne quod eſt mediū in ſyllogiſmo habere conce/
ptū obiectalez vnum pluſq̄ vnitate attributionis: illa
enī ſufficit dum tamē cōceptus ex parte intellectus ſit
vere vnus. ¶ Ad quartuz dicit̄: q licz conceptus cōis
deo ⁊ creature non ſit perfecte: vnus tamen per euz po
teſt ex creaturis aliquid probari de deo: quia eſt vnus

vnitate

vnitate ſufficienti ad hoc: ꝓpoſitio enim nõ eſt diſtin-
guenda: niſi vox dicat diuerſos cõceptus tã ex parte in
tellectus q̃ ex parte obiecti. ❡ Ad qntũ dictũ eſt ſupe
rius rñdendo ad q̃rtũ. ❡ Ad ſextũ dicit̃: ꝙ duo entia
plus cõueniunt in ente q̃ ens: τ nihil eſto ꝙ ens nõ di
cat conceptũ perfecte vnũ: ſed vnũ vnitate attributio
nis τ imitationis q̃lis nõ eſt inter ens τ pure non ens.
❡ Ad ſeptimũ dico: ꝙ bene cõcludit cõceptũ entis eẽ
cõmuniorẽ omni conceptu particulari: qḋ conceditur.
❡ Ad octauũ dr̃: ꝙ cõcludit cõceptũ entis eſſe aliuꝫ a
cõceptu ſubie. ❡ Ad nonũ dictũ eſt reſpõdendo ad pri
mũ. ❡ Ad decimũ dr̃: ꝙ bene cõcludit ꝙ in iſta deus
continet̃ ſub ente ly: ens ſupponit pro cõceptu cõi ad
deũ τ creaturã: quod concedit̃. ❡ Ad vndecimũ dicit̃
ꝙ licꝫ ꝓpria paſſio verius τ perfectius inſit ſuo primo
ſubiecto q̃ alicui alteri: non tñ opꝫ ꝙ inſit ei in ſua rõ-
ne vel ſuo cõi: ſicut licꝫ homo pͥus ſit riſibilis q̃ ſortes
nõ tñ opꝫ ꝙ ratio hoīs ſit riſibilis vel poſſit ridere: ſic
in ꝓpoſito: licꝫ ens ſit prius vnũ q̃ ſuba ſit vna: non tñ
opꝫ ꝙ rõ entis ſit vna. imo ille modus arguẽdi nullus
eſt: cũ ſit ex quattuor terminis: debꝫ eñi ſic arguere: ꝓ-
pria paſſio verius cõpetit pͥmo ſubiecto q̃ alteri: ſꝫ vni
tas eſt ꝓpria paſſio entis. ergo prius τ verius competit
enti q̃ alteri: τ arguens cõcludit. ǵ vnitas prius ieſt ra-
tioni entis q̃ alteri. Nõ eñi opꝫ ꝙ paſſio inſit pͥmo ſub
iecto in ratiõe ſua: ſicut homo in ſua rõne nõ ridet: nec
albedo in ſua rõne albet: τ ideo nõ opꝫ ꝙ ratio obiecti
ua entis habeat perfectiſſimã vnitatẽ: ſed rõ illa ꝯſide
rata in ſuppoſitis entis hꝫ perfectiſſime vnitatẽ ſic: ꝙ
acceptis oĩbus rationibus concurrentibus in lapide. ſ.
ratione lapideitatis: ſubſtantialitatis: entitatis: vnitas
ſequit̃ rationẽ entis primo τ per ſcdm̃ aũt rõnem lapi
deitatis: aut ſubalitatis: ſed rõ entitatis ſumpta in ſua
abſtractione nõ hꝫ vnitatẽ: nec pluralitateꝫ: ſed iſta at-
tribuunt̃ ei in ſuppoſitis modo predicto: vel ex ordine
ad intellectũ conſiſtentẽ ſic vel ſic. Et ſic pꝫ ad ꝓbatio
nes prime ſuppoſitionis. ❡ Ad ꝓbationes ſcd̃i ſuppo-
ſiti dicit̃: ꝙ cõceptus entis ſumptus put ſe extendit ad
deũ: τ ad decẽ predicamẽta realis eſt: τ non fabricatus
per intellectũ loquẽdo de cõceptu obiectali: loquendo
aũt de tali cõceptu ꝓut ambit tã ens reale q̃ rõnis: tũc
dico ꝙ talis conceptus nõ eſt realis nec rõnis: ſꝫ abſtra
hit ab vtroqꝫ. ❡ Et tũc ad pͥmã ꝓbationẽ dicit̃: ꝙ ens
in tota ſui cõitate vel ambitu nõ eſt ſubm̃ metaphyſi-
ce: ſed ens reale. ❡ Ad ſcd̃m dicit̃: ꝙ bene probat: ꝙ
ratio entis obiectiua non ſit aliqḋ factũ per intellectũ:
ſed hoc cõceſſo non ſequit̃ ꝙ ens in tota ſuĩ latitudine
dicat quid reale. ❡ Ad tertiũ dicit̃: ꝙ bonũ eſt paſſio
entis realis τ in actu: nõ aũt in tota ſui latitudie. ❡ Ad
quartũ dicit̃: ꝙ ſuba τ accidens plus cõueniunt in ente
reali q̃ ſuba cũ chimera. Nec tamẽ ſequit̃ ꝙ tota lati
tudo cõceptus entis ſit realis. ❡ Ad quintũ dico ꝙ en
ti inquantũ ens non repugnat cõceptus realis nec ſibi
cõpetit: ſed abſtrahit ab vtroqꝫ includẽs rem τ rõneꝫ.
❡ Ad ſeptũ dico: ꝙ nõ reale cõtrarie nõ includit̃ in ra
tione alicuius realis: ſicut chimera ꝙ eſt nõ reale ꝯtra
rie. i. cõtrario modo ſe habẽs ad reale nõ intrat rõnem
alicuius realis. tõ modo aũt rõ entis non dicit̃ eſſe non
realis: qꝛ tũc eſſet quid noĩs ſm̃ ſe: ſed dr̃ nõ realis: q̃ſi
priuatiue vel diſperate: qꝛ. ſ. abſtrahit a reali τ ab ente
rationis: τ tale quid qḋ dr̃ nõ reale illo modo põt eſſe
de rõne realis. ❡ Sciendũ ergo ꝙ ens põt accipi ꝓut
includit in ſe ſolũ decẽ pdicamẽta: τ ſic dicit vnũ cõce
ptũ: vel rationẽ realẽ ſic: ꝙ nihil icludit̃ ſub eo quin ſit
aptũ eſſe in rerũ nã ſine opere intellectus. ❡ Alio mõ

Cõcept⁹ ẽtis ad decẽ pdicamẽta τ ad ens reale τ rõnis q̃lis ſit

Reale nõ re alis entis rõ put ſe extendit ad ens reale τ ad ens rationis.

ſumit̃ ꝓut extendit ſe ad omne ens reale ſiue ſit crea-
tũ ſiue increatũ: τ tunc dicit conceptũ realẽ: ſed minus
vnũ q̃ pͥmo modo. ❡ Tertio põt ſumi ꝓut extẽdit ſe
ad omne qḋ qualitcũqꝫ eſt ſiue ſit reale ſiue rõnis ſiue
poſitiuũ ſiue priuatiuũ τ breuiter ad omne intelligibi-
le: τ tunc cõceptus entis habꝫ vnitateꝫ attributionis: τ
nõ eſt realis nec rõnis: ſed abſtrahit ab vtroqꝫ icludẽs
in ſe omnẽ rem τ rationẽ. Sic igit̃ pꝫ quid dm̃ ſit ad
illas duas ſuppoſitiones. ❡ Nũc ad pncipales rõnes
cõtra ꝯnem dicit̃. ❡ Ad pͥmã qdẽ ꝙ ad vniuocationẽ
non ſufficit ꝙ ſit idem nomẽ: τ idẽ cõceptus intellect⁹: τ
niſi ille cõceptus equaliter repreſentet oĩa que illo con
ceptu cõcipiunt̃ cuiuſmodi non eſt de aliquo cõceptu
cõi deo τ creature aut decẽ generaliſſimis. ❡ Item di
uerſitas in eſſendo impedit vniuocationeꝫ: licꝫ ſit vni-
tas rõnis ſicut exemplificat̃ pͥmo cõtra gẽtiles ca. 32.
de domo que ẽ in mẽte artificis: τ de domo que eſt in
materia. Et de potentia dei. q. 7. arti. 7. ad ſextũ. de for-
mis intelligibilibus: que ſunt in mente diuina: τ de for
mis creaturarũ: que non ſunt vniuoce ꝓpter diuerſum
modũ eſſendi: licꝫ ſint vnius rationis. ❡ Ad ſcd̃m ne-
gat̃ minor. ❡ Ad tertiũ ſimilr̃ negat̃. ſufficit eñi talia
cõuenire in conceptu analogico: qꝛ vnũ eſt imitatio al
terius loquendo de cõceptu formali: loquendo aũt de
obiectali conceptu nõ ſufficit vnitas actualitatis: quaꝫ
ſolã habꝫ cõceptus entis. ❡ Ad quartũ negat̃ maior
loquendo de analogis cõuenientibus in aliqua cõi ra-
tione: licꝫ non eque. ❡ Ad quintũ dicit̃: ꝙ hoc non ſuf-
ficit ad vniuocationẽ: niſi aliquid addat̃: ſicut dictum
eſt in reſponſione primi. ❡ Ad 6m dico: ꝙ ens nõ dicit
qḋ de aliqua creatura: qꝛ nullius creature eſſentia ſua
vel quidditas eſt eſſe. Sed ſi diceret de aliquo per mo-
dũ generis vel diffinitiõis: tũc diceret quid: ens aũt ſu
mit̃ ab eẽ. ❡ Ad 7m negat̃ minor: ſi eñi ens eẽt analo-
gũ illo mõ quo ſanũ poſſet eſſe extra intellectũ alicui⁹
qꝛ haberet plures cõceptus aliqualr̃ ꝯueniẽtes. ſcilꝫ in
habitudine ad idem numero: τ ſub vno eẽt extra aliũ:
ſed ens non eſt iſto modo analogũ. Habꝫ eñi vnũ cõ-
munem cõceptũ qui ꝑfectius repreſentat vnũ analo-
gatoꝝ q̃ aliud: licꝫ ſit de intellectu vtriuſqꝫ. ❡ Ad rõ-
nẽ in pncipio queſtionis factã patuit ſepe reſpõdendo
in predictis. Et hec de qõne dicta ſufficiant τc̃.

Ens non eſt de rõne alicu ius.

❡ Utrum deum eſſe ſit per ſe notum nobis. Qõ. II.

SEcundo circa eandẽ diſtinctio
nẽ q̃rit̃. Utrũ deũ eſſe
ſit per ſe notũ mẽti humane in via. Et
arguit̃ ꝙ ſic. Illa ſunt nobis ꝑ ſe nota:
quoꝝ cognitio naturaliter eſt nobis in
dita: ſed cognitio exiſtendi deuꝫ omni-
bus naturaliter eſt inſerta. vt dic̃ Damaſcen⁹. ergo τc̃.

In oppoſitum arguit̃ ſic. Eoꝝ que ſunt per
ſe nota nõ põt cõtrariuꝫ eſti-
mari ſm̃ interiorẽ rõnẽ: ſicut ſunt pͥma pͥncipia demõ
ſtrationis: ſed cõtrariũ huius: qḋ eſt deuꝫ eſſe: eſtimari
in actu eſt poſſibile: vt pꝫ per illud pſ. Dixit inſipiẽs τc̃.
ergo deum eſſe non eſt per ſe notum.

In hac qõne ſunt duo articuli. Primo ponaꝫ
ꝯnes. Scd̃o mouebo dubĩones.

Quantum ad primũ ſit pͥma ꝯ: ꝙ ad hoc ꝙ ali-
qua ꝓpoſitio ſit per ſe nota: ſufficit
ꝙ predicatũ ſit de ratione ſubiecti. Iſtaꝫ propoſitionẽ
ſeu ꝯcluſionẽ ponit ſcũs Tho. de veritate. q. 10. arti. 12.
vbi ſic dicit. (Ad hoc ꝙ aliquid ſit per ſe notuꝫ: nihil
aliud requirit̃: niſi vt predicatum ſit de ratione ſubie-
cti: tunc enim ſubiectũ cogitari non poteſt ſine hoc ꝙ

predicatū ſibi ineſſe appareat.) Hec ille. ¶ Itē prima parte.q.2.arti.p̄.(Ex hoc (inquit) aliqua ꝓpoſitio eſt per ſe nota:q2 predicatū includit̄ in rōne ſubiecti:vt homo eſt aial. Nā animal eſt de rōne hoīs.) Hec ille. Idē ponit p̄mo cōtra gentiles ca°.io. ¶ Item 4° meta/

Lectio.5. Tex.cō.5. phyſice dicit.(Propoſitiones per ſe note ſunt que ſtatim notis terminis cognoſcunt̄.vt dicit̄ p̄ poſteriorum: hoc autē contingit illis ꝓpōnibus in quibus ꝑdicatū ponit̄ in diffinitione ſubiecti: vel predicatū eſt idem ſubiecto.) Hec ille. ¶ Scđa ꝯ eſt.ꝙ nō oīs ꝓpoſitio ꝑ ſe nota:eſt ꝑ ſe nota nobis. Hāc ponit ſcūs Tho. in locis preallegatis.vnde in q̄ōnibus de veritate ſic dicit.

Per ſe notū dupliciter. (Dupl'r eſt aliqd per ſe notū.ſ.ſm ſe:ꝛ quo ad nos. Ad hoc enī ꝙ aliquid ſit per ſe notū:nihil aliud requirit̄: niſi vt predicatū ſit de rōne ſubiecti:tūc enī ſubiectū cogitari non pōt ſine hoc q' predicatū ſibi ineſſe appareat. ¶ Ad hoc aūt vt aliquid ſit per ſe notū nobis: oꝫ ꝙ nobis ſit cognita rō ſubiecti:in qua icludit̄ ꝑdicatū: ꝛ inde eſt:ꝙ quedā ſunt per ſe nota oībus:qñ.ſ.hꝫ ꝓpoſitiones habēt talia ſubiecta:quoꝝ ratio oīb' eſt nota: vt omne totū maius eſt ſua parte:quilibꝫ enī ſcit qd ſit totū:ꝛ quid pars. Quedā v̄o ſunt per ſe nota ſapientib' tm̄:qui rōnes terminoꝝ cognoſcūt vulgo eas ignorāte: ꝛ ſm hoc Boetius in libro de ebdomadibus dicit: ꝙ duplex eſt modus cōium acceptionū. Una eſt cōis oībus:vt ſi ab equalibus eq̄lia demas q̄ ꝛc. Alia eſt q̄ eſt doctoꝝ tm̄:vt icorporalia in loco nō eē:que nō vulgus ſed docti cōprobant:q2.ſ.vulgi ꝯſideratio imaginationē tranſcendere nō pōt vt ad rōnē rei incorporalis pertingat.) Hec ille. Idē ponit p̄ma parte vbi ſupra. ꝛ 4° metaphyſice. vbi ſupra. ¶ Tertia ꝯ eſt.ꝙ hec ꝓpoſitio deus eſt ſm ſe:eſt ꝑ ſe nota.nō aūt quo ad nos.hāc ponit ipſe vbi ſupra.vnde in de veritate:vbi ſupra poſt verba premiſſa ſubdit.(Hoc autē qđ eſt eē in nullius creature rōne ꝑfecte includit̄:cuiuſlibꝫ enī creature eē eſt aliđ a ſui quidditate.vñ nō pōt dici de aliqua creatura:ꝙ eā eſſe ſit per ſe notū:ꝛ ſm ſe:ſꝫ in deo eſſe ſuū includit̄ in eius quiditatis rōne:q2 in deo idē eſt:qđ ē: ꝛ eſſe:vt dicit Boetius:ꝛ idē an eſt ꝛ quid eſt.vt dicit Auicēna:ꝛ iō ſm ſe:ꝛ ꝑ ſe eſt notū:q2 quidditas dei nō eſt nobis nota:ideo quo ad nos deū eſſe:nō eſt ꝑ ſe notū:ſed indiget demōſtratione:ſed in patria vbi eēntiā eius videbimus:multo amplius erit nobis per ſe notū deū eſſe:q̄ꝫ nūc ſit per ſe notū:ꝙ affirmatio vl' negatio nō ſunt ſimul vera.) Hec ille. ¶ Idē dicit p̄ma parte vbi ſupra.ꝛ p̄mo ꝯ gētiles:ꝛ p̄ ſen.preſenti diſ.ꝛc.

Quantum ad ſcđm articulū arguit̄ ꝯtra predictas ꝯnes. Et quidē cōtra p̄maꝫ arguit Aureolus p̄mo ſic. Oīs ꝓpoſitio in cuius ſubiecto includit̄ predicatū:eſt in p̄mo mō dicendi per ſe:vt pꝫ

Tex.cō.9. p̄mo poſterioꝝ:ſed nō oīs ꝓpoſitio per ſe nota eſt in p̄ modo dicendi per ſe:qđ apparet:q2 cū in mathematica:paſſio ꝑdicat̄ de rōne ſubiecti illa ꝓpoſitio ē per ſe nota.vbi grā.linea cadēs ſup lineā conſtituit duos angulos rectos:vel eq̄les duobus rectis:vel paralelle nō concurrūt:vel omne totū eſt maius ſua parte: oēs iſte ſunt per ſe note:ſed certū eſt:ꝙ cōſtituere duos angulos rectos nō eſt de rōne linee cadentis ſuper lineaꝫ rectam:nec nō cōcurrere eſt de rōne paralelle:nec maioritas de rōne totius aut minoritas de rōne partis.imo ꝓprie paſſiones.vñ hꝫ omnes ꝓpoſitiones ſūt in ſcđo mō dicēdi per ſe:in quibus predicatū non includit̄ in ſubiecto:ſed magis ecōtra. Nō ergo eſt verū:ꝙ ꝓpoſitio per ſe nota ſit illa:cuius predicatū includit̄ in ſubiecto. ¶ Scđo ſic. Motū eſſe eſt per ſe notū: ꝛ naām eſſe eſt per ſe notū.vt dicit̄ ſcđo phyſicoꝝ.ꝛ ibidē dicit Cōmētator:ꝙ qui querit declarare illud qđ eſt manifeſtū de ſe:eſt mos eius qui nō pōt diſtinguere inter manifeſtū per ſe:ꝛ manifeſtū per aliud. Et iſte modus hoīum nū q̄ꝫ poteſt philoſophari:tale aūt eſt motus ꝛ natura: ſed conſtat ꝙ in hac ꝓpoſitione motus eſt:aut natura eſt: predicatū nō includit̄ in ſubiecto:cū nulla creatura ſit ſuū eſſe.ergo illa aſſignatio nō fuit vera. ¶ Tertio ſic

Tex.cō.6. Hec ꝓpoſitio eſt per ſe nota:nix eſt alba:qui enī dubitat verū nix ſit alba ſenſu indiget.vt dr̄ ſcđo topicoꝝ.ſꝫ Capitu. 2°. cōſtat:ꝙ in hac predicatū nō includit̄ in ſubiecto.imo forſitan eſt ꝓpoſitio demōſtrabilis a ꝑori.ergo nō fuit propoſitio per ſe nota ita diffinienda. ¶ Quarto ſic. Hec eſt per ſe nota:celum eſt:terra eſt:ꝛ ſic de omnib' ꝓpoſitionibus:quas intellectus capit ex ſenſu:ſed in talibus predicatū non includitur in ſubiecto.ergo idem quod prius. ¶ Arguit etiā Gregorius ꝓbando:ꝙ non oīs ꝓpoſitio cuius predicatū includit̄ in ratione ſubiecti ſit per ſe nota. ¶ Primo.q2 vel hoc intelligitur de diffinitione dicente quid rei:vel de dicente qd noīs:ſꝫ non p̄mo modo:quia neutra harū eſt per ſe nota:itellectus eſt ſubſtātia:intellectus eſt qualitas:cū de vtraqꝫ magna ſit queſtio apud ſapientes:ꝛ tamē alterius predicatum includitur in rōne dicente quid rei ſubiecti. ſimil'r iſta. Roſa eſt flos:nō eſt per ſe nota.imo nec neceſſaria. Nec iſta:albedo eſt color:eſt per ſe nota:alias eſſet nota ceco a natiuitate:ꝛ tñ vtrūqꝫ ꝑdicatū includit̄ in rōne ſubiecti:ꝛ ita de multis alijs pōt argui.ſimiliter ſequit̄:ꝙ quelibet ꝓpoſitio in qua predicaret̄ gen' vel differentia de ſua ſpecie eſſet per ſe nota:ꝛ eadeꝫ ratione quelibet in qua diffinitio predicaret̄ de diffinito: ꝛ ſic proprie differentie ꝛ diffinitiōes rerū eſſent abſqꝫ argumentatione note de ipſis:quod eſt manifeſte falſum:cū multū difficile ſit proprias diffinitiones inueſtigare. De diffinitione etiā dicente quid noīs idem probat̄:q2 omnis ꝓpoſitio per ſe nota eſt vera:nō quelibet autē cuius predicatū includit̄ in tali diffinitione ſubiecti eſt vera:ſicut patet de iſta.vacuū eſt locus:eſt enim falſa:cum nullus locus ſit vacuuꝫ vel vacuus: ꝛ tamē locus ponit̄ in diffinitione dicēte quid nominis vacui. Diffinit̄ eniꝫ ꝙ eſt locus priuatus corpore:ꝛ ita de pluribus talibus pōt argui quarū ſubiecta etiā ſupponere poſſunt pro veris rebus:ꝛ tamē predicationes tales non ſunt neceſſe:ſed contingentes ſicut ꝛ ipſe res contingenter exiſtunt:ꝛ per conſequēs non ſunt per ſe note. ¶ Secundo arguit probando:ꝙ non cuiuſlibet ꝓpoſitionis per ſe note predicatuꝫ includit̄ in ratione ſubiecti. Nam quelibet iſtarū eſt per ſe nota homo eſt aſinus vel non eſt aſinus:ſi aliqua ſunt eidem equalia: ſunt equalia inter ſe:ſi equalibus equalia addant̄:tota fient equalia:ꝛ multa alia de quibus cōſtat ꝙ predicata non ſunt de ratione ſubiecti. ¶ Tertio ſic. Propoſitio quelibet per ſe nota eſt illa:que vel ſibi equiualens cuilibet potēti vti ratione poteſt naturaliter eſſe nota abſqꝫ indigentia noticie alicuius extrinſeci:ſed nō oīs ꝓpoſitio cuius predicatū eſt in ratione ſubiecti eſt huiuſmodi.igitur deſcriptio illa non valet.maior patꝫ tū ex dictis phi p̄mo poſterioꝝ dicentis:ꝙ dignitas ꝛ pro

Tex. cō.5. ꝛ lec.5. poſitio maxima eſt ꝓpoſitio imediata quā neceſſe eſt quemlibꝫ docentē.ſ.potentē vti ratione hr̄e anteq̄ꝫ de aliquo doceat̄:tales ꝓpōnes abſqꝫ doctrina cuilibꝫ naturalr̄ in mentē veniunt:vt dicit Cōmētator tertio de aīa.cōmēto.36.ꝛ abſqꝫ añcedēti cognitiōe.vt idē dicit in de ſomno ꝛ vigilia:ſed minor probatur:quia multe ſunt propoſitiones:quarum predicata includuntur in

ſubiectis

ſubiectis:que nõ ſunt cuilibet potẽti vti rõne note. vt pʒ in hoc argumẽto. ¶ Cõtra ſecundã ꝯnẽ ſilr arguit ſic Aureolus. Nulla ꝓpoſitio eſt eadẽ niſi ſit ſub eiſdẽ cõceptibus: voces nãqꝫ ſole non faciunt ꝓpoſitionẽ ꝑ ſe notã: ſed rõnes ꝯceptuũ: qꝛ ꝯceptus mutuo ſe includunt. ſed ſtantibus eiſdẽ cõceptibus in quocũqꝫ intellectu ponant̃: ꝓpoſitio eſt per ſe nota: aut eniʒ ex ipſis cõceptibus apparet veritas cõplexionis: ⁊ ſic vbicunqꝫ ponant̃ illi termini cõplexio apparebit: aut non apparet ex cõceptibus: ſed ex aliquo alio: ⁊ tunc non erit ꝓpoſitio per ſe nota. ġ ꝓpoſitio per ſe nota vbicũqꝫ ponatur vel in quocũqꝫ intellectu ſit erit ꝑ ſe nota. ¶ 2° ſic. Intellectus cõcipiẽs aliquã ꝓpoſitioneʒ que eſt per ſe nota: aut fert ſuũ intuitũ ſuper cõceptus: ex quib⁹ oritur noticia illius ꝓpoſitiõis: aut ſuꝑ alios: ſi ſuꝑ eoſdẽ cõceptus: ſequit̃ ꝙ erit ſibi ꝓpoſitio per ſe nota: nã poſita cã ponit̃ effectus: illi autẽ cõceptus erãt cã noticie: ſi vero ſuꝑ alios cõceptus iã non eſt eadẽ ꝓpoſitio: cũ ſole voces ꝓpoſitiões nõ faciãt: ſed magis cõceptus ſignificati per voces. relinquit̃ ġ ꝙ ſtãte idẽtitate ꝓpoſitiõis cuilibʒ itellectui erit per ſe nota. ¶ Cõtra tertiã ꝯnẽ arguit̃ ꝑ ſic. Illa ꝓpoſitio nõ eſt ꝑ ſe nota cui⁹ ſubiectũ ⁊ predicatũ non includũt ſe mutuo ſm re: ſed illius ꝓpoſitionis quaʒ format viator de deo: deus eſt. ſubm ⁊ predicatũ nõ ſe includũt mutuo. iſta nãqꝫ incluſio eſſet: vel qꝛ vox includeret̃ in voce: ⁊ hoc nõ eſt: ſic̃ patet: vel qꝛ cõceptus quẽ hʒ viator de eſſe includeret̃ in cõceptu quẽ hʒ de deo: cuius oppoſitũ experimur: ⁊ ſic nõ eſt per ſe nota. ġ illa ꝓpoſitio quã format viator dicẽdo deus eſt: ſicut nõ eſt nota viatori per ſe: ita nec ẽ per ſe nota in ſe. Nec valʒ ſi dicat̃ ꝙ beatus hʒ alios cõceptus: ⁊ illi mutuo ſe icludũt: nõ valʒ inquã: qꝛ tunc beatus hʒ aliã ꝓpoſitionẽ de eadẽ re tñ: nõ eſt aũt icõueniẽs ꝙ de eadẽ re ſint formabiles diuerſe ꝓpões: quaꝝ vna ſit per ſe nota ⁊ alia nõ: ſed ꝙ eadẽ ꝓpoſitio ſit per ſe nota in ſe: ⁊ nõ per ſe nota formãti eã eſt impoſſibile. ¶ Scḋo ſic. Illã eandẽ ꝓpoſitionẽ quã format viator de deo: deus eſt ſub iſtis cõceptibus actus pur⁹ eſt: vel ꝑma cauſa eſt: illã eandeʒ põt formare beatus: ſed clarũ eſt: ꝙ illa nõ eſt ſibi nota. imo ꝓbat eã ex puro ⁊ determinato ꝯceptu diuinitatis: ſic arguẽdo. Deus eſt actus purus: igit̃ actus purus eſt. ſicut ſi argueretur. Triangulus hʒ tres angulos: triangulus eſt ꝑma figura. ġ ꝑma figura eſt habẽs tres angulos. ġ illa ꝓpoſitio quã format viator nõ eſt ꝑ ſe nota beato ſʒ alia: ⁊ econuerſo illa que eſt per ſe nota beato non eſt illa que viatori non eſt per ſe nota. Et ifert Aureolus ꝙ ſcũs Tho. ⁊ ſequaces eius videnẗ fuiſſe decepti in hoc ꝙ de vna ⁊ eadẽ re poſſint formari due ꝓpoſitiones: ⁊ tamẽ ſub eiſdẽ vocibus prima eſt per ſe nota ⁊ nõ ſecunda: ⁊ ſic habentes aſpectũ ad idẽtitatẽ vocũ dixerũt ꝙ eadẽ ꝓpoſitio eſt per ſe nota in ſe: nõ aũt quo ad nos: qḋ vtiqꝫ ſtare nõ põt: vt viſum eſt. Hec ille in forma. ¶ Arguit cõtra eandẽ Gregorius ꝓbando: ꝙ nec illa propoſitio deus eſt: quã format beãs ſit per ſe nota: ʒ ſit ei eadẽs. Arguit igit̃ ſic. Nõ cuilibʒ potẽti vti rõne põt abſqꝫ alterius extrinſeci noticia eſſe nãliter notũ: deũ eſſe. igit̃ deũ eſſe non eſt per ſe notũ. aũs patet. nõ eni naturalr homini põt eſſe notũ deũ eſſe niſi ex noticia creaturarũ: ſi tamẽ hoc etiã ſit nãliter tali modo poſſibile noſſe. tenet ꝯñia: qꝛ cuiuſlibʒ ꝓpoſitionis per ſe note enũciabile eſt per ſe notũ. ¶ Scḋo. Nõ cuilibet potẽti vti rõne illa ꝓpoſitio quã format beatus: vel alia ſibi equiualens in ſignificando põt abſqꝫ alterius extrinſeci noticia eſſe nãliter nota. ergo illa nõ eſt per ſe nota: tenet ꝯñia ex diffõne ꝓpoſitionis per ſe note: aũs probatur qꝛ nec illa: nec aliqua ſibi equalẽs põt naturalr homini viatori eẽ nota ſine noticia alicui⁹ extrinſeci. ¶ Tertio. Quia ꝓpoſitiones per ſe note naturalr veniunt in mentẽ hoĩs: vt ſupra dictũ fuit: illa aũt ꝓpoſitio quaʒ habʒ beatus nõ nãliter: ſed ſupernaturaliter ⁊ gratuite cauſatur in mente eius ⁊c̃.

Ad argumẽta cõtra ꝑmã cõcluſionẽ dr̃ dupliciter. Pꝛio qꝛ nõ cadũt directe cõtra mẽtẽ ſci Tho. licʒ eni ſcũs Tho. dicat: ꝙ ꝓpoſitio per ſe nota ſit illa cuius ꝑdicatũ includit̃ in ratione ſubiecti: vel eſt eadẽ ſubiecto: nõ tamẽ dicit ꝙ ſolũ talis ſit per ſe nota: qḋ argumenta facta improbare cõtendũt. Dicit̃ ſcḋo ꝙ ſuſtinẽdo ꝙ illa fuerit mẽs ſci Tho. quã iſte lacerat: adhuc argumenta nõ valẽt: ideirco ad ea per ordinẽ reſpõdet̃. ¶ Ad ꝑmũ quidẽ dicit̃: ꝙ quintuplr cõtingit predicatũ includi in rõne ſubiecti. ¶ Pꝛio. Qꝛ predicatũ eſt diffinitio ſubiecti. vt homo eſt aĩal rõnale. ¶ Scḋo. Qꝛ predicatuʒ eſt pars rõnis ſubiecti: vel ſuperius quocũqꝫ modo ad ſubiectum: vt homo eſt aĩal: homo eſt rationalis. ¶ Tertio. Qꝛ diffinitũ ꝑdicat̃ de ſua diffinitione: vt dicẽdo: aĩal rõnale eſt homo. ¶ Quarto. Qꝛ aliqḋ ſe habẽs per modum diffinitionis: vel deſcriptionis: aut equiualens diffõni: aut deſcriptioni ꝑdicat̃ de diffinito: aut de ſcripto: aut qualitercũqꝫ notificato: ſicut dicẽdo. Totuʒ eſt maius ſua pte: licʒ eni in hac: totale predicatũ nõ ſit diffinitio vel pars diffinitionis ſubiecti: tñ illud totale ꝑdicatuʒ dicit̃ iſto modo includi in rõne ſubiecti: qꝛ equiualet diffinitioni: vel deſcriptiõi huius qḋ dico totũ. ¶ Quinto. Qñ eſt econuerſo huic q̃rto modo. vt ſi diceret̃. De maius ſua pte eſt totũ ⁊c̃. ¶ Tũc iſtis ſuppoſitis dico ꝑmo ꝙ maior primi argumẽti eſt falſa. nã ꝓpoſitio in qua predicat̃ diffinitũ de ſua diffinitõe eſt in ſcḋo mõ dicẽdi ꝑ ſe: ſʒ ꝙ ponit ſcũs Tho. in tractatu de demõſtratiõe: ⁊ tñ in tali ꝓpõne ꝑdica͞m ẽ de rõne ſubti tertio mõ diſtinctionis poſite. Dicit̃ ſcḋo ꝙ minor eſt falſa: quia nunq̃ ꝓpoſitio aliqua in qua paſſio predicat̃ de diffinitione ſubiecti eſt per ſe nota: talis eni põt demõſtrari per diffinitionẽ paſſionis. vñ ſcũs Tho. ſuꝑ 2° poſterioꝝ. ca. ꝑ. ſic dicit. (Opʒ (inquit) cõcludere paſſioneʒ de ſubiecto per diffinitionẽ paſſionis: ⁊ vlterius diffinitionẽ paſſionis cõcludere de ſubiecto per diffõnem ſubiecti. vnde in ꝑmo poſterioꝝ dicit̃: ꝙ opʒ ꝓcognoſcere quid eſt non ſolũ de ſubiecto: ſed de paſſione: ⁊ hͦ pʒ per exemplũ ſi velimus demõſtrare de triãgulo ꝙ habet tres angulos equales duobus rectis: accipiamus ꝑ pro medio: ꝙ eſt figura habẽs angulũ extrinſecũ equalẽ duobus intrinſecis ſibi oppoſitis: qḋ eſt quaſi diffinitio paſſionis: qḋ iterũ opʒ demõſtrare per diffõnem ſubiecti: vt dicamus. Omnis figura rectilinea tribus lineis rectis contenta. habʒ angulũ exteriorẽ equalem duobus interioribus ſibi oppoſitis. Et idem patet ſi velimus demõſtrare ꝙ vox acuta ⁊ grauis conſonẽt: accipiemus diffinitionem paſſionis: ſcʒ ꝙ habẽt ꝓportionem numeralẽ: ſed rurſus ad hoc demonſtrandũ oportet accipere diffinitionẽ grauis ⁊ acute. Nã vox grauis eſt que in multo tẽpore nata eſt mouere ſenſuʒ: acuta autem que modico tempore: modici autẽ ad multum eſt ꝓportio numeralis.) Hec ille. ¶ Ex quibus pʒ ad oĩa que in ꝑmo argumẽto narrant̃: dico eniʒ ꝙ in iſta: parallele non cõcurrũt predicatũ quodãmodo eſt de ratione ſubiecti: ⁊ in ceteris ꝓpoſitiõibus ibidẽ poſitis: ⁊ hoc dicẽdo predicatũ includi in ſubiecto 4° mõ diſtinctionis ꝓſuppoſite: qꝛ ſcʒ predicatũ eſt qualiſcũqꝫ

Tex. cõ. 2.

Prima igit̄ ratio ſcti Tho.in p̄ma parte.q. 2ª. arti.3°. talis eſt. (In iſtis ſenſibilib⁹ inuenimus eſſe ordineꝫ cauſarum efficientiū: nec tamē inuenit̄: nec eſt poſſibile q̄ aliquid ſit cauſa efficiens ſuipſius:qꝛ ſic eſſet prius ſeipſo qđ eſt impoſſibile:nō aūt eſt poſſibile q̄ in cauſis efficientibus ꝑcedatur in infinitū:quia in omnibus cauſis efficientibus ordinatis p̄mū eſt cauſa mediȷ:⁊ mediuꝫ eſt cauſa vltimi: ſiue media ſint plura: ſiue vnum tm̄: remota aūt cauſa remouet̄ effectus.ergo ſi nō fuerit primū in cauſis efficientibus:nō erit vltimū nec mediū. Sed ſi ꝑcedat̄ in infinitū in cauſis efficientibus:nō erit prima cauſa efficiens:⁊ ſic non erit nec effectus vltimus:nec cauſe efficientes medie:qđ patet eſſe falſuꝫ. ergo neceſſe eſt ponere aliquā cauſam efficientē primam:quā omnes deum nominant.ergo ⁊c. ¶ Item ſcđo ſic. Certuꝫ eſt ⁊ ſenſu cōſtat aliqua moueri in hoc mundo: omne autem qđ mouetur:ab alio mouetur: nihil enim mouetur:niſi ſm q̄ eſt in potentia ad illud:ad quod mouetur:mouet aūt aliquid ſm q̄ eſt actu:mouere eniꝫ nihil eſt aliud q̄ꝫ educere aliquid de potentia in actum: de potentia auteꝫ non poteſt aliquid educi in actum niſi per aliquid ens actu:ſicut ignis calidus in actu facit lignum quod eſt calidum in potentia:eſſe calidum in actu ⁊ per hoc mouet:⁊ alterat ipſum:non eſt auteꝫ poſſibile q̄ ideꝫ ſit ſimul in actu ⁊ in potētia ſm idē: ſed ſolū ſm diuerſa:quod eniꝫ eſt calidum in actu nō pōt eſſe ſimul calidū in potētia:ſed eſt ſimul frigiduꝫ in potētia. Impoſſibile eſt ergo q̄ idē eodeꝫ motu ſit mouens ⁊ motum ſm idē:vel q̄ moueat ſeipſum:opꝫ g̊ omne qđ mouet̄ ab alio moueri ⁊ illud ab alio: hoc aūt non eſt procedere in infinituꝫ: quia ſic nō eſſet aliquod primū mouens:⁊ per cōſequens nec aliqđ aliud mouens:quia mouētia ſcđa nō mouēt niſi per hoc q̄ ſunt mota a primo mouēte:ſicut baculus non mouet̄ niſi per hoc:q̄ eſt mot⁹ a manu. ergo neceſſe eſt deuenire ad aliquod primuꝫ mouens qđ a nullo mouet̄:⁊ hoc oēs itelligūt deū.) Hec ille. ¶ Ad iſta argumēta dicit Aureolus in p̄nti diſtōne:q̄ ſunt inefficacia:pſertim dicit ad p̄mū: q̄ illa ratio non dicit niſi ad corpus eternū:ſicut Cōmētator ait p̄mo celi ⁊ mūdi cōmen. 22°. Ait eniꝫ q̄ via loquētiū in lege noſtra ad ꝓbādū deum eſſe:nō ducit niſi ad corpus eternū. vnde dicendū eſt q̄ in efficientibus eſt ſtatus ſm philoſophātes. Eſt eniꝫ dare p̄mū efficiēs:⁊ p̄muꝫ alterans:⁊ illud eſt corpus celeſte:⁊ eſt dare primū mouens elicitiue:⁊ illud eſt p̄mus motor cōiunctus ſiue anima p̄mi celi:et eſt dare p̄mū mouens per modū finis:⁊ illud eſt p̄mū principiū:de quo aliquid cōcipit motor orbis ſtellati: ⁊ alius motor orbis ſaturni:⁊ ſic de alȷs. vt dicit Commētator.12.metaphyſi.cōmēto.44. hec Aureolus in forma. ¶ Sed q̄ iſta rn̄ſio non ſufficiat arguitur ſic. Nam ſm Aureolū ſaltem rō ſcti Tho.cōcludit q̄ eſt dare primū efficiēs. Tunc arguit̄ ſic. Aut tale quid primū efficiēs eſt cā effectiua oīum alioꝝ: ita q̄ nihil ſit quod nō ſit effectum ab eo:aut aliquid eſt qđ non eſt effectū ab illo primo efficiente. Si primū.habet̄ propoſitum q̄ eſt vna cauſa oīum alioꝝ quorūcūq̄ effectiua:quā dicimus deū. Si ſcđm.g̊ ſunt duo entia non effecta.ſ.ipſuꝫ primū efficiens qđ a nullo efficitur:⁊ illud aliud qđ ponit̄ non eſt effectū ab illo p̄mo efficiēte:quia ſi non eſt effectū ab eo nō pōt effici ab aliquo ſecundoꝝ efficientiū: quia illa nō agunt niſi mota a p̄mo ⁊ in virtute eius:⁊ ſic a nullo erit effectū: ſed iſtud eſſe falſuꝫ probatur demōſtratiue.ſ.q̄ impoſſibile ſit eſſe duo nō effecta:⁊ hoc per rōnes ſcti Tho. 2° cōtra Gentiles.caplo.15.ſic. (¶ Omne qđ cōuenit alicui non ſm q̄ ipſuꝫ eſt:per aliquā cauſaꝫ cōuenit ei ſicut albū homini.nā q̄ cauſam nō habet p̄mū ⁊ imediatuꝫ eſt. vnde neceſſe eſt q̄ ſit per ſe ⁊ ſm q̄ ipſum: impoſſibile eſt auteꝫ aliqđ vnū duobus ꝯuenire ⁊ vtriq̄ ſm q̄ ipſum:qđ eniꝫ de aliquo predicat̄ ſm q̄ ipſum:nō excedit ipſum. ſicut habere tres angulos duobus rectis equales:nō excedit triangulū qui predicat̄ eideꝫ ꝯuertibiliter.ſi igit̄ aliqđ duob⁹ cōueniat:nō vtriq̄ꝫ conuenit ſm q̄ ipſuꝫ eſt:impoſſibile eſt igit̄ aliquid vnū de duob⁹ predicari:ita q̄ de neutro ꝑ cām dicatur: ſꝫ opꝫ vel vnū eſſe cauſaꝫ alterius: ſicut ignis eſt cauſa caloris corpori mixto:cū vtrūq̄ꝫ calidū dicat̄:vel q̄ aliqđ tertiū ſit cā vtriq̄ꝫ:ſicut duabus cādelis accēſis ignis eſt cauſa lucēdi:eſſe aūt dicitur de omni eo q̄ eſt: impoſſibile eſt igit̄ eſſe aliqua duo: quoꝝ neutrū habeat cauſam eſſendi:ſed oportet vtrūq̄ꝫ acceptoꝝ eſſe per cām vel alteꝝ alteri eſſe cām eſſendi:oportet igitur q̄ ab illo cui nihil eſt cauſa eſſendi ſit omne aliud quod quocūq̄ mō eſt:eſt aūt aliqđ cui nihil eſt cauſa eſſendi.ab eo igit̄ eſt oē qđ quocūq̄ꝫ mō ē. Si aūt dicat̄ q̄ ens nō p̄dicat̄ vniuoce: nihilomin⁹ ſequit̄ dicta ꝯclō: non enim de multis equiuoce dicitur ſed analogice.)

Cōtra rōnes hās Au. diſ. 3ª.q.p̄ma.

Contra hāc reſponſio.

cat diuine ſimplicitati: ſicut nec pluralitas lineaꝝ vnitati puncti: ⁊ quomodo ſicut ille punctus dicitur multiplex extrinſece: ita deus dicitur multiplex ſm rationem: vel diſtinctus ſm rōnem. ſ. extrinſece: ⁊ quomodo eſſentia ⁊ relatio diſtinguunt̄ rōne: vel etiā perfectiones diuine: diſtinguunt̄ eniꝫ extrinſece: quia. ſ. vna res fundat diſtinctos cōceptus: que quidē res eſt eēntia ⁊ relatio: eſſentia ex hoc ꝙ habet vnde fundet conceptionē talem: relatio ex hoc ꝙ habet in ſe vnde fundet aliā: ita ꝙ relatio ⁊ eſſentia ex parte rei idē ſunt: ſed in intelligi: nō idē ſunt: quia conceptus qui repreſentant illā rem: vt eſt relatio: nō repreſentāt eam vt eſt eſſentia vel ſubſtātia: ⁊ ſic tota diſtinctio eſt extrinſeca: ſicut ſi dicamus in predicto exemplo centrum diſtingui linealiter: qꝛ fundat diuerſas lineas. vocemus ergo illud centrum vt initiat primā lineā a. vt initiat ſecundā b. tunc diceremus ꝙ a. ⁊ b. diſtinguunt̄ linealiter: ⁊ tamē ſunt eadē res: ita ⁊ in ꝓpoſito eſſentia ⁊ relatio diſtinguunt̄ ratione vel in eſſe intellecto: ⁊ tamē ſunt eadem res: lꝫ exemplum nō ſit ſufficiens ad tantam rem declarandā: tamen exemplū illud eque valet: ſiue ratio dicatur cōceptio ipſa intellectus: ſiue res vt habens illā conceptionē: ⁊ credo ꝙ pͥma acceptio eſt de mēte ſancti Tho. pluſq̄ ſcḋa. iō illā teneo. Ratio eniꝫ illo modo dicta eſt ſubiectiue in intellectu: ſꝫ fundamentaliter in re. ❡ Ad 3ᵐ principale dicit̄ ſicut ad primū. dicit̄ eniꝫ ꝙ illud quod tollit actualē contradictionem affirmatiōis ⁊ negationis: hoc eſt illud quod facit ne actualis affirmatio ⁊ negatio ƌ diuinis dicte cōtradicant: eſt ſimul cum affirmatione ⁊ negatione: ⁊ vtrūq; eſt in actu completo per actum intellectus. ſ. negatio ⁊ oppoſitio eius ad affirmationem ⁊ remotio dicte oppoſitiōis: licet vtrūqꝫ ſit fundamentaliter in re ante actuꝫ intellectus: vt dictuꝫ eſt. Et ſi dicatur ꝙ hoc non valet: quia contradictio eſt realis oppoſitio. ergo nō eſt per opus intellectus. ❡ Dico ꝙ eſt realis quātum ad vnum extremū ſcꝫ poſitiuum: non aūt quātū ad vtrūq; niſi fundamentaliter. ❡ Ad 4ᵐ principale dicitur: ꝙ prima ⁊ ſcḋa reſpōſio ibidem poſite bone ſunt: nō aūt ſcḋa. ❡ Et ad pͥmū cōtra pͥmā reſponſionē dicit̄: ꝙ nō oportet talem habitudinē: aut ordinem eſſe inter aliqua vbi ſunt diſtincta ſola ratione: qualis eſſet inter ea: ſi realiter diſtinguerentur: ⁊ hoc quo ad omnia: niſi quantum ad habitudines: que conſequunt̄ rationes illorum: compoſitio autem non conſequitur eſſentiam ⁊ relationem quātum ad earū rationes: ſed quātum ad eſſe: vt dictuꝫ fuit in ſolutione ſcḋi pͥncipalis: ⁊ lꝫ illa maxima forte cōcederetur a formalib⁹ qui ponunt talem diſtinctionē inter eſſentiam ⁊ relationem: ꝙ illa diſtinctio eſt formaliter extra intellectum in ipſo deo: nō aūt nobis qui nullā diſtinctionem ponimus extra itellectū inter predicta in actu completo. ❡ Ad 2ᵐ contra eandem reſponſionē negat̄ maior. dico eniꝫ ꝙ tranſitus in idētitatem realem tollit omnē compoſitionē cū res nō componant ſm ſuas rationes: ſed ſm ſuū actuale exiſtere vbi ſcꝫ eſt multitudo ipſius eſſe: ſicut cum relatio creata componit cū ſubiecto: vel cū ſunt duo habētia idē eſſe: ſꝫ illud habet vnum illoꝝ per alterum: ſicut cū forma componit cum materia: vel cū ſunt multa habentia idem eſſe quod eſt primo totius: ⁊ cōſequēter partiū: ſicut cū pars componit cum parte: vbi aūt eſt vnicū eſſe ſubſiſtens nō diſtinctum ab eo quod eſt per illud eſſe ſed eſt illud eſſe. nulla poteſt eſſe compoſitio cum omnia ibi ſint actus purus. ❡ Ratio ſimiliter cōtra tertiam reſponſionem datam non procedit: dico eniꝫ primo ꝙ perſona diuina eſt vnū conceptibile vnica perfecta ratione quā deus habet: ſed nullus cōceptus viatoris poteſt omnia que in ꝑſona diuina ſunt repreſentare: eſt ergo vnum conceptibile ⁊ vnū formale obiectum intellectus in ſe: ſed non viatori quinimmo quodāmodo multiplex obiectū non in ſe multiplex: ſed extrinſece inquantū nō vna conceptione viatoris tota diuine perſone perfectio capi poteſt: ſed indiget multis conceptionibus. ❡ Dico ſecūdo: ꝙ ad hoc ꝙ aliquid dicatur vnum ſm rationem: non oportet ꝙ omnes eius formate rōnes per intellectū ⁊ fundate in re intellecta: habeant vnionem adinuicē: ſed ſufficit ꝙ ſit vnitas in obiecto talis: ꝙ idē omnino cuilibet rationum correſpondeat: licet imperfecte repreſentetur per quālibet earum: ⁊ aliter per vnā q̄ per aliam. ❡ Rationes autem facte contra ſecundam reſponſionē bene probant ꝙ nullo modo concedēdum eſt: deum eſſe compoſitū: etiam ſm rationem: ſic ꝙ aliqua pluralitas ſit formaliter ⁊ in actu in ipſa diuina perſona: ſed non probant quin deus poſſet dici extrinſece multiplex ſm rationem: multiplicitate que eſt in intellectu deum diuerſis rationibus concipiente: nec iſtud nullo modo derogat diuine ſimplicitati. Unde ſanctus Thomas. prima parte. queſtio. 13. articulo. 4. ſic arguit. (Magis eſt vnum quod eſt vnum re et ratione: q̄ quod eſt vnum re: ⁊ multiplex ratione: ſed deus eſt maxime vnus. ergo videtur ꝙ non ſit multiplex ratione.) Et reſpondet. (Dicendum (inquit) ꝙ ipſum ad perfectam dei vnitatem pertinet ꝙ ea que ſunt multipliciter ⁊ diuiſim in alijs in ipſo ſint ſimpliciter ⁊ vnite. Et ex hoc contingit ꝙ eſt vnus re: ⁊ plures ſecundum rationem: quia intellectus ita multipliciter apprehendit eum: ſicut res multipliciter eum repreſentat.) Hec ille. ❡ Et pͥmo ſententiarum. diſtin. ſecunda. q. prima. arti. 3. ad 6ᵐ. (Quod dicit Boetius. ſola relatio multiplicat trinitatem: intelligendum eſt ſcilicet de pluralitate reali. tunc enim aliquid eſt vnū re: ſed ratione multiplex quādo vna res reſpondet diuerſis cōceptionibus ⁊ nominibus vt de ea verificentur ſicut punctum quod cū ſit vna res ſm veritatē: reſpondet diuerſis cōceptionibus de eo factis ſiue ꝓut cogitatur in ſe: ſiue prout cogitatur vt relatū: ſiue prout cogitatur vt principium linearum. Et he rationes ſiue conceptiones ſunt in intellectu: ſicut in ſubiecto ⁊ ſunt in ipſo puncto: ſicut in fundamento veritatis ipſarum conceptionū.) Hec ille. ❡ Ex quibus patet ꝙ de⁹ poteſt dici multiplex: nō tamē cōpoſitus ſꝫ rōnē: qꝛ ille rōnes nō cōponunt̄ adinuicē in deo: nec in intellectu: cū nō habeāt vnionem in intellectu adinuicem: nec in deo ſint ſubiectiue. ❡ Et ſi dicat̄ ꝙ ſpecies dicit̄ cōponi ex genere ⁊ differentia que cōpoſitio non eſt realis: ſed ſm rationē ex hoc: quia ſpecies habet rationes diuerſas in intellectu: ſcꝫ generis ⁊ differentie: quare ergo nō dicetur deus vel diuina perſona compoſita ſm rōnem ex quo habet diuerſas ratiōes in intellectu: ſcꝫ rationem eſſentie ⁊ rationem relationis. ❡ Dico ꝙ nō eſt ſimile: quia compoſitio ſm rōnē ex genere ⁊ differētia reducitur ad aliqualem compoſitionem in re: ſed non ſic eſt in deo. vnde ſctūs Tho. de veritate. q. 3. arti. 2. ad 3ᵐ ſic dicit. ❡ Pluralitas rōnis qn̄qꝫ reducitur ad aliquā diuerſitatem rei: ſicut Sortes ⁊ Sortes ſedens differūt rōne: ⁊ hec reducit̄ ad diuerſitatē ſubſtantie ⁊ accidentis: ⁊ ſimiliter homo ⁊ animal rōne differunt: ⁊ hec differentia reducit̄

Quedā diuerſitas ratiōis ad diuerſitatē rei reducit̄ qdā nō.

2° metaphy. T.c.4. cauſa.) Hec ille aliqbus additis. Ariſto. ẽt ponens p̄di
ctam maximā loquebaꝛ̃ de p̄ncipijs vltimis .ſ. de mo
toribus celoꝝ: q̄ ſunt omnibus cauſa in eſſe: ⁊ veritate
ſm ꝙ exponit Cōmentatoꝛ in 2° metaphyſi. cōmento
4°. Nō valet igiꝛ̃ inſtātia de accidētibus: quoꝝ nullū
eſt menſura p̄ma: nec p̄mū principiū alicuiꝰ. Quō aūt
intelligaꝛ̃ dicta maxima p̄hi oñdit ſctūs Tho. ſup eo
Lec.2. dem 2° metaphyſice dicens. ❡ Unūquodq̧ iter alia
dr̃ maximū: ex quo cauſaꝛ̃ in alijs aliqd vniuoce p̄di
catum de eis: ſicut ignis eſt cauſa caloris in elemētis.
vnde cū caloꝛ dicaꝛ̃ vniuoce de igne: ⁊ de elemētatis
coꝛpoꝛibꝰ: ſequiꝛ̃ ꝙ ignis ſit calidiſſimus: facit autem
Ariſto. mētionē de vniuocatōe: q2 quādoq̧ ꝯtingit ꝙ
effectus nō perueniūt ad ſimilitudinē cauſe: ſm eandē
rōnem ſpēi ꝓpter excellētiaz ipſius cauſe: ſicut ſol eſt
cauſa caloris in iſtis inferioꝛibꝰ: nec tamē coꝛpoꝛa in
ferioꝛa poſſunt recipe impreſſionē ſolis: aut alioꝝ coꝛ
poꝝ celeſtiū ſm eādē rōnem ſpeciei: cū nō cōicent in
materia: ⁊ ꝓpter hoc nō dicimus ſolē eſſe calidiſſimū
ſicut ignē: ſ3 dicimus ſolē eſſe aliqd ampliꝰ q̄ calidiſ
ſimū: nomē aūt veritatis nō eſt ꝓpriū alicui ſpēi: ſ3 ſe
habet cōiter ad omnia entia. vnde illud qđ eſt cā ve
ritatis eſt cauſa cōicans cū effectu in noīe ⁊ rōne cōi:
ſequiꝛ̃ ꝙ illud qđ eſt poſterioꝛibus cauſa: vt ſint vera:
ſit veriſſimū.) Hec ille. ❡ Ex quo p3: ꝙ mēs p̄hi eſt:
ꝙ omnia que cōicant in aliqua rōne generis: reducun
tur ad aliquod p̄ncipiū: qđ ſumme participat rōnez il
lius generis: vl' aliquid perfectius rōne illius generis:
ſicut omnia calida ad aliquid calidiſſimū vel perfe
ctius q̄ ſi eſſet calidiſſimū: ⁊ omnia coloꝛata ad aliqd
coloꝛatiſſimū vel perfectius q̄ coloꝛatiſſimū: ⁊ ſic de
ceteris. Et ꝯſtat ꝙ loquebaꝛ̃ de p̄ncipio effectiuo ⁊ nō
de fine: ſicut p3 in ſuo exemplo poſito de igne reſpcū
calefactibiliū. ❡ Tertia ratio ſancti Tho. talis ē vbi
ſupra .ſ. p̄ma parte ⁊ de potētia dei. (Uidemus (inqt)
ꝙ aliqua que cognitiōe carēt .ſ. coꝛpoꝛa naturalia ope
rantur ꝓpter finem: qđ apparet ex hoc ꝙ ſemper aut
frequentius eodē modo operanꝛ̃: vt conſequanꝛ̃ illud
qđ eſt optimū. Ex quo p3 ꝙ nō caſu ſed ex intentione
perueniūt ad finē. ea aūt que nō habēt cognitionem
nō intendunt finē. niſi directa ab aliquo cognoſcēte ⁊
intelligente: ſicut ſagitta a ſagittatoꝛe. ergo eſt aliquis
intellectus a quo oēs res naturales oꝛdinanꝛ̃ ad finē:
⁊ hunc dicimus deū.) Hec ille in foꝛma. ❡ Ad hanc
rōnem dicit Aureolus ꝙ nō demōſtrat. diceret̃ enim
ꝙ omnia dirigunꝛ̃ in finē: ⁊ inclinanꝛ̃ ex foꝛmis ſuis
⁊ ꝓprijs naturis: nec indigēt aliquo extrinſeco impri
mente iſtaz inclinationē: ⁊ ideo nō ꝓbareꝛ̃ ex hoc: vel
per hoc aliquis extrinſecus intellectus omnia produ
cens. ❡ Et ſi dicaꝛ̃ ꝙ tunc oꝛdo vniuerſi erit a caſu di
cendū ꝙ nō: imo erit per ſe: cū oꝛtaꝛ̃ ex quidditatibꝰ
rerū.) Hec ille. ❡ Sed iſta reſpōſio nulla erit: vt oſtē
dit ſanctꝰ Thomas de veritate. q. 5. arti. 2. vbi impro
bat illud qđ ponit iſta reſpōſio .ſ. ꝙ omnia ꝓcedūt ex
Que eveniūt nō ex necẽitate omnia. neceſſitate cauſarū precedentiū .ſ. agētis vel materie:
⁊ ꝯſr̃ ex neceſſitate foꝛme quā agens imprimit: ar
guit eniz ſic. (Cauſa materialis: ⁊ agens inquantū hꝰ
ſunt cauſa eſſendi ipſi effectui: nō aūt ſufficiūt ad cau
ſandū bonitatez in effectu: ſm quā ſit cōueniens: ⁊ in
ſeipſo vt poſſit permanere: ⁊ vt alijs opituletur. verbi
grã. caloꝛ de ſui rōne quātum eſt de ſe habet diſſolue
re: diſſolutio aūt nō eſt bona: ⁊ cōueniens niſi vſq̧ ad
certum terminū ⁊ modū. vnde ſi nō poneremus aliā
cāz p̄ter caloꝛē: ⁊ hꝰ agētia in nā: nō poſſemus aſſigna
re cām q̄re res ꝯueniēter fiūt ⁊ bene: omne aūt qđ nō

habet determinataz cauſam a caſu accidit. vñ opoꝛte
ret ſm predictam poſitionē vt omnes cōuenientie et
vtilitates que inueniunꝛ̃ in rebus eēnt caſuales.) Hec
ille in foꝛma. ❡ Ex qbꝰ patet: ꝙ natura rei non cogno
ſcentis: nō ſufficit ad hoc ꝙ rerū operatiōes ſint cōue
nientes ipſis naturis rerū: ⁊ cum hoc ſint vtiles: ⁊ bo
ne. ac cōuenientes alijs: nunc iſto modo: nunc illo: nūc
ſm iſtam actionē: nūc ſm aliam: iſtas verūtamen vti
litates videmus ſemper: aut in maioꝛi parte accidere
in operibus nature. vnde op3 ꝙ preexiſtat aliquis itel
lectus qui res naturales in finē oꝛdinet ad modū quo
ſagittatoꝛ dat ſagitte certū motū vt tendat ad deter
minatū finē. vnde ſicut percuſſio: que fit per ſagittam
nō tm̄ dicitꝛ̃ opus ſagitte: ſed ꝓijcientis: ita etiā omne
opus nature dicitꝛ̃ a philoſophis opus intelligētie: vt
dicit ſanctus Tho. ibidem. ❡ Eandē nihilominus re
ſpōſionē improbat aliter 3°. cōtra Gentiles. caplo. 64.
ſc3 ꝓbando ꝙ natura rerū ⁊ quidditas nō ſufficit ad
hoc vt res determinatos fines intēdant. Et idez ꝓbat
de veritate vbi ſupra. Arguit g̃ ſic. (Ea que ſm ſuam
naturā ſunt diſtincta: in vnū oꝛdinē nō cōueniunt: ni
ſi ab vno oꝛdināte colligantur in vnū: in vniuerſitate
aūt rerū ſunt res cōtrarias ⁊ diſtinctas naturas habē
tes: que tamē oēs in vnū oꝛdinē conueniūt: cū quedaz
opatiōes quorūdā excipiunt: quedā aūt a quibuſdaz
iuuanꝛ̃ vel illis cooperanꝛ̃. op3 g̃ ꝙ ſit vnus vniuerſo
rum gubernatoꝛ ⁊ rectoꝛ. vñ virtute maioꝛis huiꝰ ar
gumēti p̄hi poſuerunt animā eſſe armoniā ꝓpter con
ſeruationez contrarioꝝ in coꝛpoꝛe animalis.) Ex qui
bus patet ꝙ nullus p̄bus daret reſpōſionē quā iſte fin
git. ❡ Quarta rō ſancti Thome talis eſt. (Inuenimꝰ
(inquit) in rebꝰ quedā que ſunt poſſibilia eſſe ⁊ nō eē:
impoſſe eſt aūt oīa que ſunt talia ſemꝑ eſſe: q2 qđ poſſi
bile eſt nō eſſe: quādoq̧ nō eſt. ſi igiꝛ̃ oīa ſunt poſſibi
lia nō eſſe: aliqñ nihil fuit in rebꝰ: ſ3 ſi hoc eſt verū ēt
nūc nihil eſſet: q2 qđ nihil eſt nō incipit eē: niſi per ali
qd qđ eſt. ſi igiꝛ̃ nihil fuit ens: impoſſibile fuit ꝙ aliqd
inciperet eſſe ⁊ modo nihil eēt: qđ p3 eſſe falſum: non
igiꝛ̃ omnia entia ſunt poſſibilia: ſed opoꝛtet aliqd eſſe
neceſſarium in rebus: omne aūt neceſſariū vel habet
cauſam ſue neceſſitatis aliunde vel nō habet: non eſt
aūt poſſibile ꝙ ꝓcedatur in īfinitū in neceſſarijs: que
habēt cauſaz ſue neceſſitatis: ſicut nec in cauſis efficiē
tibus vt ꝓbatū eſt. g̃ neceſſe eſt ponere aliqd: qđ eſt ꝑ
ſe neceſſariū nō hñs cauſaz ſue neceſſitatis aliūde: ſed
qđ eſt cauſa neceſſitatis alijs. ⁊ hoc dicimꝰ deū.) Hec
ille in foꝛma. ❡ Ad hanc rōnē dicit Aureolus: ꝙ p̄hi
negarent ꝙ neceſſaria hērent cauſam ſue neceſſitatis
efficientē vel cōſeruantē: q̄uis ꝯcederent ꝙ haberent
cauſam finalem ⁊ extra rem: ꝓpter qđ illa nō demon
ſtrarēt eis vnū efficiēs. hec Aureolus. ❡ Sed iſta re Que neceria hẽant cauſaz ſui eſſe.
ſpōſio nō valet. predictū enī eſt ſupius per rōnes ſcti
Tho. ꝙ impoſſibile eſt aliquid eſſe qđ nō ſit a deo: ſi
cut ab efficiēte p̄mo: qđ etiā ⁊ nūc ꝓbaꝛ̃ ꝑ rōnes eiuſ
dē de potētia dei. q. 3. arti. 5. ❡ Cū aliqd inueniꝛ̃ a pluri
bus diuerſimode participatū: op3 ꝙ ab eo in quo ꝑfe
ctiſſime inueniꝛ̃ attribuaꝛ̃ oibꝰ illis in quibꝰ imꝑfectiꝰ
inueniꝛ̃. nā ea que poſitiue ſm magis ⁊ minꝰ dicuntur:
hoc hñt ex re motioꝛi vel ꝓpinquoꝛi ad vnū: ſi enī vnū
cuiq̧ eoꝝ ex ſeipſo illud ꝯueniret: nō ꝑfectiꝰ in vno q̄
in alio inueniretꝛ̃: ſicut videmus ꝙ ignis q̄ eſt in fine ca
Ponendū vnū eſt quod pfectiſſimū. ens ſit. liditatis eſt p̄ncipiū caloꝛis oibꝰ calidis: eſt aūt pone
re vnum ens qđ eſt ꝑfectiſſimū ⁊ veriſſimū ens: qđ ex
hoc ꝓbaꝛ̃: q2 eſt aliqđ mouens oino imobile ⁊ ꝑfectiſ
ſimū vt a p̄his eſt ꝓbatū. opoꝛtet igiꝛ̃ ꝙ oia illa minꝰ

T.c.4. perfecta ab ipſo eſſe recipiant:⁊ hec eſt ꝓbatio ph̄i 2° metaphyſi. ¶ Itē illud qd̄ eſt per alteꝝ: reducit̄ ſicut in cauſaȝ in illud qd̄ eſt per ſe. vn̄ ſi eſſet vnus calor ꝑ ſe exiſtēs oporteret ipſum eē cauſam oīum calidoꝝ: que ꝑ modū participatiōis hn̄t calorē: eſt aūt ponere aliqd̄ ens qd̄ eſt ip̄m ſuū eē: qd̄ ex h̄ ꝓbat̄: qꝛ oꝫ eē aliquod p̄mū ens qd̄ ſit act⁹ purus: in quo nulla ſit compoſitio. vn̄ opꝫ ꝙ ab illo vno ente omnia alia ſint que cūqꝫ nō ſunt ſuū eſſe: ſed habēt ꝑ modū participationis.) Hec ille. ¶ Ex q̄bus pꝫ: ꝙ impoſſibile eſt: ⁊ contra veram ph̄iam eſſe aliqua neceſſaria: quoꝝ vnum nō ſit ꝓductum ab alio: nec ecōtra: ſicut iſte fingit dicere ph̄os de celis ⁊ eoꝝ motoribus: quoꝝ nullum dependet a p̄mo ente niſi in genere cauſe finalis. Qd̄ iterum ꝓbat̄ eē ꝯtra ph̄iam. ſ. ꝙ aliqua neceſſaria habeant cauſaȝ finalē: ⁊ nō efficientē: vtputa ꝙ p̄mū ſit finis ⁊ nō efficiēs. ¶ Arguit̄ igit̄ ſic. Scd̄m ph̄os ⁊ veritatē p̄muȝ mouēs ⁊ agens eſt vltimus finis. ergo ſolutio illa nulla eſt a quocūq̄ dcā. tꝫ ꝯñtia: qꝛ ſm̄ hoc ille vltimus finis nō ſolū mouet motiōe per modum finis: ſꝫ motōe efficiētis. Aſſumptū ꝓbat ſic ſctūs Tho. de malo. q. i. arti. i. ſic. (Appetibile mouet appetitum. p̄mū aūt mouēs opꝫ eſſe oīno nō motuꝫ. ḡ necē eſt ꝙ p̄mū ⁊ vniuerſale agens ſit ipſum p̄mū ⁊ vniuerſale appetibile: id eſt primū ⁊ vniuerſale bonum: quod omnia operatur ꝓpter appetitum ſui ipſius.) Hec ille. ¶ Et p̄mo ꝯtra Gentiles. cap. 75. ꝓbat ideȝ aſſumptū. Et ſimiliter p̄ma parte. q. 44. arti. 4. ſic. (Omne agens agit ꝓpter finē: aliter ex actiōe agentis non magis ſequeret̄ hoc q̄ illud: niſi a caſu: eſt aūt idem finis agētis ⁊ patiētis inquātū hm̄: ſꝫ aliter ⁊ aliter. vnū eniȝ ⁊ idem eſt quod agens intendit imprimere: ⁊ patiens intēdit recipe: ſunt aūt que ſimul agūt ⁊ patiunt̄: que ſunt agētia imꝑfecta: ⁊ in his contingit: ꝙ ēt in agēdo intendant aliquid acquirere: ſed primo agenti qui eſt tm̄ agens nō conuenit agere propter acquiſitioneȝ alicuius finis: ſed intendit ſolū cōicare ſuā ꝑfectionem: que eſt eius bonitas: ⁊ vnaqueqꝫ creatura intendit cōſequi ſuam perfectioneȝ: que eſt ſimilitudo perfectionis ⁊ bonitatis diuine. ſic ḡ diuina bonitas eſt finis vltimus oīum reꝝ.) Hec ille. ¶ Ex qb⁹ pꝫ: ꝙ illa rō hꝫ idem mediū qd̄ alie. ſ. ꝙ quia eſt primū agēs. ideo nihil recipit: ac per hoc exterior finis euȝ non mouet: qd̄ tamen oporteret ſi ageret propter alium finem. tunc enim reciperet ab eo cognitionem: vel delectationeȝ: vel perfectionē: ſicut ab obiecto ſaltē ꝙ primo agenti nullo modo cōuenit. ſic ergo pꝫ ꝙ contra rationeȝ eſt ponere ꝙ vltimus finis nō ſit primū agens ⁊ motum exequutiue cauſans. ¶ Q' etiā iſta reſpōſio nūq̄ fuerit de mēte Ariſto. aut Cōmentatoris. ſ. nullum neceſſarium habeat cauſam productiuā in eſſe vel conſeruatiuam. pꝫ. nam 5° metaphyſi. caplo de neceſſario taȝ ph̄us q̄ Cōmentator dicunt: ꝙ aliquod eſt neceſſariū quod habet cauſam: lꝫ Cōmentator dicat ibidem neceſſarium ſcd̄o modo nō eſſe ita ꝓprie neceſſarium: ſicut illud quod eſt primo modo neceſſarium: ⁊ velit ſimiliter nullum neceſſarium habere cauſam generantem: ꝙ autem loquatur de cauſa effectiua pꝫ. nam ibi diſtinguit neceſſarium in neceſſariū per ſe qd̄ non habet cauſam dantem illi neceſſitatem: ⁊ in neceſſariuȝ quod habet cauſam dantem illi neceſſitatē: dare autē dicit cauſam agentē: nō finalem. ¶ Item 8° phyſico. particula. 15. dicit ph̄us: ꝙ Democritus nō bene dicit in hoc: ꝙ nullius neceſſarij oportet querere cauſam. (Hoc (inquit) ph̄us iudiciū in quibuſdam rebus nō eſt verum: triāgulus enim ſemper habet tres angulos equales duobus rectis: ſed p̄ncipiū eſt ad hāc rem eternam: principia vo nō habēt aliquas cauſas: ⁊ ſunt eterna.) Hec ph̄us. vbi Cōmentator. (Sermo Democriti ⁊ ſequentiū eius: ꝙ res neceſſarie nō dicunt̄ habere cauſas eſt verus in quibuſdā rebus: ⁊ falſus in quibuſdam: triangulū eniȝ habere tres angulos equales duobus rectis eſt neceſſariū: ⁊ tamē habet cauſam.) Hec Cōmentator ⁊ poſt. (Et intendebat Ariſto. declarare ꝙ multa neceſſaria hn̄t cauſas.) Hec ille. ¶ Conſtat aūt principia reſpectu cōcluſionis nō habere rōnem cauſe finalis. ergo falſum eſt ꝙ ſm̄ Ariſto. nullum neceſſariū habeat cauſaȝ niſi finalem. ¶ Item ꝙ p̄ma ſubſtantia ⁊ primū ens nō ſolū ſit finis omniū: ſed ēt effectiua ⁊ dans eſſe omnib⁹ ſm̄ mentē ph̄i: ⁊ Cōmentatoris. pꝫ. naȝ Auerroys. 10. metaphyſice. cōmento 7. ſic dicit. (Omne qd̄ eſt principiū eſſe: eſt principiuȝ numeri: ⁊ qd̄ eſt principiū numeri: eſt principiū eſſendi: idem enim contingit ex hoc in omnibus: ⁊ cuȝ hoc ita ſit: apparet per inductionem: manifeſtū eſt eniȝ ꝙ vnuȝ in quolibet genere eſt aliqua natura ſimpliciter: que quia eſt p̄ncipiū eſſe illoꝝ eiuſdē generis: eſt principium numeri eoꝝ: ⁊ intēdit ꝙ cum huic iunctū fuerit: qd̄ declaratū eſt in phyſicis: hoc eſt primū motorē eternum ⁊ abſolutū ab omni materia: ⁊ declarauerit poſt ꝙ hoc nō ſolūmodo eſt p̄ncipiū tanq̄ motor: ſed tāq̄ forma ⁊ finis: declarabit̄ ꝙ illud eſt vnū de quo fuit declaratum hoc qd̄ eſt p̄ncipiū ſubſtātie: ſicut eſt declaratū ꝙ eſt actus vltimus cui nō admiſcet̄ potentia.) Hec ille. ¶ Item ꝙ ſm̄ mentē eoꝝ primū agēs ⁊ vltimus finis ſint idē patet. naȝ Cōmentator. 12. metaphyſice. cōmen. 36. ſic ait. (Deiñ eſt in 8° phyſico. ꝙ mouens corpora celeſtia in nulla exiſtit materia: ⁊ ꝙ eſt forma abſtracta: quapropter mouēs hoc eſt itellectus: quia agit motū ⁊ eſt motus finis. hec aūt differunt in nobis: ſꝫ illud qd̄ mouet nos in loco ſm̄ ꝙ eſt agens: ⁊ qd̄ mouet nos ſm̄ ꝙ eſt finis: ⁊ habet duplex eſſe. ſ. in anima ⁊ extra animā: qd̄ aūt eſt in anima eſt agens motū: ſm̄ vo ꝙ extra animā eſt mouens ſm̄ finem. verbi grā. quādo balneū habet duplicē formam in anima: ⁊ extra animā: ⁊ ꝓpter illam formā: que eſt in anima: deſideramus illā formā: que eſt extra aīam. igit̄ forma balnei inquantū eſt in anima eſt agens deſideriū ⁊ motuꝫ: ſm̄ aūt ꝙ eſt extra animam eſt finis motus. ſi igit̄ forma balnei non eſſet in materia. tunc moueret ſm̄ agens ⁊ ſm̄ finē ſine aliqua motiōe contingēte: ⁊ ſic intelligēdū eſt de mouētib⁹ corpora celeſtia: ſm̄ igit̄ ꝙ intellecta iſta ſunt forme eoꝝ: ſunt mouentia ſm̄ agens: ſm̄ aūt ꝙ ſunt eoꝝ fines mouentur ab illis ſm̄ deſideriuȝ.) Hec ille. ¶ Item cōmen. 41. dicit: ꝙ p̄mus motor habet potentiā infinitā. ⁊ eſt cauſa permanētie celi. ¶ Itē cōmēto. 44. dicit Cōmentator. (Q' aūt moderni dicūt ſubſtātiā p̄mā eſſe priorem motore toti⁹: falſum eſt: q̄libet eniȝ ſubſtātia iſtarū eſt p̄ncipiū ſubſtātie ſenſibilis ſm̄ motorē ⁊ ſm̄ finē: ⁊ iō dicit Ariſto. ꝙ ſi alique ſubſtātie eſſent nō mouētes eēnt ocioſe: qd̄ aūt mouit eos ad hoc dōm: eſt ratio que pōt diſſolui a quolibet exercitato in hac ſcientia: dicūt eniȝ ꝙ apparet ex iſtis intelligētijs: ꝙ quedā earū ꝯſequit̄ ſicut cauſatū cauſam. p̄ma aūt ſubſtantia debet eſſe vna ⁊ ſimplex in fine: ab vno aūt ⁊ ſimplici nō prouenit niſi vnuȝ: ⁊ a motore primi celi prouenit anima primi celi ⁊ motor orbis cōſequentis: neceſſe eſt igit̄ vt ſit nō ſimplex: habet ḡ cauſam priorē: iſte aūt ſermo eſt imaginabilis: nō eniȝ eſt illic ꝓuent⁹: neqꝫ

Margin notes, left column: Ponēdū ē aliqd̄ ens qd̄ eſt ſuū eſſe. — Quod p̄mū agens ⁊ mouēs ē vltim⁹ finis. — Q' necīa aliq̄ hēant cām efficiētem ſit ad mētē Ariſto. ⁊ Cōmē. T.c.6.

Margin notes, right column: T.c.15. — Finis hꝫ duplex eſſe.

neq̄ ꝯſequutio:neq̄ actio: ita vt dicam⁹ ꝙ vna actio tm̄ ꝯſequit̄ vnū agentē: tm̄ eni eſt illic cauſa ⁊ cauſatum ſm ꝙ dicimus ꝙ intellcm̄ eſt cauſa intelligētie: ⁊ cū ita ſit nō eſt impoſe vt illud qḋ eſt ꝑ ſe intelligentia:ſit cā plurium entiū ſm ꝙ ex eo intelligunt̄ multi modi.illud igit̄ qḋ intelligit motor ſouis de p̄mo motore:⁊ eſt cā in aīa celi: aliud eſt ab eo qḋ intelligit ex eo:motor orbis ſaturni:⁊ ſilr de vnoquoq̄ eoꝝ eſt: intelligēdo cām ꝓpriā: ⁊ ſm hoc oēs motus coꝝ intendunt ſm ordinē totius.) Hec ille. ❡ Ex quibus pȝ: ꝙ de⁹ quē vocat p̄mā ſubam nō ſoluȝ eſt finis ſubſtātie ſenſibilis:imo eſt cauſa mouēs:⁊ quodlibet ſic ſimplr̄ cū ab eo ꝓcedūt multa ſm ꝙ multa itelligit vel eſſentiā ſuā multiplr̄ intelligit nō ſolū ipſe:imo alie ſubſtā tie ſepate. ❡ Sciendū etiā ꝙ cuȝ dicit Cōmētator: ꝙ inter p̄mā cām ⁊ alias intelligētias nō eſt cauſa ⁊ cauſatum:nec actio:nec ꝯſequutio ⁊c̄.nō intendit negare deū effectiue ꝓducere alias intelligētias: ſȝ ſolū intēdit ꝙ deus ipſe nō ꝓducit eas ꝑ actionē:que eſt extractio alicui⁹ de potētia in actū:ſȝ ſolū ꝑ actū intellus et volūtatis:que eſt actio imanēs agenti:nō tranſiens in paſſuȝ extrinſecū:⁊ hoc eſt veꝝ. ❡ Itē 2° metaphyſ. cōmen. 4. ſic ait. (Opȝ vt maxime veruȝ ſit illud: qḋ eſt cauſa maxime veritatis in quolibet genere entiū: ⁊ magis digna in eſſe ⁊ veritate: q̄ꝫ illa quoꝝ eſt cauſa in illo genere:⁊ manifeſtū eſt ꝙ ſi hec eſt p̄ma cā oiuȝ entiū:vt declaratū eſt in ſciētia nālū: ꝙ illa cauſa eſt magis digna in eē ⁊ veritate q̄ꝫ oia entia:oia eni entia nō acqrūt eē ⁊ veritatē niſi ab iſta cā: eſt igit̄ tm̄ ens ⁊ vnū ꝑ ſe ⁊ veꝝ ꝑ ſe:⁊ oia entia ⁊ vera ꝑ eſſe: ⁊ veritatem ei⁹.) Hec ille in forma. ❡ Et pȝ ꝙ nō loqr̄ de cā finali. Tū qꝛ de illa cā nulla mētio fit i.8.phyſi.ſȝ ſolū de efficiēte. vbi dicit Cōmētator eſſe declaratū p̄maȝ cauſam eē cām oium alioꝝ. Tū qꝛ ſi loquerer̄ de fine nō diceret: ꝙ alia acqrūt eē a p̄ma cā : ſȝ potius ꝓpter p̄mā cām.nō eni dicimus:diligo petrū a gᵐᵒ: ſȝ ꝓpter gᵐ. ❡ Hanc etiā intentionē habuiſſe Cōmētator manifeſte pādit in tractatu de ſuba orbis. vbi ſic dicit 2° caplo. ❡ Et debes ſcire ꝙ iſtud corp⁹ celeſte non indiget virtute mouēte in loco ſemp tm̄: ſȝ virtute largiēte in ſe:⁊ in ſuā ſubaȝ ꝑmanētiā eternā: qm̄ ⁊ ſi ſit ſimplex ⁊ nō hñs in ſe potentiā ad corruptionē: tn̄ eſt finite actiōis necio:qꝛ eſt finitaꝝ dimenſionū ⁊ determinataꝝ a ſupficie ꝯtinēte ipm̄: ⁊ oē tale cū intellus potuerit ipȝ eē ꝑ ſe abſq̄ eo ꝙ aliquid largiat̄ ipſi ꝑmanentiam ⁊ eternitatē: neceſſe erit vt ita ſit de finitate ſue ꝑmanētie ſicut eſt de finitate ſue actionis: ⁊ iō neceſſe in intellectu potētiā eē huic largientē permanētiā eternā quēadmodū largit̄ ipſi motū ꝓpriū eternū: ⁊ nō hoc tm̄:ſȝ neceſſe eſt hoc eē virtutē que largit̄ ei ꝓpriū ſue actōis motū que eſt eternitas inter ceteros motus.ſ.motū localē in circuitu:⁊ figuraȝ ꝓpriam iſti motui.ſ.ſpericā:⁊ mēſurā ꝓpriā vnicuiq̄ iſtoꝝ corporum:⁊ ꝯueniētiaȝ inter ea adinuicē in ordine ⁊ q̄ntitate ita ꝙ ex oībus pficit̄ vnus actus .ſ. totus mundus: nulla eni eſt dr̄ntia iter virtutis actiue indigentiaȝ in corpore:⁊ in omni corpore ſimplici:aut in vno ꝯpoſito ex ſimplicibus hñ:⁊ indifferēter ſiue illud corpus fuerit gnātum:ſiue nō gnātū. vñ videmus celū hēre vnā virtutē nō tm̄ mouentē oia:ſȝ agentē ⁊ conſeruantem oia:ſicut eſt diſpō in corpore hominis ⁊ in corpore facto ꝓpter finē ꝓpriū:finis.n.ſignificat agens ſignificatione neceſaria:ſicut motuȝ ſignificat mouēs: ſȝ in genere agētiū quoddā eſt agēs prius tēpore acto: ⁊ eſt oē qḋ ſit in ſpera mundi:⁊ quoddā eſt nāliter prius vt in tempore orbē quē ſequit̄ tēpus: ⁊ cui accidit ⁊ agēs orbeȝ .ſ.faciēs ipm̄ in diſpōnibus neceſſarijs in inueniendo finē ꝓpter quē fuit:⁊ cū hoc ignorauerūt quidā eſſe de opinione Ariſto.dixerūt ipm̄ nō dicere cauſam agētē totū:ſȝ cauſam mouentē: ⁊ illud fuit valde abſurduȝ: ⁊ nō eſt dubiū in hoc ꝙ agēs ipſum eſt mouēs ipſuȝ: qḋ eniȝ mouet ipſo motu ꝓprio illi eſt illud qḋ largit̄ ei p̄mo:diſpōnes per quas motuȝ ꝓpriū acquirit:⁊ iſta eſt virtus illa quā laudat Ariſt. in multis locis in lib° de celo ⁊ mūdo:⁊ indicat ipſaȝ eſſe nobiliorē celo ⁊ altiorē.) Hec Cōmenta. in forma. ❡ Et cap. 6. ⁊ vlti. dicit. (Declaratū eſt ex iſtis oībus : ꝙ dator ꝯtinuatiōis motus:eſt dator motus celi:⁊ ſi ipſe nō eēt deſtrueret̄ motus:⁊ ſi motus:⁊ celū:celū.n. eſt ꝓpter motū ſuū:⁊ ſi motus celi deſtrueret̄:deſtrueret̄ motus entiū inferioꝝ:⁊ ſic mūdus:ex quo verificat̄ ꝙ dator ꝯtinuationis mot⁹ eſt dator eē alijs entib⁹.) Hec Cōmentator. ❡ Ex qbus oīb⁹ pȝ māifeſte: ꝙ ſm mentē ph̄i ⁊ Cōmētatoris p̄ᵐ p̄nᵐ eſt cā nō ſolū ꝑ modū finis:imo ꝑ modū mouētis ⁊ agētis ⁊ largiētis eē oībus alijs entibus:⁊ ꝑ ꝯñs riſio data ad rōnē ſcti Tho. nō ꝓceſſit d ꝯſilio ⁊ aſſenſu Ariſt. ⁊ Cōmētatoris. ❡ Uerū tn̄ ꝯ dicā rōnē:⁊ replicā factam ꝯ riſionē inſtat arguēs: dicēs illā maximā qua dr̄: ꝙ oē ens ꝑ participationē eſt effectiue ab ente ꝑ eēntiā:nō videt̄ hēre oimodā veritatē. nā ignis ꝑ ſuā eſſentiā determinat ſibi calorē:nec tn̄ vbicūq̄ participat̄ calor ibi eſt ꝑ actionē ignis.naȝ ſtelle gnāt calorē in medio. ❡ Itē addit ꝙ alia ꝓpoſitio eſt falſa in qua dr̄: ꝙ ſit aliquid qḋ non hēat eſſe ꝑ ſuaȝ eēntiā.hoc inqt nō eſt veꝝ : qꝛ imo omne ens eſt ꝑ ſuā eēntiā:qꝛ eēntia ſua eſt ei rō eſſendi. Participatio aūt nō eſt aliud niſi ꝙ oia entia ſunt quedā particulares entitates.ꝓter p̄muȝ qḋ eſt tota entitas ſubſiſtēs:ſȝ hoc nō inferret ꝙ oia eēnt effectiue ab alio:ꝓſertim ſi creatio nō eēt. ❡ Tertio pōt inſtari ꝯ rōneȝ ꝓncipalē:nō eni videt̄ verum: ꝙ omne qḋ eſt poſſe nō eē:qñq̄ nō ſit:vel deſinat eē. nā elemēta hñt potētiaȝ ad nō eſſe:⁊ tamē elemēta nūq̄ deſinēt. ❡ Ad p̄maȝ inſtantiaȝ dico: ꝙ illa maxima dȝ ſic intelligi. Omne qḋ eſt aliquale ꝑ participationē: eſt tale ꝑ actionem illius qḋ eſt tale ꝑ eēntiā: vel ꝑ actionē alicuius qḋ eminenter ꝯtinet hoc qḋ eſt tale ꝑ eſſentiā. ❡ Et ſic pȝ ꝙ inſtātia facta de igne nō valet : ſȝ non ſolū ſctūs Tho. vtatur illo exēplo:ſȝ ēt Ariſto. 2° metaphyſi. ⁊ Cōmētator:ſȝ exemplorum nō requiritur verificatio. vnde dico ꝙ omne calidū eſt calidū ꝑ actionē ignis vel alicuius qḋ totā ignis actualitatē cōtineat eminēter ⁊ in virtute. ſicut eſt ſol aut aliud corpus celeſte : ⁊ maxima in iſto ſenſu ſumpta potiſſime demōſtrat intentū. ſ. ꝙ cū deus ſit ens ꝑ eſſentiā:opȝ ꝙ ſit cauſa oīs rebabentis eē participatū:vel aliquid qḋ deū ꝯtineat eminenter:⁊ in virtute:ſi qḋ ſit tale:⁊ ſic pȝ: ꝙ inſtātia eſt verbalis. Solutio aūt inſtantie eſt de mente ſcti Tho. p̄° parte. q. 44. arti. 3. ad 2ᵐ. vbi ſic arguit. (Omne qḋ eſt per participationē reducit̄ ad aliquid ꝑ ſe exiſtens: vt ignitū ad igneȝ : ſed quecūq̄ ſunt in rebus ſenſibilib⁹ ſunt ſolum per participationeȝ alicuius ſpeciei: qḋ ex hoc patet ꝙ in nullo ſenſibilium inuenitur ſolū id qḋ ad rōnem ſpeciei pertinet:ſed adiungunt̄ ꝓncipijs ſpeciei principia indiuiduātia:opȝ igitur ponere ipſas ſpecies ꝑ ſe exiſtētes:vt per ſe equi ⁊ hō.) Ecce argumētum. ❡ Et reſpōdet dicenduȝ: ꝙ de rōne hominis eſt ꝙ ſit in materia:⁊ ſic nō pōt iueniri homo ſine materia hac:licȝ igitur hic homo ſit per participationē ſpeciei: nō tamē poteſt reduci ad aliquid per ſe exiſtēs in

[Left margin, beside "tie sepate":] Solutio ad obiectionem.

[Right margin, beside "Uerū tn̄":] Cōtra ratiōnes pro ideis vt ſupra.

[Right margin, beside "inſtantiaȝ dico":] Nō eſt ꝑ participatiōes aliquale reducit ad aliqd qdē ꝑ ſe.

[Right margin, beside "tator":] 2.c.4.

eadem ſpecie: ſꝫ ad ſpēm ſuperexcellentem: ſicut ſunt ſube ſepate. Eadē rō eſt in alijs ſenſibilibus.) Hec ille. ¶ Ex quib⁹ manifeſte pꝫ: ꝙ oīs calor participatus opꝫ ꝙ ſit a calido ꝑ eēntiā vel ab aliquo ſuperiori ad colorē ſi ſubſiſteret: ⁊ ſic de alijs oīb⁹. ¶ Ad ſecundaꝫ inſtantiā dī: ꝙ ſolus de⁹ eſt ꝑ eſſentiā: ſic ꝙ eſſe eſt de rōne eſſentie dei: nō aūt de rōne alicuius eſſentie creatꝫ: ⁊ ſilr nulla eſſentia creata eſt vltimū ⁊ ꝓximū formale quo aliquid eſt. ſecus eſt de eēntia diuina: ⁊ iſta deo duce lōge ꝓlixi⁹ ꝓbabunt̃ alias. ¶ Ad 3um inſtantiā dico: ꝙ elēta ⁊ ſi ſint poſſibilia nō eē: durāt tn̄: hoc eis ꝑſtāte aliquo: qḋ eſt neceſſe eſſe: qḋ pōt ea in eternum ꝯſeruare: ſꝫ ſi nullū tale eſſet neceſſario exiñs. tunc ꝓculdubio terra nō eſſet: vel ēt ſi illud neceſſario exiſtēs elēta ⁊ alia que potētiā hñt ad nō eſſe ſue nature curſum ꝑagere ſinerēt: tota mā que nūc eſt ſub forma terre: qñqꝫ eſſet ſub alia forma: ⁊ ſic illud elētū terre qḋ nūc eſt qñqꝫ nō eſſet: ſꝫ aliud in numero ſibi ſuccederet: ⁊ ita ſicut terra eſt poſſibilis nō eſſe: ſic qñqꝫ nō eſſet: vult ḡ ſctūs Tho. ꝙ ſi nullū ens eſſet neceſſe eē. ꝓ certo oē poſſe nō eſſe qñqꝫ nō eēt: ⁊ ſi ꝯtingat ꝙ aliqua poſſibilia nō eē ſemꝑ durent: hoc eſt q: eſt: aliqḋ neceſſe eſſe qḋ manutenet illa: ⁊ hoc ſufficit in ſuo propoſito in quo illaꝫ ꝓpōnem aſſumit. ¶ Sic igit̃ pꝫ ꝙ 4.ª rō ṗncipalr ꝓbans vnū deū eſſe nō obſtantib⁹ inſtātijs nr̄m ꝓpoſitū efficaciter demr̄abat. ¶ Quinto arguit ſic ſctūs Tho. ꝑ ꝯtra Gentiles. cap. 43. directe ꝓbando intentū: alie nāqꝫ rōnes ꝓbant directe ꝙ eſt vnus de⁹. iſta aūt directe ꝓbat ꝙ nō eſt niſi vnus. Arguit̃ ḡ ſic. Omne poſſe eſſe ⁊ nō eſſe: neceſſario eſt ꝓductū. tale nāqꝫ q̄ntum eſt ex ſe: non hꝫ eſſe: ſꝫ ꝑ aliud reducit̃ ad eſſe: ſed oīa que ſunt ꝑter vnū: ſunt poſſibilia eſſe ⁊ nō eē: īpoſſe. n. eſt eē duo: quoꝝ qḋlibet ſit neceſſe eſſe: qḋ ſic pꝫ. Nihil. n. eoꝝ que ꝯueniūt huic ſigto inquantū eſt hoc ſignatū: poſſe eſt alteri ꝯuēire: q: ſingularitas alicui⁹ rei nō ineſt alteri ꝑter ipm ſingulare: ſꝫ ei qḋ eſt neceſſe eſſe: ſua neceſſitas eſſendi: ꝯuenit inq̄ntū eſt hoc ſignatū. ḡ impoſſe eſt: ꝙ alicui alteri ꝯueniat: ⁊ ſic impoſſe eſt ꝙ ſint plura: quoꝝ quodlibet eſt neceſſe eē: ⁊ ꝯñter impoſſe eſt eē plures deos. Probatio medie. Si n. illud qḋ eſt neceſſe eē: nō eſt hoc ſignatū inquātū eſt neceſſe eē: opꝫ ꝙ deſignatio ſui eſſe nō ſit neceſſaria ſcḋm ſe: ſꝫ ex alio depēdeat: vnūquodqꝫ aūt ſcḋm ꝙ eſt actu: eſt diſtinctū ab oībus alijs: qḋ eſt eē hoc ſignatum. ḡ qḋ eſt neceſſe eē: depēdet ab alio q̄ntū ad hoc qḋ ē eſſe in actu: qḋ eſt ꝯ rōneꝫ eius qḋ eſt neceſſe eſſe: opꝫ igit̃ ꝙ illud qḋ eſt neceſſe eē: ſit neceſſe eē ſcḋm hoc: ꝙ eſt hoc ſignatū.) Hec ille in forma. ¶ Ad hanc tn̄ rōnē dicit Aureolus: ꝙ eſt ineffcax: nec ꝯcludit. nā hꝫ eū ꝓbi ꝯcederent qḋlibet neceſſe eſſe. fore alteri⁹ ſpēi: ⁊ ita nō poſſe multiplicari: ⁊ ꝑ ꝯñs qḋlibet eēt quedā ſingularitas: nihilomin⁹ eēnt plura.) Hec ille. ¶ Sed iſta rñſio nulla eſt: ſicut oñdit ſctūs Tho. luculentiſſime vbi ſupra. Nā ex quo illa duo ꝯueniūt in intentiōe neceſſitatis eēndi: opꝫ ꝙ diſtinguant̃ ꝑ aliqḋ: aut ḡ illud reqrit̃ ad cōplementuꝫ neceſſitatis eēndi aliquo mō: aut nullo. Si nullo. ḡ eſt accñtale: q: oē qḋ aduēit rei nihil faciēs ad eius eſſe eſt accñs. ḡ hoc accñs hꝫ cām: aut ḡ eſſentia ei⁹ qḋ eſt neceſſe eſſe: aut aliquid aliud. Si eſſentia ei⁹ qḋ eſt neceſſe eē: cū ipſa neceſſitas eſſendi ſit eſſentia ei⁹ vt alias ꝓbatū eſt: neceſſitas eēndi erit cauſa illius accñtis: ſꝫ neceſſitas eſſendi inuenit̃ in vtroqꝫ. ḡ vtrūqꝫ hēbit illud accñs: ⁊ ſic nō diſtiguet̃ ſcḋm illud. Si aūt cauſa illi⁹ accñtis ſit aliqḋ aliud. niſi illud aliud eſſet: nō eſſet hoc accñs: ⁊ niſi hoc accñs eſſet: predicta diſtinctio nō eſſet. ḡ niſi illud aliud eſſet: ꝓdicta diſtinctio nō eſſet: ac per hoc illa duo que ponunt̃ neceſſe eſſe nō eēnt duo: ſꝫ vnū. ḡ eſſe ꝓpriū vtriuſqꝫ depēdet ab alio: ⁊ ſic neutrū erit neceſſe eē ꝑ ſeipꝫ. Si āt illud quo diſtinguunt̃ ſit neceſſariū ad neceſſitatē eēndi cōplendaꝫ. hoc erit: q: includit̃ in rōne neceſſitatis eſſendi: ſicut animatuꝫ includit̃ in rōne animalis: aut hoc erit: q: neceſſitas eēndi ſpecificat̃ ꝑ illud: ſicut animal cōplet̃ per rōnale. Si ṗmo mō: opꝫ ꝙ vbicūqꝫ ſit neceſſitas eēndi ſit illud qḋ in eius rōne dī: ſicut cuicūqꝫ ꝯuenit animal ꝯuenit animatū: ⁊ ſic cū ambob⁹ ꝓdictis attribuat̃ neceſſitas eēndi: ſcḋm illud diſtingui nō poterūt. Si aūt ſcḋo mō. hoc iteꝝ eſſe nō pōt. nam drīa ſpecificans genus: nō cōplet rōnē generis: ſed ꝑ eam acquirit̃ generi eē in actu: rō eni animalis cōpleta eſt añ additionē rōnalis: ſꝫ nō pōt eſſe aīal in actu niſi ſit rōnale vel irrōnale. Sic igit̃ aliqḋ complet neceſſitatē eſſendi q̄ntum ad eē in actu ⁊ nō q̄ntum ad intentioneꝫ neceſſitatis eēndi: qḋ eſt impoſſe ꝓpter duo. Primo q: eius qḋ eſt neceſſe eē ſua q̄ddītas eſt ſuum eſſe. Scḋo q: ſic ipſi neceſſe eē acqreret̃ eſſe per aliud qḋ eſt impoſſe: non eſt igit̃ ponere plura: quoꝝ quodlibet ſit neceſſe eſſe per ſeipm. Iteꝝ: ſi aliqua duo ꝯueniāt in intentiōe neceſſitatis eēndi oꝫ ꝙ diſtinguant̃ ꝑ aliquid qḋ additur alteri tm̄ vel vtriqꝫ: ⁊ ſic opꝫ vtrūqꝫ vel alteꝝ eſſe cōpoſitū: nulluꝫ aūt cōpoſitū eſt neceſſe eſſe per ſeipſum. ḡ impoſſe eſt plura eſſe: quoꝝ qḋlibet ſit neceſſe eē per ſeipm.) Hec ille in forma. ¶ Ex quibus pꝫ: ꝙ rñſio illa eſt ꝯ ꝓbiam: que. ſ. diceret duo neceſſe eſſe alteri⁹ ſpēi vel euidem. Iſtis ḡ qnqꝫ vijs ꝓbat ſctūs Tho. vnū deū eſſe locis predictis: ſꝫ multas alias in varijs locis ad hꝫ ideꝫ ponat: ſꝫ q: nō īpugnat eas Aureolus: nō eas trāſeo. ¶ Nūc ḡ reſtat dicere ad rōnem: que oppoſitū arguebat. ſ. ꝙ deū eſſe nō ſit demonſtrabile. Dico igit̃ ſcḋm ſanctū Tho. ṗma parte. q. 2.^a arti. 2.º ad ṗmū: ꝙ nihil ꝓhibet illud qḋ eſt ꝑ ſe demōſtrabile ⁊ ſcibile ab aliquo accipi vt credibile: qui demr̄ationē nō capit: ita ꝙ vnū deū eſſe tenet̃ ſola fide ab aliquo: nō aūt ab alio: ſꝫ habitu ſciētifico: ⁊ eſt ei nō articulus fidei: ſꝫ ꝑambulū ad fidem ⁊ articulos: ſicut eni gr̄a ſupponit nām ita fides cognitionē nālem. Et hec de qōne dicta ſufficiant ꝑ preſenti.

ſ.p.q.l.

Duo eē: q̄rū vtrūqꝫ ſit neceſſe eē: poſſe eſt.

¶ Utrum imago ⁊ trinitatis veſtigium in creaturis reperiat̃ ¶ Queſtio. II.

Secundo iuxta eādē diſtinctionem querit̃. Utrū in creaturis reperiat̃ imago ⁊ veſtigium trinitatis. ¶ Et arguit̃ ṗmo ꝙ non reperiat̃ imago. Dicit. n. Hyllarius in libro de ſynodis: ꝙ imago eſt illius rei ad quā imaginat̃ ſpēs indifferens. Et iteꝝ dicit: ꝙ imago eſt rei ad rē coeqādā īdiſcreta et vnita ſimilitudo: ſed dei ⁊ creature nō eſt ſpēs indifferens: nec pōt eſſe equalitas creature ad deum. ergo in nulla creatura eſt imago. Qꝫ aūt nō ſit in ea veſtigiuꝫ arguit̃ ſic. Effectus nō repñtat niſi ſuā cām: ſꝫ cāl̄itas creaturaꝝ pertinet ad nām cōem: non aūt ad relōnes quibus perſone diſtinguunt̃ ⁊ numerant̃. ḡ in creatura nō īuenit̃ veſtigiū trinitatis ſꝫ vnitatis eēntie.

In oppoſitum eſt magiſter in preſenti diſtinctione.

In preſenti diſtōne erūt duo articuli. In p⁰ videbit̃ qḋ ſit veſtigiū aut imago: ⁊ in quo abīuicē diſtinguant̃. In ſcḋo videbit̃ in quibus rebus reperiant̃ veſtigium ⁊ imago.

Quantum

Quantum ad primū articuluꝫ dico: q̄ ſm ſcm̄ Tho. pᵃ parte. q. 45. arti. 7°. Et p° ſen. diſt. 3. q. 2. arti. p°. (Ratio veſtigij in hoc cōſiſtit: q̄ ē repreſentatio cāe vel cauſalitatis quātū ad ſolā cauſalitateꝫ abſq̄ꝫ repñtatione forme: ſicut pꝫ q̄ fumus vel aduſtio repñtat imaginē: veſtigiū. n. demōſtrat motuꝫ alicuiꝰ trāſeūtis: ſed nō qualis ille ſit: ⁊ ſm hoc tria ſunt de rōne eius. ſ. ſimilitudo: ⁊ imꝑfectio ſimilitudinis: ⁊ q̄ per ipm̄ i reꝫ cuiꝰ eſt veſtigiuꝫ deueniat̄: ⁊ q̄ꝛ in creaturis īueniunt̄ aliqua que nō repñtant formales rōes ꝑſonarū: puta modus ꝓcedēdi per modū amoris ⁊ vbi nihilominꝰ illa neceſſe eſt reducere in diuinas ꝑſonas: ſicut in cauſam: ⁊ illa repreſentāt trinitatē: lꝫ imꝑfecte ⁊ ducūt in eius aliqualē notitiā: ideo in eis veſtigiū eſt: quelibꝫ eniꝫ creatura ſubſiſtit in eſſe ſuo: ⁊ hꝫ formā ꝑ quā determinat̄ ad ſpēm: ⁊ hꝫ ordineꝫ ad aliquid: ſm igitur q̄ eſt quedā ſubā creata: repreſentat cām ⁊ principiuꝫ: ⁊ demōſtrat perſonā patris: que eſt ꝓncipiū nō de principio: ſm aūt q̄ hꝫ quādā formā ⁊ ſpēm: repreſentat verbū: ſm q̄ forma artificiati eſt ex conceptiōe artificis: ſm autē q̄ hꝫ ordineꝫ repreſentat ſpūm ſcm̄ inquātū eſt amor: q̄ꝛ ordo effectus ad aliquid eſt ex voluntate creatoris: ⁊ ideo dicit Aug. 6°. de trini. q̄ veſtigium trinitatis inuenitur in vnaquaq̄ꝫ creatura: ſm q̄ aliquid vnū eſt: ⁊ ſm q̄ aliqua ſpecie format̄: ⁊ ſm q̄ quedā ordinē tenet: ⁊ ad hoc etiā reducunt̄ illa tria: numerus: pōdus ⁊ mēſura: que ponunt̄ Sap. xi°. Nā mēſura refertur ad ſubſtātiā rei limitataꝫ ſuis principijs: numerus ad ſpēm: pōdus ad ordinē. Ad hoc etiam reducuntur alia tria que ponit Aug. modus ſpēs ⁊ ordo: ⁊ illa alia que ponit. 83. queſtionū. qd̄ cōſtat: qd̄ diſcernit: qd̄ cōgruit: cōſtat enim aliquid per ſuā ſubſtātiam: diſcernitur per formā: cōgruit per ordinē: ⁊ in idē de facili reduci poſſunt quecūq̄ꝫ ſic dicuntur.) Sic igitur pꝫ que ratio veſtigij: ⁊ qualiter veſtigium attēdatur in rebus. (Ratio autē imaginis cōſiſtit in repreſentatiōe cauſe quantuꝫ ad ſimilitudinē forme eius: ſicut ignis genitus ignē generantē repreſentat: ⁊ ſtatua Mercurij mercuriū. Quia ergo proceſſiones diuinarū perſonaꝝ attendūtur per actum intellectus ⁊ volūtatis. nam filius procedit: vt verbū intellectus: ſpiritus ſanctus vt amor volūtatis: ideo in creaturis rationalibꝰ: in q̄bus eſt intellectus ⁊ volūtas īuenitur repreſentatio trinitatis per modum imaginis: inquātum in eis īuenit̄ verbum cōceptuꝫ ⁊ amor procedēs.) Hec ſunt verba ſancti Thome in prima parte vbi ſupra. Cōſimiliter pōit q. 93. artic. 6°. vbi ait: q̄ imago repreſentat ſm ſimilitudinem ſpēi: veſtigium autē per modum effectus: q̄ ſic repreſentat cauſam ſuā: q̄ tamē ad ſpēi ſimilitudineꝫ nō pertingit: ſicut exemplificat de impreſſione: que ex motu animalis relinq̄tur: ⁊ de cinere cauſato ab igne: ⁊ de deſolatione terre ab hoſtili exercitu: que omnia dicuntur veſtigia. Ibi etiā oſtendit ⁊ in alijs q̄nq̄ꝫ articulis precedētibus eiuſdem queſtionis quomodo in creatura rationali eſt imago inquātum in ea repreſentatur ſimilitudo diuine nature: ⁊ inquātuꝫ repreſentatur ſimilitudo trinitatis increate. ¶ Ideꝫ ponit de veritate q. 10. articu. pmo. ⁊ q. 21. arti. 6. Itē ſcdo ſen. diſt. 26. q. 1. artic. 4°. ¶ Sed cōtra predicta inſtat Aureolus 2ᵃ q̄ſtione huius diſtinctionis: q̄ iſte modus ponendi deficit in tribus. ¶ Primo q̄ꝛ dicit rationeꝫ veſtigij conſiſtere in repreſentatione ſolius cauſalitatis cauſe: conſtat enim q̄ trinitas perſonarū in ratione qua trinitas nullaꝫ cauſalitatē habet reſpectu creaturarū: quelibet nāq̄ꝫ perſona cauſat totā creaturā quātum ad ſubām.

Quid veſtigium.

Tria de rōe veſtigij.

Quid imago ⁊ in quo.

(Et iterū ꝓprietates ꝑſonales nō ſunt ꝓductiue: ⁊ tñ ſi nō eſſꝫ niſi vna ꝑſona in deo: ſicut imaginabātur phi ⁊ pagani: adhuc reperirent̄ i creaturis oia q̄ nūc reperiūtur: ſed cōſtat q̄ veſtigium dicitur in repreſentādo trinitatem perſonalem. ergo nō conſiſtit in repreſentatione ſolius cauſalitatis. Secūdo dicit iſtam poſitionem deficere in hoc q̄ ponit veſtigiuꝫ nō repreſentare formam: cōſtat enim q̄ veſtigiuꝫ pedis repreſentat pedē ⁊ formā pedis: ⁊ ſi totum animal applicaretur pulueri in ambulādo: ſicut eſt de ſerpente: tota īpreſſio animalis poſſet veſtigiū appellari: ſed tunc repreſentaret̄ forma animalis. ergo videtur q̄ nō tollat rationē veſtigij ſi repreſentet cauſam ſm formā. Tertio dicit iſtaꝫ poſitionē in hoc deficere: q̄ꝛ ponit ſimilitudineꝫ ⁊ imperfectionē: ⁊ ducere in notitiā alterius integrare rationē veſtigij: cōſtat enim q̄ imagini competūt iſta tria cuꝫ ſit ſimilitudo imperfecta: ⁊ ducat in notitiā trinitatis. igitur dicta aſſignatio fuit incōpetēs.) Hec ille. ¶ Ad primuꝫ iſtorū reſpondet ſanctus Tho. prima parte. q. 45. arti. 7°. ad tertiuꝫ argumētum: ⁊ arti. 6°. in corpore articuli. Ait enim ſic. (Creare nō eſt ꝓpriuꝫ alicui ꝑſone: ſed cōmune toti trinitati: ſed tamen diuine perſone ſm rōnes ſue ꝓceſſionis: habēt cauſalitatē reſpectu creatiōis rerū: vt enim inq̄t ſupra oſtēſum eſt: cum de ſciētia dei ⁊ volūtate ageretur: deus eſt cauſa rerū per ſuū itellectū ⁊ volūtatē: ſicut artifex rerū artificiataꝝ: artifex autē per verbū interius cōceptū: ⁊ per amorem ſue volūtatis ad aliquid relatū operatur: vnde ⁊ deus operat̄ creaturā per ſuū verbū: qd̄ eſt filius: ⁊ per ſuuꝫ amorē: qui eſt ſpūs ſcūs: ⁊ ſm hoc ꝓceſſiones perſonarum ſunt rōnes ꝓductionis creaturarū inquātū includunt eſſentialia attributa: que ſunt ſciētia ⁊ volūtas.) Hec ille. ¶ Iteꝫ in ſcripto diſt. 10. q. 1. arti. pmo. ſic ait. (Suppoſita ſꝫ fidē nāq̄ꝫ ꝓceſſione diuinarū perſonarū in vnitate eſſentie. Ad cuius ꝓbationē rō ſufficiens nō īuenitur: opꝫ ꝓceſſionē perſonarū: que perfecta eſt eſſe rationē ⁊ cām ꝓceſſionis creature: vnde ſicut proceſſionē creaturarū nature diuine perfectionē imperfecte repreſentātiū: reducimus in perfectā imaginē diuinam perfectionē pleniſſime cōtinētem. ſ. filiuꝫ tāq̄ꝫ principiū: ⁊ quaſi totalis ꝓceſſionis creaturaruꝫ a deo ſm imitationē diuine nature exēplar ⁊ rationeꝫ: ita ēt opꝫ q̄ proceſſio creature: inquātum eſt ex liberalitate diuine volūtatis reducatur in vnū principiū: q̄ ſit q̄ſi ratio totius liberalis collationis: hoc autē eſt amor ſub cuius ratione oīa a voluntate conferuntur.) Hec ille. ¶ Iteꝫ diſt. 14. q. 1. arti. pmo. dicit (Qꝛ ꝓceſſiones eterne perſonarū ſunt cauſa ⁊ ratio ꝓductionis creaturarum: ideo opꝫ q̄ ſicut generatio filij eſt ratio totius ꝓductionis creature: ſm q̄ dicitur pater in filio oīa feciſſe: ita ⁊ amor patris in filium tendēs: vt in obiectuꝫ ſit ratio in qua deus omnē effectum amoris creaturis largiatur.) Hec ille. ¶ Idē ponit de potētia dei. q. 10. arti. ſcdo in reſpōſione ad 19ᵐ. dicit enim. (Qꝛ filiꝰ eſt ſufficiens ratio ꝓceſſionis temporalis creature: vt verbum ⁊ exemplar: ſed opꝫ q̄ ſpūs ſcūs ſit ratio ꝓceſſionis vt amor. Sicut enim dicitur Sap. 9° q̄ deus fecit omnia ſuo verbo: ita dicitur Sap. xi°. q̄ diligit oīa q̄ ſunt: ⁊ nihil odit ⁊c̄. Et Dionyſius dicit 4° cap. de diuis nominibꝰ: q̄ amor diuinus nō permiſit ipſuꝫ ſine germine eſſe.) Hec ille. ¶ Ex quibus pꝫ quid ſit dicēduꝫ ad primuꝫ argumentum: cum enim dicit q̄ trinitas in ratione qua trinitas nullam dicit cauſalitatē ⁊c̄. Dico q̄ trinitas in generali nō dicit rationeꝫ cauſalitatis: ſꝫ iſta ſpecialis trinitas. ſ. artificis: ⁊ ſui vbi: ⁊ amoris: di

Creare cōe eſt toti trinitati.

Ad ꝓbādaꝫ ꝓceſſionē in diuinis nulla rō ſufficiens.

cit rationẽ cauſalitatis: vnde ſanctus Tho. prima parte. q. 27. articu. pmo. ad tertiũ. (Luz dicimus (inquit) edificatorẽ principium domus: in ratione huius principij includitur cõceptio artis ſue: ⁊ includeretur in ratione primi principij ſi edificator eſſet primum principium: deus autẽ qui eſt primuz principiũ ꝯparatur ad res creatas: vt artifex ad artificiata.) Hec ille. ¶ Et ſicut dicit ꝙ in ratione primi principij agentis per modum artificis icluditur conceptio: ita ⁊ amor: vt pꝫ per predicta. Sic ergo patet ꝙ in ratione primi principij: ⁊ ⁊ prime cauſe includitur ternarius ⁊ trinitas: ſic ꝙ in illa ratione tria icluduntur. ſ. potentia eius: cõceptio eius: ⁊ amor ad aliquid relatus. Et cum arguens pbat illaz ꝓpoſitionem negatã. Dico de primo: ꝙ licꝫ quelibꝫ perſona producat creaturam omnẽ totaliter: tamen nulla perſona eſt ratio pductionis creature: quãtum ad oĩa incluſa in ratione principij agẽtis per moduz artificis ſed tres perſone ſimul: quarũ vni attribuitur potentia alia habꝫ rationẽ verbi: alia amoris. De ſcdo dico ꝙ lꝫ ꝓprietates perſonales ſub iſtis nominib⁹ pater: filius: ſpiritus ſanctus: nõ dicant rationẽ cauſalitatis: hoc tñ dicunt ſub iſtis conceptio artis: ⁊ amor artificis: qꝛ ſub talibus rationib⁹ icludunt eſſentialia attributa: nõ autem ſub alijs. Iſto etiã modo creature ducunt in notitiam trinitatis. ſ. tam in appropriata perſonarum ꝙ̃ in ꝓpria: vt dicit ſanctus Tho. preſenti diſt. q. 2. articu. p. ad tertiũ. Cum autẽ vlterius dicit arguẽs: ꝙ ſi nõ eſſet in diuinis niſi vna perſona ⁊c. Dico ꝙ ſi poneretur ille caſus: tunc creature repreſentarẽt tria diſtincta ſm rationem: ſicut nunc tria diſtincta ſm rem: que prius dicta ſunt. ſ. artificem: verbũ eius: ⁊ amorẽ eius: vnde veſtigium dicitur in repreſentãdo perſonas per appropriata pluſꝙ̃ in repreſentãdo ꝓpria ⁊ diſtincta. ¶ Sciẽdũ tamẽ ꝙ cum dicitur pceſſio filij ⁊ ſpiritus ſancti eẽ ratio pductionis creaturarũ: hoc intelligendũ eſt: ꝙ ille pceſſiones ſunt creaturis ratio pcedendi a deo patre nõ autez patri ſunt ratio pducẽdi: cum pater nihil expectet a filio. Et hunc ſenſum aperit ſanctus Tho. primo ſen. diſt. 32. q. 1. arti. 3°. vbi dicit ſic. (Proceſſio diuinarũ perſonarũ eſt quedã origo pceſſionis creaturarũ cum omne primũ in aliquo genere ſit cauſa eoruz que ſunt poſt: ſed tamẽ efficiẽtia creaturaꝝ eẽntie cõmuni attribuitur: vnde dicẽduz eſt ꝙ cũ dicitur pater ⁊ fili⁹ diligunt nos ſpiritu ſancto: ſumendo hoc verbum diligere eſſentialiter: tunc in verbo dilectionis deſignabit̃ efficiẽtia totius trinitatis: ⁊ in ablatiuo deſignãte perſonam ſpiritus ſancti deſignabitur ratio efficiẽtie non ex parte efficiẽtis: ſed ex parte effectorũ: quorũ ratio et origo eſt pceſſio ſpiritus ſancti: ſicut ⁊ verbũ.) Hec ille. ¶ Ex quib⁹ pꝫ: ꝙ proceſſio ſpiritus ſancti: ⁊ pceſſio filij illo modo quo dicũt rationẽ cauſalitatis reſpectu pceſſionis creaturarũ: nõ dicunt rationẽ efficientie ex parte efficiẽtis: ſed ex parte effectorũ: ſicut etiam vbuꝫ ⁊ amor domificatoris ſunt ratio pductiõis domus ex parte effectus potius ꝙ̃ ex parte domificãtis: quia nõ dant efficaciã ei: ſed tamẽ domus nõ poſſet pcedere a domificatore niſi prius ab eo pcederet verbũ domus ⁊ amor ſeu velle faciẽdi domũ. Et ſic pꝫ ad primuz argumentũ ſine aſſertione quacũq. ¶ Ad ſcdm dico: ꝙ veſtigium nõ repreſentat formã ſue cauſe niſi forte ſm partẽ ⁊ ſm ſuperficiem aliquã alio modo ſe habentem ꝙ̃ ſit in cauſa ſua: vt pꝫ per veſtigium pedis ſm ſuam ſuperficiẽ cõcauaꝫ repreſentat ſuperficiẽ pedis conuexam: ⁊ ita eſſet ſi totuz animal applicaretur pulueri: vel faceret foramẽ in puluere per qd̃ trãſiret: ſicut vermes

In ſolutiõe hoc.

Quõ intelligat cũ dr̃ pro narũ pceſſio in diuis ẽ rõ pceſſiõis creaturaꝝ.

in ligno: tunc eniꝫ licꝫ repreſentaretur tota ſuperficies animalis: tamẽ in animali eſſet conuexa ⁊ in veſtigio cõcaua: vnde nõ eſſet ibi pfecta ſimilitudo docuit eſſꝫ in imagine ſerpẽtis. Et ſic pꝫ ꝙ illud argumentuꝫ non valꝫ: loquimur enim de repreſentatione forme per aliquam aſſimilationẽ: ⁊ illa eſt imperfecta i veſtigio: vt dixi ſiue repreſentet partẽ ſiue totũ. ¶ Ad tertiũ negatur q' illa tria cõueniãt imagini: imago enim repreſentat perfecte cauſam: ⁊ hoc ſm ſimilitudinem ſpẽi: vel ad minus ſm ſimilitudinẽ accidẽtis ꝓprij ſpẽi pcipue ſm figurã: vt dicit ſanctus Tho. prima parte. q. 93. arti. ſcdo. Et pmo ſen. diſt. 3. q. 3. artic. pmo. dicit. (Q2 veſtigium in hoc differt ab imagine ꝙ veſtigiũ eſt alicuius ꝯfuſa ſimilitudo ⁊ imperfecta: imago autẽ repreſentat rem magis determinate ſm oẽs ſuas partes ⁊ diſpoſitiones: ex quib⁹ etiam aliquid de interioribus rei percipi poteſt.) Hec ille. ¶ Ex quo apparet quomodo ⁊ cur dicitur veſtigiũ ſimilitudo imperfecta: ⁊ imago ſimilitudo perfecta. Dico tamẽ ꝙ ad rationẽ imaginis non requiritur ꝙ ſit adeo perfecta ſimilitudo ꝙ pertingat ad eius cuius eſt imago equalitatẽ: licꝫ hoc ſit de rõne perfecte imaginis ad quã requiritur: ꝙ nihil deſit imagini: qd̃ iſit illi: de quo eſt expreſſa: vt dicit ſanct⁹ Tho. prima parte. q. 93. arti. pmo. Et ideo ꝯceditur ꝙ imago dei in creaturis reperta eſt iperfecta ſimilitudo dei: nõ tamẽ ita imperfecta ſicut veſtigiũ: nã ⁊ ſi vtrũq; ſit imperfectuꝫ: tamẽ imago eſt perfecta ſimilitudo in genere effectuũ deſignãtium ſuam cauſam: in quo veſtigiũ eſt impfecta ſimilitudo: ſm eniꝫ ſanctũ Tho. prima parte. q. 93. artic. 6°. (Imago repreſentat ſm ſimilitudinẽ ſpẽi: veſtigium autẽ per modum effectus: qui ſic repreſentat cãm: qd̃ tamẽ ad eius ſpẽi ſimilitudinez nõ pertingit: talis aũt dñia in creaturis inenit̃: nã in creaturis rõnalib⁹ reperit̃ ſilitudo diuine nature: vt videant̃ pertingere ad ſimilitudinẽ ſpẽi: inquãtum imitantur deũ nõ ſolum in hoc: ꝙ eſt ⁊ viuit: ſꝫ ẽt in hoc ꝙ itelligit: ⁊ iõ ſm Aug. 83. queſtionũ: ita ſunt de ſimilitudine ꝓxima vt in creaturis nihil ſit ꝓpinquius: alie autez creature nõ itelligunt: ſed apparet in eis quoddã veſtigium intellectus pducẽtis ſi earũ diſpoſitio cõſideretur. Siꝯ cum trinitas increata diſtinguatur ſm pceſſionez verbi a dicẽte: ⁊ amoris ab vtroq;: ideo in creatura rationali: in qua inuenitur proceſſio verbi ſm intellectũ: ⁊ proceſſio amoris ſm voluntatẽ: poteſt dici imago trinitatis increate ꝓpter quãdam repreſentationẽ ſpẽi: i alijs autez creaturis nõ inuenitur principiũ verbi: ⁊ verbũ: ⁊ amor: ſed apparet in eis quoddã veſtigiũ: ꝙ hec inueniãtur in cauſa pducẽte. nam hoc ipſuꝫ ꝙ creatura hꝫ ſubſtãtiam modificataꝫ ⁊ finitam: demonſtrat q' ſit a quodã principio: ſpecies vero eius demõſtrat verbuꝫ facientis: ſicut forma domus demonſtrat conceptionem artificis: ordo vero demonſtrat amorem producentis quo effectus ordinatur ad bonuꝫ: ſicut vſus edificij demonſtrat voluntatẽ artificis.) Hec ille. ¶ Idẽ ponit de veritate. q. 10. arti. p. ad 5m. (Ad hoc (inquit) ꝙ imago dei in aliquo iueniatur opꝫ ꝙ ad vltimũ gen⁹ perfectionis veniat quo creatura tendere poteſt: vnde ſi habeat eſſe tm̃: ſicut lapides: vel eẽ ⁊ viuere: ſicut plãte ⁊ bruta: nõ ſaluatur in hoc ratio imaginis: ſed opꝫ ad perfectam rationem imaginis: vt creatura ſic viuat ⁊ intelligat: in hoc enim perfectiſſime ſm genus conformatur eſſentialibus attributis.) Hec ille. ¶ Et in hoc primus articulus terminatur.

Per qd differat veſtigiũ ab imagine.

Quantum ad ſecunduꝫ articulum dicit ſanct⁹ Tho. pmo ſen. diſti. 3. q. 2. articu. 3°.

Nō veſtigij in accñtib⁹ ñ reperit.

(Et ratio veſtigij nō īuenitur proprie in accidentibus: ſed tantū in ſubſtātijs: quod patꝫ. tum quia ſubſtātie cum ſint res ſubſiſtētes habent proprie rationē creature: accidētia vero cum ſint inherētia nec habentia eſſe niſi dependēs a ſubſtātia nō ꝓprie dicuntur creature. tum quia accidētia magis ſunt ſpecies modi: ⁊ ordines ſubſtantiarum penes: que attenditur veſtigium ꝙ habeant modum: ſpeciem: ⁊ ordinem: vnde Augu. dicit 6° de trinitate. cap. vltimo. ꝙ ſpecies corporū ſunt figure vel qualitates: doctrine autem ⁊ artes ſunt ſpecies animarū: ordo autem in corporibus ſunt collocatiōes ⁊ pondera: in animabus autē amores ⁊ delectatiōes.) Hec ille. ¶ Idem ponit prima parte. q. 45. artic. 7° ad ſcđm. vbi dicit. (Creatura eſt res proprie ſubſiſtens in qua eſt predicta tria inuenire: nec oportet ꝙ in quolibꝫ eorū que ei inſunt ſint hec tria: ſed ſm ea veſtigiū rei ſubſiſtenti attribuitur.) Hec ille. ¶ Item eadē. q. art. 6° dicit. (Illi ꝓprie conuenit creari cui conuenit eſſe: ⁊ qꝛ eſſe ſolum proprie cōuenit rei ſubſiſtenti: forme aūt ⁊ accidentia nō dicūtur entia quaſi ipſa ſint: ſed quia eis aliquid eſt: imo magis ſunt coexiſtentes ꝙ entia: ⁊ magis ꝓprie dicuntur cōcreata ꝙ creata: proprie vero creata ſunt ſubſiſtētia.) Idem ponit de potētia dei. q. 3ª. articulis multis. ¶ Ex quib⁹ patet in quibus ꝓprie ſit veſtigium. In quib⁹ autē ſit imago diuine nature vel trinitas: ſatis pꝫ per articulum precedentē. ¶ Sed contra iſta Aureolus vbi ſupra. Cōſtat inquit ꝙ in ſpecie: numero: ⁊ ordine conſiſtit veſtigiū: ſed albedo hꝫ ſuum numerū cum ſit vna: ⁊ ſuam ſpeciē cum ſit forma: ⁊ ſuum ordinem: cum inclinetur ad propriam operationem: que eſt diſgregare. ergo in albedine ratio veſtigij īuenitur: que tamē nō eſt indiuiduū ſubſtantie. ¶ Secūdo ſic. Penes ſubſtantiā: virtutem: ⁊ operationem ponitur alia aſſignatio veſtigij: ſed cōſtat ꝙ in accidentibus eſt eſſentia vel realitas: virtus: ⁊ operatio. igitur eſt ibi ratio veſtigij. ¶ Tertio ſic. Unitas bonitas ⁊ veritas reperiūtur in accidentibus: in iſtis autē eſt ratio veſtigij ſm vnā aſſignationē. igitur idem qđ prius. ¶ Quarto ſic. Ordo: modus: ſpēs ſunt in quib⁹ conſiſtit ratio veſtigij ſm Aug. 5° de trinitate. ſed Cō-

T. cō. 5.
T. c. 17.
T. cō. 15.

mentator demōſtrat 4° metaphyſice: ꝙ vnum nō eſt accidēs enti. Et 5° metaphyſice. ⁊ 9° ꝙ potētie naturales que ſunt inclinationes ad operationes ꝓprias non ſunt aliud a formis ſubſtātialibus. Conſtat etiā ꝙ ſpecies ſubſtātialis nō eſt aliud a forma. ergo nō eſt verū qđ tua poſitio ponit. ſ. modum: ordinem ⁊ numerum: ⁊ alias partes veſtigij nō attendi penes accidētia: cōcludit ergo ꝙ ſicut ſe habēt res ad entitatē ſic ſe habent ad eſſe veſtigium: ideo prima materia ⁊ oīa que ſunt: ſunt veſtigiū trinitatis: nihilominus ſubſtātia principaliter eſt veſtigiū: ſicut eſt principalr ens.) Hec ille.

Albedo ⁊ aª accñtia nō ꝓprie vnū dñr

¶ Ad primū iſtorū dicitur: ꝙ minor eſt falſa vel improprie: albedo enim nō eſt ꝓprie vna: cuꝫ vnū dicat ens īdiuiſum: albedo autem nō proprie dicitur ens: ſed entis: nec ꝓprie hꝫ operationē: ſicut nec aliud accidēs: īmo nec forma ſubſtātialis: que nō ſubſiſtit eſt qđ operatur: ſed eſt quo aliquid operatur: vt pꝫ pͥma parte. q. 77. articu. pͥmo. Item pͥma parte. q. 75. articu. ſcđo. ad ſcđm dicitur: ꝙ operari nullo modo cōuenit accidenti nec ꝓprie alicui parti: nec alicui forme nō ſubſiſtenti: ⁊ ꝙ magis ꝓprie dicitur ꝙ homo intēdit per animaꝫ ꝙ ꝙ anima itendit. Ex quo ſequitur ꝙ accidēs nō hꝫ inclinationē ad ꝓpriam operationē: cum ꝓpriam operationem nō habeat: ſed eius ſubiectum hꝫ inclinationē ad operationē ratione illius. Sic igitur patꝫ ꝙ albedo nō hꝫ in ſe ꝓprie rationeꝫ veſtigij: nec aliqđ accidens formaliter: ſed forte effectiue: ſicut dicit ſanctus Tho. pͥmo ſen. diſt. 3. q. 2. articu. 3°. Dicit enīꝫ (Secundū quodlibꝫ accidēs additur aliquod eſſe ipſi ſubſtantie: ⁊ ſm illud eſſe eſt aliquo modo cōſiderare veſtigium: vnde qđ priuat illud accidēs priuat partes veſtigij. ſ. modum ſpēm ⁊ ordinē quantū ad illud eſſe.) Hec ille. ¶ Ad ſcđm dico: ꝙ accidēs non ꝓprie habet operationē: vt dictū eſt: nec hꝫ virtutē: ſed eſt virtus ſubſtātie: nec eſt ꝓprie eſſentia niſi in ordine ad ſubſtātiam: qꝛ eſſentia dicitur qđ eſt ſubiectum eſſendi: eſſe autē nō ꝓprie cōuenit niſi ſubſiſtēti: vt dictū eſt: ꝙ autem accidens nec ꝓprie ſit eſſentia: nec ꝓprie habeat eſſentiā oſtēdit ſanctus Tho. in tractatu de eſſentia et ente. ¶ Ad tertiū dr̄ eodē modo ꝙ accidētia nō ꝓprie ſunt bona: ſicut nec ꝓprie entia ſunt: ſicut dicitur pͥma parte. q. 5. artic. 5° ad 2m. ⁊ q. 6. artic. 4° ad 3m. ⁊ de veritate. q. 10. arti. 5°. ſed ipſa accidētia ⁊ alie forme nō ſubſiſtētes ſunt quo vel quib⁹ aliqđ eſt bonū vnū ⁊ verū. ¶ Ad quartū dico: ꝙ implicat multa falſa. Primū eſt ꝙ potentia naturalis nō ſit aliud a forma ſubſtantiali: huius enim oppoſitum probat ſanctus Tho. prima parte. q. 77. articu. pͥmo. ⁊ q. 54. artic. 3° ⁊ infinitis alijs locis. Illud autem dictū qđ arguens imponit Cōmentatori: nō eſt dictū eius: ſed Alexādri: vt pꝫ 7° phyſicorum cōmēto. 20. Cōmētator enim recitat Alexandrū dixiſſe illud. Et dicit Cōmētator: ꝙ ideo dixit Alexander ꝙ naturalis potētia nō eſt qualitas vniuerſaliter: quia ſcilꝫ nō eſt qualitas alterabilis: ideſt amiſſibilis per alterationem. Quod autem dicit de vnitate conceditur: ſed ex hoc non habetur ꝙ accidens ſit proprie vnum. Aliud falſū qđ imponit ſancto Tho. ſcilꝫ ꝙ illa penes que attenditur veſtigium generaliter ſint accidentia. Hoc enim ſanctus Thomas nō intendit cuꝫ

Modus eſt penes ſubaſtātialia attēdēda.

ipſe ponat ꝙ modus qui eſt pars veſtigij non ſolū attenditur penes accidentalia: ſed etiam penes ſubſtantialia: vtpote penes eſſe ſubſtantiale: ſm ꝙ patꝫ de veritate. q. 21. articu. 6° ad quintū. Et prima parte. q. 45. articu. 7°. vbi dicit moduꝫ qui eſt pars veſtigij attendi penes hoc ꝙ ſubſtātia creata in ſuo eſſe ſubſiſtit. Dico igitur ꝙ veſtigium nō ſolum attenditur penes accidētalia: ſed etiam penes ſubſtantialia: licet poſſit attendi penes accidentalia: ſm enim albedinem homo habet aliquod eſſe: et aliquam ſpeciem accidentalem: ⁊ aliquem ordinem: ſed iterum penes ſuaꝫ formā ſubſtantialeꝫ habet aliquod eſſe ſubſtātiale: ⁊ ipſa eſt quedaꝫ forma: ⁊ hꝫ penes eam aliquem ordinem. Et ſic pꝫ in quibus proprie ſit veſtigium aut trinitatis imago.

¶ Ad argumenta facta in pede queſtionis ſatis patet ſolutio per predicta. Primū enim argumētum ꝓbat ꝙ in creaturis nō eſt adequata ⁊ ſimpliciter perfecta imago trinitatis: qđ cōceditur: ſꝫ nō ꝓbat quin in creaturis ſit imago perfecta in genere ſigni ⁊ effectus ſuam deſignantis cauſam: ſolū enīꝫ dei filius eſt patris imago perfecta. ¶ Ad aliud dicendum ſicut prius: ꝙ cauſalitas reſpectu creaturarū pertinet ad ꝓceſſiones perſonarum inquantū includunt eſſentialia attributa: vt dictum fuit: veſtigium autem attenditur in creaturis prout repreſentat perſonas quantū ad illa appropriata. ſ. ſcientiam voluntatem. Unde ſm ſanctum Tho. pͥmo ſen. in preſenti diſt. qꝛ illa tria inuenta in creaturis plus deficiūt a repreſentatione diſtinctionis perſonarum ꝙ eſſentialiū attributorū: ideo magis ꝓprie dicitur veſtigium diuine trinitatis ꝙ veſtigium diuine eſſentie ⁊c̄. Et de hoc dicta ſufficiant.

¶ Utrū illa penes que veſtigium attēditur diſtinguantur ab eo in quo ſunt. Qō. III.

Tertio circa tertiā diſtinctionem queritur. Utruꝫ illa penes que attenditur veſtigiū vel imago trinitatis realiter diſtinguātur a rebus in quibꝰ ſunt. Et arguitur ꝙ nō. Nā veſtigiuꝫ attēditur penes iſta tria vnum: verū: bonū: ſed iſta nō ſunt alia a rebꝰ in quibꝰ ſunt: cū quelibet res eſſentialiter ſit vera: vna ⁊ bona. igiť ⁊c. ſimilr imago attendiť penes memoriaꝫ intelligentiā: voluntatē: ſed potētie aīe nō videnť eſſe aliud q̄ anima. igitur ⁊c.

In oppoſitum arguitur ſic. Nam pars veſtigij ⁊ imaginis ſūt plures ſꝫ rem: ſed illud in quo iueniť veſtigiū vel imago ē vnū ſm rē: vnū aūt nō eſt multa. ergo ſeqťr ꝙ tā ps veſtigij q̄ imaginis ſūt aliud vľ alia ab illis: in qbꝰ iueniūť.

In hac queſtione erūt duo articuli iuxta māam argumentoꝝ. In primo videbiť an partes veſtigij ſint diſtincte ſm reꝫ a re in qua veſtigium trinitatis iuenitur. In ſcđo hoc ideꝫ de partibꝰ imaginis ꝑſcrutabitur cōſequēter.

Quantum ad primū articulū ſit pma cōcluſio ꝙ partes veſtigij qualitercūqꝫ aſſignētur ad tria generalr reducunť. Iſtā cōcluſionē declarat ſcūs Tho. pňtis diſtinctionis. q. 2. arti. 2º vbi ſic ait. (Ueſtigiū iueniť in creatura: inquātū imitať diuinā perfectionē: ꝑfectio aūt creature non ſtatim habeť in ꝑncipijs ſuis: que imꝑfecta ſunt: vt pꝫ i mā ⁊ forma quoꝝ neutrū de ſe hꝫ eſſe perfectum: ſed in ꝯiunctiōe creature ad finē ſuū: diſtātia aūt nō ꝯiūgunť ſine medio: ⁊ iō in creatura iueniť principiū mediū ⁊ finis: ſꝫ que tria pōebat Pythagoras ꝑfectionē cauſſibꝫ creature: ⁊ ſm ēt rōnē horū trium repreſentať in creaturis diſtinctio diuinarū ꝑſonaꝝ: in qbus filiꝰ eſt media ꝑſona: ſed ſpūs ſcūs eſt in quo terminať ꝓceſſio ꝑſonaꝝ: cōtingit autē iter duo extrema eē plura media: ⁊ ideo cōtingit etiā ꝙ mediū: ꝑncipium: ⁊ finis diuerſimode pñt aſſignari: ſꝫ ꝙ ex his. ſ. ꝑncipio: ⁊ fine: ⁊ multis medijs q̄dā pñt accipi: vt principia: quedaꝫ vt media: ⁊ q̄dam vt finis diuerſimode ꝯbinando: ⁊ ideo ꝯtingit ꝙ a diuerſis ꝑtes veſtigij ſunt diuerſimode aſſignate. verbi grā. Primū qō ꝑtinet ad ꝑfectionē rei ſunt ꝑncipia ipſiꝰ rei: vltima aūt rei ꝑfectio eſt ſm operationē ſuaꝫ ad alias res: nō tñ ꝓut in ſe ꝑfecta eſt. Inter hec auteꝫ ſunt multa media: eſt. n. diſpoſitio ꝑncipioꝝ ſiue inclinatio ad eſſe ꝑncipiati: eſt etiā limitatio ꝑncipioꝝ ſub forꝰ ꝑncipiati: ⁊ eſt virtꝰ ⁊ opatio ⁊ multa hō. ¶ Pōt ergo aſſignari veſtigiū vt ꝓ ꝑncipio ſumať illud ſolū qō eſt pmū. ſ. ipſa ſuba ꝑncipioꝝ: ⁊ pro medio illō qō eſt imediate ſequēs. ſ. diſpoſitio ſiue iclinatio ad eē ꝑncipiati: ⁊ ꝓ fine totū illud qō ſeqťr: ⁊ ſm hoc ſumitur illud Sap. xiº Numerus: pōdus: mēſura: qꝛ numerus ꝑtinet ad pluralitatē ꝑncipioꝝ: pōdus ad iclinationeꝫ ꝑncipioꝝ in eē ꝑncipiati: mēſura ad terminationē ꝑncipioꝝ ſub eſſe ꝑncipiati terminato: ita ꝙ in iſta terminatione ſumať ⁊ termiatio in eſſe: ⁊ in operari: ⁊ in oībus alijs. ¶ Itē pōt aliter ſumi vt pro ꝑncipio ſumať ipſa natura ꝑncipioꝝ: ⁊ iclinatio: ⁊ q̄cq̄d aliud ad principia pertinet: ⁊ ꝓ medio ſumať ipſa forma ꝑncipiati: ⁊ pro vltimo ſumať cōparatio ipſiꝰ rei ad ea que ſunt extra reꝫ: ⁊ ſic ſumiť illa Aug. 83. qōnuꝫ: qō conſtat: qō diſcerniť: qō ꝯgruit. Cōſtat. n. res per ipſa ſua ꝑncipia diſcerniť per formā: cōgruit per cōparationeꝫ ad obiectum: ⁊ quaſi ſilr ſumunť iſta: modus: ſpēs: ordo: ita ꝙ modus ꝑtineat ad ꝑncipia termiata ſub eſſe ꝑncipiati: ſpēs ad formā: ordo ad cōparationē ad alterū: niſi ꝙ iſta ſunt abſtracta: ⁊ pma ſunt cōcreta: ⁊ quaſi ſilr accipiunť iſta: vnū: verū: bonū: vt vnitas rei ꝑtineat ad ſui determinationē ꝓut ex principijs cōſtituta eſt: ⁊ vitas ſm ꝙ hꝫ formā: ⁊ bonū ſm ꝙ ordinať ad finē. ¶ Itē etiā pōt ſumi ꝓ ꝑncipio tota res ſm ꝙ eſt ꝑfecta per formā: ⁊ pro medio vtus: ⁊ pro fine opatio: ⁊ ſic ſumeť illa diuiſio Dionyſij. Eſſentia: vtus: opatio. Et ſic pꝫ ꝙ ſm ꝙ perfectio rei pōt itelligi terminari ad diuerſa: ⁊ ſꝫ ꝙ vnū mēbrū pōt multa vel pauca icludere iueniť diuerſitas veſtigij in oībus: ſm vnā tamē rationē cōeꝫ ꝑncipiati: ⁊ medij: ⁊ finis aſſignatā.) Hec ille. ¶ Ex quibus dicta ꝯcluſio ſeqťr manifeſte. ſ. ꝙ partes veſtigij ſꝫ quācūqꝫ aſſignationē reducunť ad ternariū pythagoricū. ſ. ꝑncipiū: mediū: ⁊ finē. ¶ Secūda ꝯcluſio eſt ꝙ partes veſtigij aſſignati per illa tria vnū: bonū: veꝝ: differūt ab eo in quo tale veſtigiū reperiť. Iſta ꝯcluſio ꝓbať. qꝛ in oī re ꝓprie creata differt bonitas ab eo: cuius eſt: ⁊ ſilr veritas ſm rem: vnitas aūt differt a tali re ſm rōnē. igitur ille tres ꝑtes veſtigij differūt a re in q̄ reperiunť. Aſſumptū huiꝰ rōnis ꝓbať quo ad tres eiꝰ ꝑtes: ⁊ pmo quo ad primā. ſ. ꝙ in oī re que ꝓprie diciť creatura differat realr bonitas ⁊ bonū. Hāc eniꝫ ꝓbat ſcūs Tho. de veritate ꝑ tres doctores. ſ. Augm: Boetiū: ⁊ auctorē libri de cauſis: q oēs in hac ꝯclōne ꝯueniunt ꝙ. ſ. nihil citra pmū eſt bonū per eſſentiā: rō eūt Aug. ad ponēdū ꝙ ſolus deus eſt bonꝰ per eſſentiā: alia vero ſunt bona per ꝑticipationē talis eſt. (Naꝫ nihil dr̄ bonuꝫ ſimplr ⁊ abſolute: niſi perficiať in ſe ⁊ debito mō ſe habeat ad oīa: que ſunt extra illud: ad hoc aūt requirunť in creatis eſſentie ꝑncipia ⁊ accidentia ſupaddita qꝛ opatiōes qbus vnum alteri ꝯiungiť: ꝓgrediunť ab eſſentia mediantibꝰ vtutibꝰ eſſentie ſupadditis: vñ nullum creatū bonitateꝫ abſolute obtinet niſi ſm cōplemētū ⁊ ſꝫ ſubſtātialia ⁊ accidētalia ꝑncipia: q̄cq̄d ꝑfectiōis creatura hꝫ ex eſſentialibꝰ ꝑncipijs ⁊ accidētalibꝰ ſimť iunctis: hoc totū deꝰ hꝫ per vnū ſuū eſſe ſimplex cuiuſmodi eſſentia eſt ſapiētia: iuſtitia: fortitudo: ⁊ oīa que ſunt eētie ſupaddita: ⁊ iō ipſa abſoluta bonitas i deo eſt idē qō eſſentia eiꝰ: in nobis aūt cōſideranť ſm ea q̄ ſupadduntť eētie: ⁊ ꝓ tāto bonitas cōpleta vel abſoluta augeť ⁊ augmētať: ⁊ totalr auferť: nō aūt in deo: lꝫ in nobis ēt bonitas ſubſtātialis: que attēditur ſm eſſe ſubſtātiale ſemꝑ manet: ſed ſꝫ illud eē res dr̄ ens ſimpliciter: ⁊ bona ſm quid.) Ecce iſta rō eſt Augu. ſm ꝙ dicit in forma ſcūs Tho. Sed auctor libri de cauſis aſſignat aliā rōnē. (Bonitas eniꝫ eētialis nō attendiť ſm abſolutā ꝯſiderationē nāe: ſed ſm eē ipſius: humanitas eniꝫ nō hꝫ rōnē boni vel bonitatis: niſi inquantū eſſe hꝫ. Ipa aūt diuina nā vel eſſentia eſt ſuū eē: nā vero vel eſſentia creature nō eſt ſuū eſſe: ſed eſt eē participās ab alio: ⁊ ſic in deo eſt eē puruꝫ: qꝛ ipſe deus eſt ſuū eſſe ſubſiſtēs. In creatura aūt eſt eē participatū vľ receptū: vnde poſito ꝙ bonitas abſoluta diceretť de re creata ſm ſuū eſſe ſubāle: nihilominus adhuc haberet bonitatē participatā: ſicut ⁊ eſſe participatū: deꝰ aūt eſt bonitas per eētiā inquātū eius eētia eſt ſuū eē.) Ecce rōnē auctoris libri de cauſis ſm ꝙ ponit ſcūs Tho. Boetius vō in libro de hebdomadibꝰ aſſignat aliā rōnē. (Bonitas. n. hꝫ rōneꝫ cāe finalis: deus aūt hꝫ rōnē cāe finalis: cū ſit oium vltimꝰ finis: ſicut ⁊ ꝑncipiū. Ex quo opꝫ ꝙ nihil habeat rōneꝫ finis: niſi ſm ordinē ad cām pmā: qꝛ ſcđa cā nō iſluit in cauſatū niſi ſuppoſito

influxu

Pri:mꝰ modus aſſignanōis veſtigij

q. 22. arti. 5

Rō q̄ ſolꝰ deus ſit bonꝰ p eēntiā: alia vo p ꝑticipa. ratō Aug.

R. ſ auctoris li. de cau.

R. ſ Boeti.

influxu pme cāe: vnde ꝛ bonū qđ bꝫ rōnē finis nō pōt dici de creatura niſi pſuppoſito ordie creature ad creatorē. Dato igr̄ ꝙ creatura eſſet ſuum eſſe: ſicut ꝛ deus: adhuc tñ eſſe creature nō haberet rōnē boni: niſi pſuppoſito ordine ad creatorē: ꝛ pro tāto diceref̄ bona per participationē: ꝛ nō abſolute in eo qđ eſt: ſed eē diuinū qđ bꝫ rōnē boni nō pſuppoſito aliquo alio: bꝫ rōnē boni per ſeipſꝫ.) Hec ſunt v̄ba ſci Tho. vt ſupra. ❡ Eandem quoqꝫ ponit ſniam pma pte. q. 6. arti. 6°. Et p contra Gētiles cap. 38. ꝛ 39. ❡ Ex qb⁹ pꝫ pma pars ↄcluſionis. ſ. ꝙ in omni re ꝓprie creata differt bonitas ei⁹ ab

Prob⁹ ſcđe pars ↄclonis. ſ. ꝙ creatura nō ē vera formalr̄ p ſuam eēntiā. Ueritas triplex.

ipſa re: que ꝓprie dr̄ bona. Secundā vero partē eiuſdē ↄclonis. ſ. ꝙ nulla res ꝓprie creata ſit vera formalr̄ ꝓprie per ſuā eēntiaꝫ ꝓbaf̄ per ſcm̄ Thomā in de veritate. q. i. arti. 4°. (Ueritas (inqt) ꝓprie inueni᷑ in itellectu diuino vel humano: ſic̄ ſanitas in aiali. In alijs aūt reb⁹ inueni᷑ veritas per relationē ad itellectū: ſicut ꝛ ſanitas dr̄ de qbuſdā alijs inquātū ſunt effectiua vel cōſeruatiua ſanitatis aialis. Eſt ergo in itellectu diuino veritas ꝓprie ꝛ pmo: in itellectu aūt humano ꝓprie: ſꝫ ſecūdario: in reb⁹ aūt iꝓprie ꝛ ſecūdario: qꝛ nō niſi in reſpectu ad alterā duaꝝ veritatū.) Hec ille. ❡ Et ſubdit. (Ueritas itellect⁹ diuini eſt vna tm̄: a qua in itellectu humano deriuanf̄ plures veritates: ſicut ab vna facie hominis reſultāt plures ſimilitudines i ſpeculo: ſic̄ dicit gloſa ſuper illud. Diminute ſunt veritates ꝛc̄. veritates aūt que in reb⁹ ſunt: plures ſunt ſicut ꝛ eoꝝ entitates: veritas aūt que dr̄ de reb⁹ in ↄparatione ad intellectū humanū: eſt reb⁹ quodāmō accidēs: qꝛ poſito ꝙ itellectus human⁹ nō eſſet nec eē poſſet: adhuc res in ſua eēntia permanerēt: ſed veritas que dr̄ de eis in cōparatiōe ad itellectū diuinū eas iſeꝑabilr̄ comitaf̄: cū nō poſſint ſubſiſtere: niſi per itellectū diuinum eas in eſſe ꝓducētē: per prius ēt ieſt veritas rei ↄparationeꝫ ad itellectum diuinū q̄ꝫ ad humanū: cū ad itellectū diuinum competur q̄ſi ad cām: ad humanum autē quodāmodo q̄ſi ad effectū: inquātum a rebus ſciētiā accipit: ſic ergo res aliq̄ pricipalius dicitur vera a veritate vel ordine ad veritatē itellect⁹ diuini q̄ꝫ humani. Si ḡ v̄itas accipiaf̄ ꝓprie dicta ſꝫ quā oia pncipalr̄ ſunt v̄a: ſic oia ſunt v̄a vna veritate diuini itellectus: ꝛ ſic loqt̄ Anſelmus libro ſuo de veritate. Si aūt accipiatur veritas ꝓprie dicta ſm quaꝫ res ſecūdario dicūtur vere: ſic ſunt plurium veroꝝ plures veritates: ꝛ ēt vnius rei plures veritates in animab⁹ diuerſis. Si autē accipiaf̄ veritas iꝓprie dicta ſm quaꝫ omnia dicunf̄ vera: ſic ſunt plurium verorū plures veritates: ſed vnus rei tm̄

Res de dr̄ a v̄itate extrinſeca.

vna veritas. Denominanf̄ aūt res vere a veritate: que eſt in itellectu diuino vel humano: ſicut denominaf̄ cibus ſanus a ſanitate: que eſt in aiali: ꝛ nō ſicut a forma inherēte: ſed a veritate q̄ eſt in ipſa re: que nihil aliud eſt q̄ꝫ entitas itellectui adequata: vl̄ itellectū ſibi adequās: ſicut a forma iherēte: ſicut denominaf̄ cib⁹ ſanus a q̄litate ſua a qua dr̄ ſanus.) Hec ille in forma. ❡ Ex qbus pꝫ quomodo cuiuſlibet creature eſt triplex veritas vel eſſe pōt. ſcđo quomodo veritas ꝓprie dicta qua res dr̄ vera: nō eſt in ipſa re extra itellectū: ſed in itellectu. 3° ꝙ aliqua veritas eſt accidēs ꝛ aliq̄ nō. ❡ Sciēdum enim ꝙ ſm ꝙ ponit idē doctor ibidē in reſpōſione ad primū. In oppoſitū: ꝛ ſilr̄ eadē. q. arti. p. Ueritas

pᵐ notabile. Ueritas ꝓpe in itellu humano.

ꝓprie dicta: que eſt itellectu: eſt quedā adequatio ꝛ cōueniētia itellectus ad rem: vnde ſm ꝙ ponit articu. 2°. eiuſdē q̄ōnis: ſm adequationē ad itellectū diuinū res dr̄ vera: inquātū replet hoc ad qđ eſt ordinata per itellectū diuinū: ſm adequationē aūt ad intellectū humanum res dr̄ vera: inquātum nata eſt de ſe formare veram eſtimationē. ❡ Sciēdūꝫ ēt ꝙ illa veritas que eſt in itellectu humano nō eſt ſolus reſpectus adequationis: ſed forma itellectus ſub tali reſpectu. ❡ Sciēdūꝫ etiā ꝙ adequatio que eſt in itellectu humano videtur

Reſpect⁹ adeq̄tiōis incluſus in v̄itate qđc.

eſſe quedā relatio realis terminata ad reꝫ: que adequatur cōceptioni itellectus: ex parte rei aūt eſt relatio rationis: ꝛ hoc itelligo ſi cognitio quā itellectus bꝫ de re quā comitaf̄ veritas ſit accepta a re ꝛ cāta ab ea: tūc. n. cognitio illa depēdet a re: ꝛ ideo ↄñr relatio erit realis ſed ſi cognitio itellectus nō cauſef̄ a re: ſed precedat eā cuiuſmodi eſt cognitio artificis de domo fiēda: tūc relatio ex parte itellectus nō erit realis: ſed ex parte rei: ſi aūt loquamur de veritate que eſt in itellectu diuino dico: ꝙ illa adequatio eſt diuina eēntia ſm eē: tamē ſuperaddit reſpectū rōnis ad rem: que dr̄ vera: nec eſt niſi vna adeq̄tio itellectus diuini ad oēs res: vt pōit ſanctus Tho. ibidē artic. 4° ad ſeptimū in oppoſitum: tñ ex parte rerū ſunt multe adequationes vel cōformitates: qꝛ nō oia eodē modo ſibi adequanf̄: ꝛ forte relatio rerū actu exiſtētiū ad itellectuꝫ diuinū eſt relatio realis: nō tamē relatio rerū nō exiſtētiū. Ueritas etiā improprie dicta: licꝫ ſit ipſa rei entitas: tamen in ſua rōne dicit entitatē rei: ꝛ ſuꝑaddit ad itellectū habitudinem vt ponit ſanct⁹ Tho. eadē. q. arti. 8° vbi dicit ſic. (Ueritas dicta de lapide claudit in ſui rōne entitateꝫ lapidis: ꝛ ſuꝑaddit habitudinē ad intellectū: que cauſaf̄ ēt ex parte rei: cum habeat aliquid ſm qđ referri poſſit: ſed veritas dicta de cecitate nō icludit in ſeipſa priuationē: que eſt cecitas: ſed ſolū mō habitudinē cecitatis ad itellectū.) Et forte mēs ei⁹ eſt ꝙ ipſa rei entitas cū relatione ad itellectū dicaf̄ veritas vel ſolū ipſa entitas rei ſubſtans tali relationi adequationis. Sic igitur pꝫ ſcđa pars cōclōnis quā ponit ſilr̄ prima parte. q. 16. arti. p. 3° 6° ꝛ 8°. Itē p ſen. diſt. 8. q. 1. arti. 2°. Itē diſt. 19. q. 5. arti. p. Itē cōtra Gētiles libro p. ca. 60. ꝛ multis alijs locis. ❡ Nūc ꝓbatur cōcluſio quo ad tertiā partē. ſ. ꝙ

Unitas ſaltē roe differt ab eo cui⁹ eſt.

vnitas rei nihil addat poſitiuū ad eſſentiā rei: hāc eniꝫ ꝓbat ſanctus Tho. pma pte. q. xi. arti. p. (Si enim res per aliquid ſuperadditū eēt vna cū illud iterū ſit vnū: ſi iteruꝫ erit vnum per aliquid additū: eſſet abire i infinituꝫ: vnde ſtādum eſt in pmo. ſic ergo dicēdū eſt ꝙ vnum qđ cōuertitur cum ente nō addit rem aliquā ſuꝑa ens: ſed vnū qđ eſt principiuꝫ numeri addit aliqd ad genus pertinēs quātitatis.) Hec ille. ❡ Et ſi dicaf̄

Rōnis imaginatio.

ꝙ iſta ratio nō valꝫ: aut ſi valeat eodem modo ꝓbabitur ꝙ quelibet res ſit bona per eſſentiā: ꝛ nō per aliqd additum: qꝛ ſi ſit bonū per aliquid additum: queratur de illo an ſit bonuꝫ: ꝛ ſic vel erit ꝓceſſus in infinitū: vl̄ ſtandum fuit in primo. ❡ Ad hanc obiectioneꝫ reſpōdet ſanctus Thomas prima parte. q. 6. articu. 3° dicēs. (Or nō eſt ſimile: quia vnuꝫ nō importat rationē per-

Unūqđqꝫ eſt bo[m] p eēntiā nō aūt boni

fectionis: ſicut bonum: ſed indiuiſionis tantū: qđ vnicuiqꝫ rei competit ſm eſſentiam ſuam: ſimpliciuꝫ eni eſſentie indiuiſe ſunt actu ꝛ potentia: compoſitorū autem eſſentie ſunt indiuiſe ſm actum. ꝛ ideo oportet ꝙ quelibet res ſit vna ſm eſſentiam: non autem bona vt oſtenſum eſt.) Hec ille. ❡ Eandem ponit ſolutionem de veritate. q. 21. articu. 5°. ad ſeptimuꝫ vbi ait. (Unuꝫ qđ conuertitur cum ente dicitur ſm rationeꝫ negationis: quā addit ſuper ens: bonum autem nō addit negationeꝫ ſuꝑ ens: ſed eius ratio in poſitione ↄſiſtit: ꝛ ideo nō eſt ſimile.) ❡ Principalē autem cōcluſionem pro iſta parte. ſ. ꝙ vnum nihil addit ſupra ens ponit de potentia dei. q. 9. articu. 7°. Item pmo ſen. diſtin. 24. q. i.

articu.p̄mo ⁊ 3°. Item de veritate.q.i.artic.p̄mo. Et ſic ꝓbata eſt cōcluſio quo ad tres ſui partes principales. ¶ Tertia cōcluſio eſt.ꝙ bonitas ⁊ veritas rei create diſtinguūtur realiter: ⁊ bonum: ⁊ verū: ⁊ vnum diſtinguuntur ratione. Patz prima pars concluſionis ex pre dictis. nam veritas rei proprie dicta eſt in intellectu diuino vel humano: bonitas autē rei eſt formaliter in re ipſa: vt pz.6.metaphyſice. [T.cō.8.] Sed ſecūda pars cōcluſiōis probatur per ſanctū Thomā de veritate.q.i.articu.primo: vbi dicit: ꝙ hoc nomē bonum exprimit cōuenientiam entis ad appetitum: hoc autē nomē verum cōuenientiam ad intellectū. Et.q.2i.articu.p̄mo dicit. (Cū ens ſit id quod primo cadit in cōceptione intellectus: oportet ꝙ omne aliud nomē vel ſit enti ſynonimum: qđ de bono ⁊ vero dici nō poteſt: cum nō nugatorie dicatur ens bonū: vel addit ad minus aliquid ſm rationem: ⁊ ſic oportet ꝙ bonuz ⁊ verum: cum nō cōtrahāt ens: addant ſuper ens aliquid qđ ſit rationis tātū: illud autem qđ eſt rationis tātuz: nō poteſt eſſe niſi negatio vel relatio: ſic ergo ſupra ens addit vnum negationez: dicitur enim vnuz quaſi ens indiuiſum: ſed veruz ⁊ bonum poſitiue dicūtur: vnde nō poſſunt addere niſi relationez rationis: illa autē relatio ſz p̄hm 5° metaphyſice [T.c.20.] dicitur eſſe rationis tm̄: ſm quā dicitur referri illō quod nō dependet ad id ad quod refertur: ſed econuerſo: cum ipſa relatio ſit quedaz dependētia: ſicut patz in ſciētia ⁊ ſcibili: ſcientia enim depēdet a ſcibili: ſed non ecōtra. vnde relatio qua ſcientia refertur ad ſcibile eſt realis: relatio vero qua ſcibile refertur ad ſcientias eſt rationis tātuz: dicitur enim ſcibile relatiuuz ſm p̄hm nō quia ipſum referat̄: ſed qꝛ aliud refertur ad ipſum: ⁊ ita eſt in omnib⁹ alijs: que ſe habent vt mēſura ⁊ mēſuratum: vel perfectiuz ⁊ perfectibile: oportet igitur ꝙ verum ⁊ bonuz ſuper intellectū entis addant reſpectū perfectiui. [Duo in quolibz ente cōſideranda ſunt.] In quolibet autē ente eſt duo cōſiderare.ſ. rationē ſpeciei ⁊ eſſe ipſum: quo aliquid in ſpē illa ſubſiſtat: ⁊ ſic aliquod ens poteſt eē perfectiuū dupliciter. Uno modo ſm rationē ſpeciei tm̄: ⁊ ſic ab ente perficitur itellectus: qui recipit rationem entis: nec tamē ens eſt in eo ſm eſſe naturale: ⁊ ideo hunc modū perficiendi addit verū ſupra ens: verū enim eſt in mēte: vt p̄hs [T.cō.8.] dicit 6° metaphyſice: ⁊ vnūquodqꝫ ens intātuz dicitur veruz: inquātum cōformatū eſt: vel cōformabile itellectui: ⁊ ideo omnes recte diffiniētes veruz ponunt in eius diffinitione itellectū. Alio modo ens eſt perfectiuum alterius: nō ſolum ſm rationē ſpēi: ſed etiam ſz eſſe qđ habet in rerū natura: ⁊ per hunc modū eſt perfectiſſimuz bonū: bonū enim in rebus eſt: vt p̄hus dic̄ [T.cō.8.] 6° metaphyſice. Inquātum autē vnū ens eſt perfectiuum alterius ſm ſuū eſſe: ⁊ cōſeruatiuū habet rationē finis: reſpectu illius. qđ ab eo ꝑficitur: ⁊ inde eſt ꝙ oēs recte diffiniētes bonum ponūt in ratione eius aliquid [p° ethi.lec. ⁊ cap.p.] qđ pertinet ad habitudinē finis: vnde p̄hs dicit: ꝙ bonum optime diffinierunt dicētes: qđ bonum eſt qđ oīa appetunt: ſic ergo primo ⁊ principaliter dicitur bonuz ens perfectiuū alterius per modū finis. Sed ſcđo dicitur bonuz qđ eſt ductiuū ad finem: pro vt vtile dicitur bonū vel qđ natuz eſt conſequi finem: ſicut ⁊ ſanuz dicitur nō ſolum habens ſanitatem: ſed perficiens ⁊ conſeruans eam.) Hec ille. ¶ Et artic.3° eiuſdem q̄ōnis dicit. (Cum verū ſit perfectiuū alicuius ſm rationem ſpēi: bonuz autē nō ſolum ſm rationē ſpeciei: ſed etiaz ſm eſſe qđ habet in re: ⁊ ita plura includit in ſe rō boni q̄ꝫ ratio veri: ⁊ ſe habet quodāmodo per additionez ad illā: ⁊ ſic bonuz preſupponit verū: veruz autem preſupponit vnū: cum ratio veri ex apprehenſione intellectus perficiatur: vnūquodqꝫ autez eſt intelligibile inquātum eſt vnū: qui enim nō intelligit vnū nihil itelligit: vt dicitur 4° metaphyſice.) Hec ille. [T.cō.6.] ¶ Sciēdū tamē ꝙ prima parte.q.5.arti.p̄.dicit ꝙ ratio boni in hoc cōſiſtit ꝙ aliquid ſit appetibile. ¶ Quarta concluſio principalis eſt iſta: ꝙ modus: ſpēs: ⁊ ordo: penes q̄ attēditur alia aſſignatio veſtigij: nō ſunt idem inter ſe: nec cū illo cuius ſunt. Iſta cōcluſio ponitur a ſancto Tho. de veritate.q.2i.arti.6°. vbi oſtendit quomodo illa ſe habent ad rationē boni. ſic ergo dicit. (Ratio boni reſpectuz implicat: nō quia ipſum nomē boni ſignificet ipſum reſpectū ſolū: ſed quia ſignificat illud ad quod ſequitur reſpectus cū ipſo reſpectu: reſpectus autē importatus in nomine boni eſt habitudo ꝑfectiui: ſm qđ natum eſt aliquid perficere: nō ſolum ſm rationē ſpēi: ſed etiaz ſm eſſe: hoc enim modo finis perficit ea que ſunt ad finez.) Hoc autē dicit ſanctus Tho.ſ.ꝙ bonū perficit nō ſolum ſm rationē ſpēi: ſed etiaz ſm eſſe: qꝛ ſm eum eadez.q.articu.p̄mo. (Aliquid perficit aliud quādoqꝫ ſm rationē ſpēi: ⁊ nō ſm eſſe naturale illius: res enim iſto modo perficiunt intellectū: ⁊ hūc modū perficiendi addit verū ſupra ens: ſed bonū addit rōnē perfectiui ſz vtrūqꝫ.) Tunc rōcinādo vbi ſupra. (Cū autē creature nō ſint ſuū eſſe: opꝫ ꝙ habeāt eſſe eis inſertuz: ⁊ per hoc eſſe earū eſt finitū ⁊ terminatū ꝑ mēſuram eius in quo recipitur. ſic ergo inter iſta tria que Aug. ponit vltimū.ſ. ordo eſt reſpectus quē nomē boni importat: ſed alia duo.ſ. ſpēs ⁊ modus cauſant illuz reſpectū: ſpēs eniz pertinet ad ipſam rationez ſpēi: que quidē ſm ꝙ in aliquo habꝫ eſſe: recipitur ſm aliquez modū determinatuz: cum omne qđ eſt in aliquo ſit in eo per modū recipiētis: ita igitur vnūquodqꝫ bonū inquantū eſt perfectiuū ſm rationē ſpēi ⁊ eſſe ſimul habet modū: ſpēm: ⁊ ordinē: ſpēm quidē quantuz ad rationē ipſam: modū autē quantū ad eſſe: ordinē autez quātum ad ipſaz habitudinē perfecti.) Hec ille in forma. ¶ Ex quib⁹ pꝫ ꝙ modus: ſpēs: ⁊ ordo: realiter diſtinguūtur: cum ordo qui eſt reſpectus nō ſit ipſum eē: qꝛ importat modus cum quadaz terminatione: que ēt eſt relatio vl̄ negatio: nec ſit ipſa rei ſpēs. In creatis.n. eſſe differt ab eo qđ eſt eſſentia: ⁊ abſolutuz differt a relatione: ⁊ indiuiduū addit ſupra ſpēm: vnde ſequit̄ ꝙ illa tria diſtinguūtur ab eo cuiuſmodi ſunt ſaltem modus: ⁊ ordo: cū res nō ſit ſua relatio nec ſuū eſſe: de ſpē autez dico: ꝙ cū ipſa ſit bona aliquod bonuz eſt cuius ſpēs non diſtinguitur ab eo.ſ. ipſamet natura cui attribuitur eſſe ſpēm: vel ſi ſpēs capiatur pro forma in tali bono: licꝫ modus: ⁊ ordo: ab eo diſtinguātur: nō tamē forma: que eſt tale bonū: ſed qꝛ abſolute bonum eſt qđ ſubſiſtit in eſſe ſuo perfectū per eſſentialia ⁊ accidentalia: ⁊ omne tale eſt ſuppoſitum ⁊ ſignificatum in rebus ꝯpoſitis ⁊ materialib⁹: qđ differt a ſua natura ⁊ forma ⁊ forte etiā in creaturis ſpūalib⁹. [Dſūt realr ⁊ nō ſm qd.] Ideo dico ꝙ illa tria realiter differunt ab illo cuius ſunt: qđ dicitur abſolute bonū: ⁊ nō ſolum ſm quid. Eandē cōcluſionē tenet ſanctus Tho. prima parte.q.5.artic.5°. dicēs: ꝙ modus importat cōmenſurationē principiorū efficientium ſeu materialiuz ipſius rei ad rem ipſam: ſpēs autem dicit ipſam formā rei: ordo autē dicit inclinationē in finez. Iſta autē tria ſunt de ratione boni creati: nō autez de ratione bōi icreati: ſm ꝙ ipſe dicit.q.6.arti.p̄.in reſpōſione ad primū. Dicit enim ꝙ modus: ſpēs: ⁊ ordo: nō [Sunt in deo ſicut in cā.] ſunt in deo niſi ſicut in cauſa: ad ipm eniz ſpectat alijs imponere ſpēm: modū: ⁊ ordinē: ⁊ iſta expoſitio illorū

trium videtur quãtũ ad primũ differre ab alia ſupra/
dicta. Ibi enĩ dicitur modus ipſum eſſe rei limitatũ
vel limitatio ipſius eſſe: hic autẽ dicitur modus cõmẽ/
ſuratio principiorũ ad rem principiatã. Similr videt
eſſe differẽtia quãtũ ad tertiũ: ibidem .n. dicit: ordo re
ſpectus perfecti: hic autẽ iclinatio in finem: ſed quo ad
ſecũdã partẽ veſtigij nõ eſt differẽtia inter illã expoſi
tionẽ & iſtam: primo autẽ ſen. dicit: q ordo ſignificat cõ
parationẽ ad alterũ: modus autẽ determinationẽ prin/
cipiorũ ſub eſſe principiati: ſpẽs autem ipſam formã: ſz
ſm quãlibet iſtarũ expoſitionũ tres partes veſtigij ad
inuicẽ diſtinguũtur: qz due dicũt reſpectũ vel rem ſub
reſpectu .ſ. modus & ordo. Alia vero dicit abſolutũ: & ſic
ſm vtrũq; cõcluſio remanet in ſua veritate. ❡ Quin
ta cõcluſio eſt. q ſubſtãtia: virtus: & operatio penes que
attẽditur alia aſſignatio veſtigij abinuicem realiter di/
ſtinguũtur & duo eorũ diſtinguũtur ab eo cuius ſunt.
Qz enim in omni creato diſtinguat virtus a ſubſtãtia
rei probat ſctũs Tho. prima parte. q. 54. arti. 3° vbi ſic ait.
Nec in angelo nec in aliqua creatura vtus vel potẽtia
operatiua eſt idẽ qd ſua eſſentia: qd ſic pz. (Cũ enim potẽ
tia dicat ad actũ: opz q ſm diuerſitatẽ actuũ: ſit diuer
ſitas potẽtiarum propter qd dicitur q proprius actus corre
ſpondet proprie potẽtie: in omni creato differt eſſentia
a ſuo eẽ & cõparatur ad ipſum: ſicut potẽtia ad actũ: vt
pz ex ſupradictis: actus aũt ad quem cõparatur potẽtia
operatiua: eſt operatio. In angelo aũt nõ eſt idem itelli
gere & eſſe: nec aliqua alia operatio: aut in ipſo: aut in ali/
quo creato eſt idẽ qd eſſentia eius. ergo eſſentia angeli
nõ eſt eius potẽtia itellectiua: nec alicuius creati eſſentia
eſt eius potẽtia operatiua.) Hec ille. ❡ Ex qbus pz: q
in nulla creatura ſunt idẽ ſubſtãtia eius: & virtus eius.
(Qz aũt in nullo creato ſint idẽ ſubſtãtia & operatio eius
probat ſanctus Tho. eadẽ. q. arti. primo. vbi ſic dic. (Nec
angeli nec alterius creature ſua actio eſt eius ſubſtantia
actio enim eſt proprie actualitas ſubſtãtie vel eſſentie.
Impoſſibile eſt aũt q aliquid qd nõ eſt actus purus: ſz
habz aliquid de potẽtia admixtũ ſit ſua actualitas: qz
actualitas potẽtialitati repugnat: ſolus aũt deus eſt ac
tus purus: vnde in ſolo deo ſua ſubſtãtia eſt ſuum eſſe &
ſuũ agere.) Hec ille. ❡ Hoc idem aũt probat ibidem in
ſpẽali de operatione angeli: que eſt itelligere: vbi ſic ar/
guit. (Si itelligere angeli eſſet ſua ſubſtãtia oporteret
q itelligere angeli eſſet ſubſiſtẽs: itelligere autem ſubſi/
ſtens nõ põt eſſe niſi vnũ: ſicut nec aliquod abſtractum
ſubſiſtẽs: vnde ſubſtãtia vnius angeli nõ diſtiguet neq;
a ſubſtãtia dei: que eſt ipſum itelligere ſubſiſtẽs: neq;
a ſubſtãtia alterius angeli: ſi enim angelus eſſet ſuũ itelli
gere nõ poſſent eſſe gradus in itelligẽdo perfectius & mi
nus perfecte: cũ hoc contingat propter diuerſam participa
tionẽ ipſius itelligere.) Hec ille. ❡ Ex qbus pz: q in nul
la creatura ſunt idẽ realiter operatio & ſubſtãtia eiuſdem
rei. Qz autẽ operatio diſtinguat a potẽtia: patz maniſe
ſte: qz actus differt a potẽtia que eſt ad illũ actum: ope
ratio aũt eſt actus vtutis & potẽtie. igit &c. Ex qbus oi/
bus pz: iſta tria veſtigiũ integrãtia abinuicem realiter
diſtingui: q aũt diſtinguantur ab eo in quo ſunt .ſ. a re
ſubſiſtẽte: in qua iueniunt: pz de potẽtia & operatione:
ſubſtãtia autẽ quãdoq; dicit ſuppoſitum: quãdoq; nũe/
rum vel qdditatẽ: & ideo vno mõ ſubſtãtia rei nõ diſtin
guit ab eo cuius eſt: qñq; autẽ diſtinguitur: & hoc in illis
in qbus qd qd eſt nõ eſt illud cuius eſt. vt pz. 7° meta.

[Margin notes, left:] Po° operatio & actus differt ab eẽntia cuius ẽ icreat. — Opõ & ſubſtãtia nõ ſunt idem icreatis. — Operatio a potẽtia diſtiguit. — T. c. 12.

Sed contra iſta arguit Aureolus preſertim cõ/
tra ſecundã cõcluſionẽ: probãdo q
veritas bonitas & hz: nõ diſtinguũtur ab eo in q ſunt.

[Margin note, left:] Aure. vbi ſupra arti. 4.

Et primo arguit ſic. Quelibz res ex quo cauſata eſt hz il
la tria: in qbus cõſiſtit veſtigiũ: & ideo ſi quodlz iſtorum
eſt res diſtincta procedit in infinitũ: qz qdlibz habebit il/
la tria in ſe. ❡ Secũdo. qz abſq; cõtradictiõe deus põt
ſubſtãtiã omni accidẽte ſpoliare: & cũ cõſtet q adhuc
remanet creatura ſeqtur q ea ſit veſtigium trinitatis.
❡ Tertio. qz quelibz ſubſtãtia per eſſentiã ſuã eſt vna
& per eſſentiã ſuã itelligitur: & ideo per eſſentiã ſuam eſt
vera & ſpẽm hz: per eſſentiã ſuã: etiã eſt diligibilis & or/
dinata ad aliqd: & ideo bona & ordinẽ tenẽs. ❡ Quar/
to ſic. ſpẽaliter q bonitas rei nõ ſit aliquid ab entitate
rei. Si enim bonitas eſt alia res ab entitate vel abſolu/
ta vel reſpectiua: tunc itellectus itelligit vel cõcipit en
titatẽ: put df eſſe quoddã bonum cũ vt ſic ſit cõplacẽs
& amabilis diuine volũtati: que in omni ente cõplacz:
vt ſic etiã eſt ens cum ens & bonũ cõuertãtur ſm ſuppo/
ſita: relinquit ergo q talis res eſt bona ſine bõitate: vt
diſtinguitur ab eadẽ. Idẽ etiã habet ſi ponantur diſtin
gui ratione ab itellectu fabricata: quoniã tunc volũtas
amabit rationẽ illius ſine bonitate: eſt enim verũ quod/
dam amabile per ſe itellectum. ❡ Quinto probatur ſpẽ/
liter q veritas nõ diſtinguat ab entitate rei: aut enim
diſtinguitur realiter: aut ſolũ ratione: ſi realiter. Cõtra
qz ſi veritas ſit res abſoluta diſtincta a lapideitate: ali
quid erit verũ ſine veritate: cõſtat enim q itellectus rẽ
entitatis diſtinguit cõtra rem veritatis: & ſic entitatẽ conci
pit vt quoddã diſtictũ a veritate. Omne aũt qd diſtin
cte cõcipitur verũ eſt. ergo entitas eſt vera ſine verita
te: vt diſtinguit ab ea. Si dicat q diſtinguunt rõne idẽ
ſeqt. qm itellectus diſtiguẽdo rõnẽ veritatis a rõne entitatis
itelliget rõnẽ entitatis ſine vitate. ❡ Cõtra 3am cõnẽ ar/
guit probãdo q bonitas nullo modo diſtinguat a veri
tate: etiã ſm rationẽ: qz tunc itellectus itelligit bonita
tẽ abſq; veritate: & cũ itelligibile ſit verum: & oẽ amabile
ſit bonũ: bonitas erit vera abſq; veritate: qz itellectus
itelliget bonitatẽ: vt diſtinguit a veritate: & ſilr veritas
erit bona: ſine bonitate: qz voluntas amabit rõnẽ veri
tatis: vt diſtinguit a bonitate: & ſic pz q iſta nõ poſſũt
diſtingui nec ſm rem nec ſm rõnẽ. ❡ Secũdo ſic. Il
la que ſic ſe hñt q vnũqdq; eorum ieſt omni rei & omni
rõni per ſe: & pciſe ſumpte nõ differũt re aut rõne iter
ſe nec a qcũq; re aut rõne. Nã ſi differũt nõ ois rõ pre
ciſe ſũpta habebit illã: ſed de oi re pciſe ſumpta verum ẽ:
q eſt aliqd: & q eſt aliqd verum & q ẽ aliqd bonũ & aliqd
vnũ: iuxta illud Cõmẽta. 4° meta. dicẽtis q hoc nomẽ
eẽ & vnũ ſignt imediate: qd eſt in vnoqq; predicamẽtorum.
ergo verum bonũ ens & vnũ nullã diſtinctiõem habẽt iter ſe:
nec realẽ nec formalem nec ſm rõnẽ. ❡ Tertio arguit
ſpẽaliter: q verum & bonũ nõ diſtinguant rõne cõparãte
rem ad itellectum vel voluntatẽ. tũ qz bonum & malum
ſunt in rebus circũſcripto omni actu itellectus: vt dicit
phus 6°. metaphyſice. tũ qz bonum & perfectũ idẽ ſunt:
res autẽ ſunt perfecte circũſcripto omni actu itellectus.
tũ qz bonum eſt qd amatur & appetitur: terra autẽ appe
tit centrũ tãq; ſibi bonũ circũſcripto actu itellectus. tum
qz verũ eſt manifeſtatiuũ itellectus: ergo veritas pce/
dit oẽm actũ itellectus. ❡ Secũdo arguit cõtra aliud
dictũ in eadẽ cõcluſione .ſ. q rõ boni ſit rõ appetibilis
Primo ſic. ab oibus ponitur bonũ eſſe obiectũ volun/
tatis: ſicut color viſus. tũc ſic. Illa rõ que cõuenit alicui
in ſecũdo mõ dicẽdi per ſe & nõ in primo nõ eſt rõ itra/
nea formalis illius. Pz. qz illud qd eſt rõ formalis itra/
nea alicuius eſt in primo mõ: cũ ſit de p ſe: de itellectu eius:
& cadit in diffõne eius: illa aũt rõ que eſt in ſcdo mõ nõ
eſt de per ſe de intellectu: imo in diffõne talis rõnis ca

[Margin notes, right:] Utrum bonitas a vitate etiã realiter & ratiõe diſtĩ. — Cap. 5. — Utrum verum & bonũ rõe diſtinguant. — T. cõ. 6. — Utrum rõ boni ſit rõ appetibilis.

T.c.9. dit retectiua eſt rõ:vt pʒ ꝑ poſterioꝝ. ſʒ rõ appetibilis bono cõuenit ſcđo mõ dicẽdi ꝑ ſe ⁊ nõ primo mõ:qꝛ ſm
T.cõ.66. phʒ.2°. de aĩa rõ denominãs obiectũ ſm reſpectuʒ ad potẽtiã ⁊ ad actum potẽtie: vt viſibile coloreʒ ꝯuenit in ſcđo mõ:⁊ nõ in ꝑ:vñ Cõmẽta.in cõmẽto.66. dicꝫ:ꝙ dicere ꝙ color eſt ꝑ ſe viſibile eſt dicere ꝑ ſe nõ ſʒ primã intẽtionẽ:de quo dr̃ illud qđ eſt eſſentialr̃:⁊ ẽ modus in quo ꝑdicat̃ eſt ibi ſuba ſubiecti ⁊ ſm intẽtioneʒ ſcđaʒ:⁊ eſt illud in quo ſubiectuʒ eſt in diffõne ꝑdicati: color.n.eſt vt res viſibilis ſit:igit̃ appetibile nõ eſt formalis ⁊ itranea rõ boni.¶ Scđo ad idẽ.Obiectũ precedit actũ potẽtie ⁊ relationẽ ꝯſequẽtẽ actũ: ſed bonũ eſt obiectũ volũtatis.ergo precedit actũ:⁊ illud qđ ſeqtur actũ.ſ.reſpectuʒ appetibilis.ſ.eſſe appetibile.nã bonum nõ dicit ordinẽ ad voluntatẽ:niſi qꝛ voluntas ad
T.cõ.16. bonũ dr̃:vt pʒ 5° metaphyſice.ergo ordo quẽ dicit bonum ad voluntatẽ.ſ.eſſe appetibile cõſequit̃ rõnẽ boni:⁊ per ꝯñs nõ eſt de per ſe itellectu eius cuʒ inaſcat̃ ex relatione:que eſt potẽtie ad obiectuʒ mediãte actu. ¶ Tertio ad idẽ.Illud qđ reſoluit̃ vt in cãm ⁊ rõneʒ ſui:nõ eſt de per ſe itellectu eius in qđ reſoluit̃ hoc pʒ ex quo reſoluit̃ in illud:vt in cãm ⁊ rõnẽ ſui eſt illo poſterius.Vñ Cõmẽtator vbi ſupra dicit:ꝙ pro tãto viſibile nõ eſt de eſſentiali itellectu coloris:qꝛ color eſt cã vt res ſit viſibilis:ideo.n.res eſt viſibilis:qꝛ color ⁊ nõ ecõtra:ſed eſſe appetibile reſoluit̃:vt in cãm ⁊ rõnem ſui in bonũ:nõ.n.ideo aliqd eſt bonũ:qꝛ appetibile: ſʒ ideo appetibile:qꝛ bonũ vel apparẽs bonũ:vt patʒ per
Cap.ꝑ. Cap.3°. phm 3°. ethicoꝝ ⁊ 8° ethicoꝝ reſoluit diſtictionẽ amicitie ad amabilia:amabilia võ reſoluit in bonũ honeſti delectabilis ⁊ vtilis.ergo appetibile nõ eſt formalis ⁊ itranea rõ boni.¶ Quarto ad idẽ.Nullus reſpectus dicit ꝑfectionẽ ſimplr̃:ſed bonũ dicit perfectionẽ ſimplr̃:ſm Anſel.monol.cap.5°.igitur bonum dicit reſpectuʒ.Iſte ſunt rõnes Guidonis de Carmelo in q̃lʒ. ¶ Arguit etiã ſic Aureolus 2° ſen.diſt.34.ꝑ qm̃ rõ boni eſt rõ abſoluta:alias deꝰ nõ eſſet ad ſe bonꝰ. ergo ſequitur ꝙ rõ boni nõ eſt ratio appetibilis cuʒ importet reſpectũ.¶ Secũdo ad idẽ arguit Aureolus ⁊ in hac rõne ꝑncipalr̃ ſe fundat.Ratio boni eſt motiua appetitus:rõ aũt appetibilis eſt rõ reſpectiua: relatio auteʒ nõ mouet appetitũ:vnde rõ appetibilis eſt in ſcđo mõ dicẽdi per ſe non in ꝑmo modo:vt verbi grã viſibilitas nõ eſt rõ obiectiua potẽtie viſiue: ſed coloritas: vt dic̃
T.c.66. Ar.in 2° de aĩa.ꝙ color eſt viſibilis in ſcđo mõ dicendi per ſe:⁊ iõ ſi ſic diffiniat̃ color:dicẽdo color eſt viſibi
3° loco ꝯ 3ᵒᵐ ꝯclũe. Vtꝫ bonũ habeat rõnẽ finis ꝑ° ꝙ non guido vbi.ſ. lis diffinit̃ a poſteriori:ſic ĩ ꝓpoſito.¶ Vlteriꝰ arguit Guido ꝑdictus ꝯ aliud dictũ in eadẽ q̃ne.ſ.ꝙ bonũ hʒ rõnẽ finis.Prio ſic.Poſteriꝰ nõ eſt de ꝑ ſe ꝑ itellectu ꝑoris:nec ꝑ ꝯñs eiꝰ formalis ⁊ intranea rõ:ſed rõ boni eſt prior rõne finis qꝛ ratio boni imediatius cõſequit̃ rõnẽ entis q̃ʒ rõ finis:bonũ.n.ꝯuertit̃ cũ ente ⁊ equalr̃ dr̃ enti:vt pʒ ꝑmo ethicoꝝ.ens aũt ⁊ finis nõ cõuertũ
Cap.7. tur.Vnde ſm Auicẽnã bonũ ⁊ vnũ ſunt de ꝑmis cõſequẽtibꝰ entis.ergo finis nõ eſt itranea rõ boni.¶ Secundo ad idẽ.Illud qđ predicat̃ de aliqbus pluribꝰ primo ⁊ per ſe nullũ illoꝝ eſt de itellectu ꝑmo:⁊ ꝑ ſe illiꝰ qđ taliter ꝑdicat̃.Patʒ iſta:qꝛ tale predicatũ cõparat̃ ad illa plura vt ſuperiꝰ ad iferiora:iferius aũt non eſt de per ſe itellectu ſuperioris:imo ecõuerſo: ſed bonum ꝑmo ⁊ ꝑ ſe ꝑdicat̃ de fine:⁊ de hiis que ſunt ad fineʒ:⁊ de cã agẽte:formali:⁊ mãli:⁊ finali:vñ ſicut quodlibet iſtoꝝ eſt ens ſic ⁊ bonũ.ergo finis nõ eſt de ꝑmo ⁊ ꝑ ſe
Lcẽ.2. Cap.ꝑ°. itellectu:⁊ per ꝯñs nec formalis itranea rõ boni: vnde phs ꝑmo ethicoꝝ.cuʒ deſcribit bonũ per hoc ꝙ eſt finis.ſ.ꝙ ſui grã eſt eligibile:vidẽs ꝙ bonũ nõ dr̃ ſolum de fine:ſed etiam de alijs ſubdit:⁊ factiuum aut cõſeruatiuuʒ horũ:⁊ ad qđ ſequuntur talia ⁊ ꝓhibitiua contrarioꝝ ⁊ corruptiua:quaſi velit dicere:ꝙ bonũ nõ ſolum dr̃ de fine: ſed ẽt de oĩbus que ſunt ad finẽ.

Ad primum cõtra ſcđam cõcluſionẽ negat̃ maior.Nõ eniʒ opʒ ꝙ in quolibet reperiatur veſtigiũ trinitatis niſi in rebꝰ ſubſiſtentibꝰ:vt priꝰ dicebat̃:⁊ iſtã reſpõſionẽ dat ſcũs Tho.ad q.z.arti.z.
iſtud argumẽtũ ꝑma pte.q.45.arti.7°. ad 2ᵐ.Et ꝑ ſen. diſt.3.q.2.arti.3°. ¶ Ad ſcđm dico:ꝙ ſm ſcm̃ Tho.de vitate.q.21.arti.6°.(Cũ in iſtis tribꝰ rõ boni ꝯſiſtat mõ ſpẽ:⁊ ordine:nõ potuit a deo fieri:ꝙ aliqd eſſet bonuʒ nõ habẽs modũ:ſpẽʒ:⁊ ordinẽ:ſicut ab eo fieri non potuit:ꝙ eẽt aliqs hõ q nõ eſſet rõnalis.)Hec ille.¶ Et Nõ põt eſſe ſba creata ſine q̃cũqʒ accidente ẽt de potẽtia dei.
ideo nego maiorẽ.ſ.ꝙ deꝰ põt oẽm ſubſtantiã ſpoliare quocũqʒ accidẽte ꝑſertim reſpectiuo:vñ non põt facere:ꝙ eẽt lapis qui realr̃ depẽderet a deo:⁊ illa depẽdentia eẽt accidẽs lapidis.Eodẽ mõ dico ꝙ ordo q eſt accidẽs cõſequit̃ neceſſario creaturaʒ ipſa poſita in eſſe: vel ſi ꝯcedat̃ ꝙ aliqua ſuba eſſet quolibʒ accidẽte ſpoliata:adhuc haberet modũ:ſpẽʒ:⁊ ordinẽ:nã modus:⁊ ſpẽs ſubſtãtie nõ neceſſario ſũt accidẽtia:ordo aũt eẽt reſpectꝰ habitualis nõ actualis.nã ſcũs Tho. ponit ta- R eſpectꝰ habitualis non ꝑſuppõit creaturam ſicut actualis.
les reſpectꝰ habituales:vt pʒ de vitate.q.4.artic.5° ad ꝑmũ.¶ Ad tertiũ negat̃ ꝙ quelibʒ creatura ſit vã formaliter ⁊ ꝓprie per ſuã eſſentiã:nec valʒ ꝓbatio. naʒ tã añs q̃ʒ ꝯñs falſa ſunt:nec eniʒ res per eſſentiã eſt itelligibilis formalr̃:ſed per reſpectũ itelligẽtis:nec ꝑ eẽntiã eſt vera formalr̃:ſed per reſpectũ ad itellectũ: cõcedi tamẽ põt ꝙ per eſſentiã eſt vera ⁊ itelligibilis ſi ly: per:dicat ꝑᵐ quo aliquid eſt verũ vel itelligibile:hoc.n. Q̃do aliqd dicat̃ verũ ⁊ itelligibile ꝑ eẽntiã ⁊ qñ non.
ditatis rei. ¶ Cõfirmat̃ vlteriꝰ: qꝛ phs eodẽ libro dic̃. (Qꝛ ſi neqȝ vna ſubſtãtia eſt ex ſubſtãtijs: in potentia eſſet ſubſtãtia oĩo: q̃re neqȝ rõ vtiqȝ eſſet neqȝ vnius ſubſtãtie.) Ecce ꝙ phs iferꝫ: ꝙ ſi oĩs ſubſtãtia erit ſimplex nullius ſubſtãtie eſſet diffinitio: q̃ ꝯñia ſuper hoc fundat̃: ꝙ oẽ diffinibile eſt cõpoſitũ: vñ cõmentator ibidẽ cõmento. 50. ait. (Qꝛ oẽs eſtimauerũt ꝙ ſubſtãtie ſint cõpoſite: ex hoc ꝙ concedũt ꝙ diffinitiones ſignat cõpoſitũ:) pȝ igitur aᵒʳ predicte rõnis. Sȝ bᵒʳ pro
T. cõ. 4.
bat: qꝛ vt pȝ ex eodẽ 7º. ad diffinitionẽ ſufficit genus ꝛ differentia cum ergo omnis ſpecies habeat genus ꝛ differentias: ſeqtur ꝙ q̃libȝ ſit diffinibilis. ¶ Nec obſtat: vt dicũt: ſi qs dicat ꝙ accñtia diffiniunt̃ ꝑ additamenta: qꝛ hoc nõ eſt qꝛ ſint ſimplicia: ſȝ ꝓpter eorum realem dependentiã eſſentialẽ ad ſubiectũ: ꝓpter quã diffiniunt̃ ꝑ ſubiectũ: ꝛ etiã qꝛ eorũ differentie nõ ſunt nobis note: qm̃ ſi eſſent nobis note: ita diffinirent̃ ſine addito ſicut ſubſtãtie. ¶ 6º. Qꝛ ſi h̃ nõ eſſet: hoc maxime videret̃ veꝝ de accidentibꝰ: q̃ vident̃ eſſe forme ſimplicis: ſed hoc falſum eſt: qđ pȝ. ¶ Tũ ꝑmo: qꝛ oĩs mutatio ꝑ ſe vna eſt ad terminũ per ſe vnũ: ſed dealbatio eſt per ſe vna mutatio vt pȝ. ergo eſt ad terminũ per ſe vnũ: ille aũt terminꝰ nõ eſt aliqua forma ſimplex: qꝛ illa nõ fit niſi ꝑ accñs: vt pȝ ex 5º. metaphiſice.
T. c. 9.
ergo eſt cõpoſitum per ſe de genere accñtis: ꝛ ſic poteſt argui de qualibet alia forma accidentali. ¶ Tum 2º. qꝛ ſimplicitas eſt ꝑfectio ſimpliciter ſm omnes. ergo quãto aliqđ ens eſt ſimplicius: tanto eſt ſimpliciter ꝑfectius: ꝛ per conſequens: ſi accñs nõ eſſet compoſituȝ ſed penitus ſimplex intrinſece: ipſum eſſet ſimpliciter perfectius ſubſtantia compoſita: qđ eſt falſuȝ. ¶ Tũ 3º. qꝛ idem eſt ſuſceptiuũ motus ꝛ termini motus: ſed dealbationis ſuꝑficies non eſt primũ ſuſceptiuũ: cum ſit actus ꝛ forma: motus autẽ eſt actus entis in potẽtia

ſm ꝙ

Utrum genus ⁊ dña ſumant a diuerſis realitatibus.

ſm q̄ eſt in potentia: quã ꝓpter oportet ſuſceptiuum eius eſſe potẽtiã: ſꝫ potentia receptiua alicuius rei eſt de genere illius rei: vt dicit cõmentator. 5°. phyſicoꝝ cõmento. 9. in fine igr̃. ¶ 2°. Quia genus ⁊ differẽtia ſemper ſumunt̃ a diuerſis realitatibus illius: qḋ eſt in tali genere: ⁊ hꝫ talẽ dñiã: qḋ pꝫ. ¶ Tum auctoritate Ariſto. 8°. metaphiſice dicẽtis. (Oportet rõnẽ .i. diffinitionẽ eſſe orationẽ longã: que ſignat aliqd de aliquo: ita q̄ opꝫ illud eſſe mãm: aliud vero formã.) ¶ Tum 2°. qꝛ ſi illa realitas: a qua accipit̃ genus: eſſet vere tota qdditas rei: ſolum genus cõplete diffiniret. ¶ Tuꝫ 3°. qꝛ genus ⁊ differẽtia nõ diffinirent: qꝛ ratio ex eis ꝯpoſita nõ indicaret primo idem diffinito: vnaqueqꝫ eniꝫ rõ eſt ſemel ipſa: ⁊ ideo illa rõ: que exprimeret eãꝫ bis nõ indicaret primo idẽ quidditati illius rei. ¶ Tũ 4°. qꝛ realitas: a qua ſumit̃ genus: eſt pncipiũ realis cõuenientie cum ſpecie illa: ⁊ realitas a qua ſumit̃ differentia eſt reale pncipium diſconuenientie ⁊ differentie: ſed nõ eſt poſſibile eandẽ realitatem eſſe pncipium realis cõuenientie: ⁊ realis dñe aliquorũ adinuicẽ. ergo alia eſt realitas: a qua ſumit̃ genus: ⁊ alia a qua ſumit̃ differentia. ¶ Tum 5°. qꝛ ſi non eſſent due tales realitates in diffinitione: ſemp cõmitteret̃ nugatio: qꝛ ideꝫ diceret̃ realiter per genus ⁊ differentiã. ¶ Nec valet ſi dicat̃: q̄ differunt penes modos: ſiue rõnes cõſiderandi. ſ. rõ determinabilis ⁊ determinatiui hoc inquã nõ valet: qꝛ tunc eſt nugatio qñ poſitis diffinitionib᷒ ꝓ rebus idẽ bis dr̃ ꝑmo periarmenias: ſꝫ poſitis rõnibus generis ⁊ differẽtie eadẽ bis diceret̃. ¶ Cõfirmat̃ qꝛ ſꝫ Ariſto. ꝑ periarmenias hic eſt nugatio: pedes habens bipes: ⁊ tñ eſt alia rõ cõcipiendi. ¶ Tum 6°. qꝛ dato q̄ intellect᷒ nũq̄ cõſideraret: tñ nã generis ex nã rei erit cõtrahibilis: ⁊ dña eſſet cõtrahens: ⁊ hoc ſꝫ eandem cõtractionẽ numero reſpectu euiſdem: ⁊ ſm idem: qꝛ ſm ꝓpriũ cõceptũ. ergo pter intellectũ diſtinguuntur. ¶ Tũ 7°. qꝛ cõcipiendo genus: aut ꝯcipit̃ aliqd rei in ſpẽ: aut nihil: ⁊ ſilr de dña: ſi nihil. ergo ſunt cõcept᷒ ficticij: ſi aliqd: aut idẽ: aut aliud in re. Si 2°. habet̃ ꝓpoſitũ. Si det̃ q̄ eadẽ realitas cõcipit̃: q̃ nata eſt formare diſtictos cõcept᷒. ſ. generis ⁊ differẽtie. ¶ Cõtra: qꝛ vnaqueqꝫ res nata eſt formare vnũ cõceptũ ſibi adequatũ: alias nõ eſſet vnum cognoſcibile: qꝛ nec vnico actu: ſed illũ formando videt̃ imutare intellectũ q̃ntuꝫ in ſe poſſibilis eſt imutare. ¶ Tum 8°. qꝛ lꝫ forte aliq̃ res poſſet imutare itellectũ ad diuerſos ꝯcept᷒: tñ hoc nõ videt̃ eſſe poſſibile: vbi obiectiue nata eſt res facere conceptus: ⁊ habitus in intellectu ita diuerſos ac ſi eſſent diuerſaꝝ rerũ: ſꝫ ſic eſt de genere ⁊ dña: vt pꝫ de geometria: ⁊ ꝑſpectiua. ¶ Tũ 9°. qꝛ obiecta pcedunt actus. ergo diſtinctio obiectoꝝ nõ eſt ꝑ act᷒: igit̃ cũ genus ⁊ differentia ꝯceptibiliter diſtinguãtur: illa diſtinctio ſupponit diſtinctionẽ porꝫ in obiectis cõceptis. ¶ Tum. 10. qꝛ ex nã rei ꝯcipiẽdo ꝯceptũ obiectiue: vt poſſibile cõcipi abſqꝫ actuali ꝯceptione: aut eſt idẽ cõceptus gñis ⁊ dñe: aut nõ. ſi nõ. hẽtur ꝓpoſitum. ſi ſic: aut eſt idẽ conceptui vnius dñe tñ: ⁊ tũc nõ ꝑdicabit̃ niſi de vna ſpẽ: aut cuiuſlibet dñe: ⁊ tũc vel tot erũt cõcept᷒ gñis: quot differentiaꝝ: vel ſi tñ vnus cõceptus gñis: ꝯcept᷒ differentiaꝝ erũt oĩo idẽ illi cõceptui: ⁊ ꝑ hoc inter ſe erũt idẽ oĩo. ¶ Tũ 11°. qꝛ tũc due viſiones intellectuales nõ poſſent eẽ reſpectu gñis ⁊ dñe: ꝓbat̃: qꝛ viſio nõ eſt niſi obiecti pmi realr̃ exiñs ⁊ pncipalr̃. ¶ Ex q̃ ſequit̃: q̄ itellect᷒ diuin᷒ nõ cognoſceret illa vt diſtincta obiectiue: niſi ponat̃ in eo cognitio abſtractiua: ⁊ tũc imꝑfecta. ¶ Tũ 12°. qꝛ ꝯcept᷒ gñis ⁊ dñe ſunt ꝑ diuerſi in nullo qdditatiue ꝯuenientes alſ dña iterũ differret ꝑ aliã dñam. ¶ Tũ 13°. qꝛ aliqd qdditatiue includit̃ in gñe: qḋ nõ includit̃ in dña: qꝛ gen᷒ ꝓximũ puta aĩal icludit oẽs differẽtias ſuperiores: ſed dña ꝓxima: puta rõnale nõ includit differentias pcedẽtes qdditatiue ⁊ formalr̃. alias in oĩ diffinitione ꝯpoſita ex genere ꝓximo ⁊ dña ꝓxima: vel vltima eẽt nugatio. ¶ Tũ 14°. qꝛ ſi inter realitatem gñis ⁊ realitatẽ dñe nõ erit diſtinctio ex nã rei an̄ ꝯſiderationẽ intellect᷒: tũc vbicũqꝫ realiter icluderet̃ cõceptus gñis: icluderet̃ cõcept᷒ dñe: ⁊ tũc aſinus includeret rõnale. ¶ Et ſic pꝫ ex iſtis: q̄ aſſũptũ dicti argumenti eſt verũ. ſ. q̄ genus ⁊ dña ſumunt̃ a diuerſis realitatib᷒: ⁊ ꝯñter q̄ oĩs ſpecies ꝯtenta ſub gñe includit plures realitates intrinſecas. ¶ Cõtra 2ᵃᵐ ꝑtem dicte ꝯclonis arguit Grego. de arimino. qꝛ dicere: q̄ oĩs res ꝯtẽta in gñe ſit terminata ⁊ finita in entitate: ⁊ ꝑfectione: eſt ad placitũ dictũ ⁊ ſine rõne: q̃uis enim inſtãtia dari nõ poſſit niſi in ꝓpoſito: qꝛ ſolũ deus eſt infinitus ſm ꝑfectionẽ: ipſa tamen nõ hꝫ neceſſariã apparentiã veritatis. qꝛ qḋ nõ tollit a re illḋ ꝓp qḋ ponit̃ ĩ aliquo predicamento nõ impedit illã eſſe in aliquo predicamento: infinitas aũt perfectionis nõ tollit a re qn ipſa ſit ens per ſe: ⁊ ꝑ ꝯñs qn ipſa ſit ſubſtãtia: imo tali rei maxime cõuenit eſſe per ſe ens: ⁊ nõ alio. ¶ Et ſi dicatur: q̄ Cõmẽtator dicit 2°. metaphiſice cõmento. 33°. (Genus differt a mã: qꝛ mã dicit potẽtiã purã: genus aũt dicit formã mediã inter potentiã ⁊ actũ: act᷒ autẽ receptus a potentia cõtrahit̃ ad determinatã ꝑfectionẽ.) ¶ Nõ valet hoc ſiqdẽ. ¶ Tũ pmo: qꝛ illud eſt ꝯtra te: qui nõ ponis plures formas ſubſtantiales in eodẽ: ⁊ per ꝯñs fingere nõ potes: q̃ ſit illa forma media iter potentiã ⁊ actũ. ¶ Tum 2°. qꝛ ſi eſſent plures forme: adhuc genus totũ ſignaret: ⁊ nõ tñ ꝑtẽ: ⁊ ꝑ ꝯñs ita ſignat vltimã: ſicut mediã. ¶ Tum 3°. qꝛ in ſubſtantijs creatis abſtractis: ⁊ in qualitatib᷒: q̃ oẽs ſunt in ꝑdicamentis ſꝫ te. ipoſſe eſt aſſignare talẽ formã mediam. ¶ Tuꝫ 4°. qꝛ illud dictũ nõ inducit̃ ad mentẽ cõmẽtatoris: vñ Cõmẽtator nõ dic̃: q̄ gen᷒ ſignificet formã mediã: ſꝫ dicit: q̄ gen᷒ eſt forma vlis: ⁊ poſt dicit: q̄ eſt vnũ in forma media inter potẽtiã ⁊ actũ: nec aliud intendit niſi q̄ gen᷒: qḋ iõ dr̃ forma: qꝛ eſt pars diffinitionis: ⁊ quelibꝫ pars diffõnis dr̃ forma 2°. phiſicoꝝ: aut qꝛ ipſum eſt predicabile de alio: ⁊ ꝑdicabile vel ꝑdicatum reſpectu ſubiecti dicit ſilitudineꝫ forme. Vñ frequẽter Cõmẽtator vocat ꝑdicatũ diſpõnẽ: ⁊ ſubiectũ diſpoſitũ: vt pꝫ. 12°. metaphiſice: dicit̃ võ forma media inter potentiã ⁊ actũ: qꝛ genus ſignat totã rem: ⁊ ꝑ ꝯñs magis diſtincte q̃ꝫ nomẽ ſignificãs preciſe mãm rei: q̃ nõ eſt res niſi in potẽtia pura: ⁊ qꝛ ipſuꝫ ſignat rẽ vniuerſalius q̃ꝫ ſpẽs vel differentia: ⁊ ꝑ ꝯñs minus diſtincte ⁊ in actu: iõ dr̃ mediũ inter potentiã ⁊ actum: ⁊ hoc magis pꝫ hẽri ab eodẽ 8°. metaphiſice ꝯmẽto 6°. ¶ Et ſilr 7°. libro cõmẽto. 43°. et ſic pꝫ: q̄ defenſio illa nõ valꝫ. ¶ Silr ꝯtra eandẽ ꝑtẽ ꝯclonis arguit Aureol᷒: qꝛ ꝑdicamẽtũ habet vr̃ ſumi a ꝑ ſe eſſe. Utrũ aũt illud: qḋ eſt ꝑ ſe ſit limitatũ aut illimitatum vr̃ accidere: vñ phs dic̃ 6°. topi͛: q̄ ſi linea eẽt ifinita: adhuc ꝯpeteret ſibi rõ linee ⁊ diffõ: ⁊ Aui. 2°. meta͛ cº. 2°. dic̃: q̄ q imaginat̃ corpus ifinitũ nõ imaginat̃ nõ cor᷒. Et ſimilr vr̃ q̄ q imaginat̃ ſubſtãtiã infinitã: nõ imaginat̃ non ſubſtantiã: igit̃ illimitatio ⁊ indeterminatio nõ tollit qn aliqd ſit in gñe. ¶ Cõtra 2ᵃᵐ ꝯclonẽ arguit Aureolus ꝑ: qꝛ ſi illa ſit vera: nulla creatura erit in ꝑdicamento: cũ in creatura eſſe nõ differat ab eſſentia: ſicut nec

Cõtra ſcḋaꝫ partem ꝯclonis ar. Gre. diſ. 8. q. 3. ar. 2. ad rõnem tertiam.

T. cõ. 18.

Cõmẽto. 59.

Cõtra eãdeꝫ partem arg. Aureolus.

in creatore. ¶ 2°. Quia ꝯclo aſſignat ſi cā ꝓ cā: eſto.n. ꝙ qdditas hēat plures cōcepꝰ vnū cōem: ⁊ aliū ſpecifice determinātē: nō apparet: cur nō ſit in genere: qm̄uis eſſe illiꝰ nō differat a qdditate. ¶ 3°. Quia ꝓdicamētū ſic abſtrahit ab eſſe: vt tn̄ res q̄ ſūt: ſint i ꝓdicamēto: vn̄ ſi ſemꝑ eēnt: ⁊ de neceſſitate: adhuc remanerēt in ꝓdicamēto: vt pȝ de celo: ⁊ intelligētijs ſm̄ phōs. ¶ Arguit ēt Gre. Quia eſto: ꝙ eſſe creature differret ab eēntia: ꝯſtat tn̄ ꝙ ipſa eſſentia rei nō eſt cōpoſita ex eſſe ⁊ eſſentia: alias in vna re eſſent infinite eſſentie: vel infinita eſſe: vel dabit̄ eſſentia nō cōpoſita ex eſſe ⁊ eſſentia: ſed ſm̄ te eēntia eſt de per ſe ⁊ directe in ꝓdicamēto: ⁊ ꝑ ſuam qdditatē ⁊ eſſentiā reponit̄ res in predicamento: ⁊ in gn̄e: ⁊ in ſpecie: ipm̄ aūt eſſe in gn̄e eſt per reductionē ſm̄ te. ergo nō oē qḋ eſt ꝑ ſe i ꝓdicamento eſt ꝯpoſitū ex eē ⁊ eſſentia. ¶ 2°. arguit ſic. Quia ſȝ te accn̄a nō habēt ꝓpriū eſſe aliud ab eſſe ſubſtantie: ⁊ tn̄ accn̄a ſunt per ſe in ꝓdicamēto. Nec pōt dici: ꝙ cōpoſitū ex eſſentia: q̄ eſt accn̄s ⁊ eſſe: ſit in ꝓdicamento: q2 vt dictū eſt: accidens nō hȝ ꝓpriū eē: ſȝ exiſtit ꝑ eē ſubſtantie vt dicis: ſȝ tale eſſe nō eſt in gn̄e accn̄tis: ſȝ ꝑ reductionē eſt in genere ſubſtātie: ⁊ ꝑ ꝯn̄s cōpoſitum vel aggregatū ex ipſo ⁊ ex accn̄te non eſt per ſe in gn̄e accn̄tis. ¶ Contra 3am ꝯcluſionem arguit Aureolus. Rō (inquit) generis ⁊ dr̄ie accipit̄ ab intrinſeco: cū ſint de ꝯceptu qdditatiuo ⁊ abſoluto cuiuſlibȝ rei: ſiue ergo res habeat aliqd ſupius ⁊ actualius: ſiue non: adhuc rō generis ſumi pōt ex intrinſeco ſui: ⁊ ꝑ ꝯn̄s genꝰ nō ſumit̄ ab aliquo potētiali i cōparatione ad aliqd ſuperius ſe. ¶ Arguit ēt Grego. ꝯ iſta cōclo. ſ. Qr̄ illud: a quo ſumit̄ dr̄ia: ſe hȝ ad illḋ: a quo ſumit̄ genꝰ: vt actꝰ ad potētiā: ꝯtradicit alijs dictis ſci Tho. qm̄ ipſe vult: ꝙ in homine ⁊ in q̄libet ſubſtantia ꝯpoſita ſit tn̄ vna forma ſubſtantialis: ⁊ per eandē formā ſit hō intellectiuus ⁊ ſenſitiuus: ⁊ ꝑ ꝯn̄s ſenſitiuū in hoīe non eſt in potentia ad itellectiuū pluſq̄ ſenſitiuū ad ſenſitiuū: ⁊ intellectiuū ad intellectiuū. hic aūt expreſſe dicit oppoſitū. ¶ Item ſup 7°. metaphiſice in ſcripto dicit: ꝙ genus dicit totā eēntiā rei: ⁊ nō tn̄ formā: ⁊ eadē rōne nec tn̄ mām̄. ¶ Contra 4am cōclonē arguit multipliciter Grego. ꝓ ſic. Oē qḋ vere ꝓdicatur in quid de ꝓnoīe demōſtrante rē aliquā: ⁊ ēt de ꝓnoīe demōſtrāte rē aliā ſpecifice diſtinctam a p̄ma: nec tn̄ ſic ꝓdicatur de quolibet: eſt genus illius rei: ⁊ illa res eſt in genere illo: ⁊ ꝑ ꝯn̄s in predicamento vbi eſt genus illud: ſȝ h̄ nomē ſpūs vere predicat̄ in qd de ꝓnoīe demōſtrante rem illā: quā vocamus deū: ⁊ etiā de ꝓnoīe demonſtrante aliquā rē ſpecie diſtinctā ab illa: ⁊ nō eodē mō predicat̄ de oībus. ergo ipſum eſt genꝰ illius rei: ⁊ ipſe eſt res huiꝰ generis: ⁊ ꝑ ꝯn̄s de ꝓdicamēto ſubſtātie: cuiꝰ ꝓdicamēti genus eſt h̄ cōe ſpiritus. maior ꝓpoſitio nota eſt ꝑ diffinitionē generis etiā ſtrictiſſime ſumendo genꝰ. Genus eniȝ diffinit̄ ꝙ ꝓdicat̄ de pluribus differentibus ſpē in eo qḋ qd eſt: ſiue in qd. Predicari aūt in qd ſtrictiſſime ſumit̄: ſicut ſumit̄ in maiori: dixi ēt ꝙ nō ꝓdicat̄ de oībus ꝓpter ens: qḋ ſm̄ aliquos in qd ꝓdicat̄ de quolibet: nec tn̄ eſt genus: ꝓ3ēt hec ꝓpoſitio inducendo: q2 eni aīal ꝓdicat̄ in qd de ꝓnoīe demonſtrante rē: que eſt hō: ⁊ de ꝓnoīe demōſtrante rē: q̄ eſt leo: ⁊ ſic de pluribus: iō aīal eſt genus illaꝝ rerū: ⁊ ille dicuntur eſſe in gn̄e aīalis: ⁊ in ꝓdicamēto ſubſtantie: cuius ꝓdicamēti eſt genus ſubalternū aīal. Similr̄: q2 color ꝓdicat̄ in qd de ꝓnoīe demonſtrante illā rem: q̄ eſt albedo: ac ēt illā rē: q̄ eſt nigredo: ⁊ ſic de pluribus diſtinctis ſm̄ ſpēm: ſuppoſito gr̄a exēplitales qualitates ſpē diſtinguit: iō dr̄ genus illaꝝ rerū: ⁊ ille dicunt̄ eſſe in illo gn̄e: ⁊ in ꝓdicamēto q̄litatis: cuiꝰ ipȝ ē genꝰ ſubalternū. Et ſic i oībꝰ pateret ſilr̄ diſcurrēti. ¶ Qr̄ ſi qs inſtaret in ꝓpoſito. eadē rōne poterit qualȝ aliam rē negari eē in aliq̄ gn̄e: ⁊ dici ꝙ nullus angelꝰ eſt in ꝓdicamēto ſubē: nec aliqs color i ꝓdicamēto q̄litatis: nec vnq̄ poterit ꝓbari oppoūm: eo ꝙ illa ſit ꝓpria ratio gn̄is: ⁊ illo mō tn̄ res ꝓpriiſſime dr̄ eē i gn̄e. minor ꝓbat̄: nā ꝯſtat ꝙ h̄ nomē ſpūs vere dr̄ de deo. Vn̄ Jo. 4°. deꝰ ipſemet dixit. (Deus ſpūs ē:) ⁊ ꝑ ꝯn̄s de ꝓnoīe demōſtrāte rē illā: ꝓ q̄ i ꝓpoſitione iſta ſupponit hoc nomē deꝰ: ꝓdicat̄ vere h̄ ꝓdicatū ſpūs: dicendo: hoc eſt ſpūs: cōſtat aūt ꝙ ēt in qd: vn̄ interrogāti qd eſt h̄: bn̄ r̄ndebitur ſpūs: nō aūt ſi interroget̄ q̄le eſt h̄: vel ſm̄ aliqḋ aliḋ ꝓdicamētū. ¶ Itē cōſtat ſȝ ſcripturas ⁊ ſȝ oēs: ꝙ hoc nomen ſpūs ꝓdicat̄ de ꝓnoīe demōſtrante aliā rē: quā vocamꝰ michaelē: ⁊ ſic de multis: ⁊ ꝯſtat ēt per ſimilē rōnē ꝙ ꝓdicat̄ i qd. ¶ Itē nō ſic ꝓdicat̄ de oībꝰ: nā demōſtrato leone nō vere dr̄: h̄ eſt ſpūs. ꝗ hoc cōe ſpūs eſt genus vere ⁊ ꝓprie ad illā rē: q̄ dr̄ deꝰ: hoc aūt genꝰ nulliꝰ alteriꝰ ꝓdicamēti veriꝰ pōt dici eē: imo nec ve niſi ꝓdicamēti ſubē. q̄re ⁊c̄. ¶ Forte diceret̄ ꝙ h̄ nomē ſpūs licȝ ꝓdicet̄ de deo ⁊ angelo: nō tn̄ dr̄ de eis ſȝ vnā rōnē. ⁊ iō nō eſt genus. ¶ Sȝ iſtud eſt ad placitum ⁊ ſine rōne: q2 aut itelligit̄: ꝙ nō dr̄ de eis ſȝ vnā rōnē ſpecialiſſimā: ⁊ hoc veꝝ eſt: ſȝ h̄ nō ipedit quin ſit genus: ſȝ ipediat ipȝ eſſe ſpēm ſpecialiſſimā: aut intelligit̄ de rōne gn̄ali: ⁊ hoc falſum eſt: nā ſȝ vnā rōnē generalē huic noī conuertibilē vlr̄ dr̄ de deo ⁊ creatura ſpūali: ſiue eni diffiniat̄ ſpūs ſuba icorporea ⁊ imālis: ſiue alia diffōne: illa diffō tā deo q̄ angelis erit cōueniēs. ¶ Qr̄ ſi h̄ ꝓteruiendo negat̄: ſili mō negari poterit ſubſtātiā dici ſȝ vnā rōnē de corporea ⁊ icorporea: imo vt videt̄ multo magis: ⁊ ſic ꝯſiter poterit negari angelū eſſe in ꝓdicamēto ſubē: qḋ nullus negat. ¶ 2°. ꝑncipaliter ꝯ eādē ꝯclonē arguit ſic. Pater: filius: creator: ꝑncipiū: ⁊ plura ſilia ſūt ꝓdicabilia ad aliqd ⁊ ꝑ ſe relatiua: ac ꝑ h̄ de ꝓdicamēto relatiōis: ⁊ tn̄ ꝓprie dr̄r de deo. ꝗ de deo ꝓpe dr̄r ꝓdicabilia: q̄ ve ⁊ ꝓpe ſūt i ꝓdicamēto: pꝰ ps añtis pȝ: qm̄ eis ꝯueniunt oīa q̄ dr̄r a ſcis ⁊ phīs requiri ad h̄: ꝙ aliq̄ ꝓdicabilia ſint ꝑ ſe ad aliqd. 2a ēt ps nulli catholico dubia eſſe pōt: veriſſime quidē ac ꝓpriiſſime: ac p̄ ⁊ ꝑncipalr̄ deꝰ eſt filiꝰ ⁊ pater: vn̄ Damaſcenus libro p̄. (Sciēdū inqt ꝙ nō ex nob trāſlatū eſt ad beatā diuinitatē paternitatis ⁊ filiatiōis ac ꝓceſſiōis nomē: ē ꝯ̄rio ēt nobis inde ē traditū: vt ait diuinꝰ aplus. Flecto genua mea ad patrē: ex q̄ oīs paternitas in celo ⁊ i terra nominat̄.) Et ſcribit̄ ad Ephe. 3°. (Creator ēt ꝓpe d ſolo deo dr̄ ſilr̄ ꝑncipiū diſſime eſt deꝰ.) ¶ Cōfirmat̄ h̄ ꝑ Augm̄. 5. d trinitate: vbi pꝰ q̄ diſtinxit ꝓdicatiōes tā affirmatiuas q̄ negatiuas ꝯ̄pas ſinglis ꝓdicamētis: ꝯcludit i fine: ꝙ filiꝰ ⁊ nō filiꝰ: genitus ⁊ nō genitꝰ: ſiue ingenitꝰ dr̄r relatiue: ⁊ ſūt i ꝓdicamēto relatiōis: vn̄ ait. Sicut.n. genitꝰ nō ad ſeipſum dr̄ ſȝ ꝙ ex genitore ſit oñdit̄: ita cū dr̄ igenitꝰ nō ad ſeipſȝ dr̄: ſȝ ꝙ ex genitore nō ſit oñdit̄. In eodē tn̄ ꝓdicamento qḋ relatiuū vocat̄: vtrūqȝ ſignat̄ ꝑaciter. Et añ immediate dixit. (Nō recedit̄ a relatiuo ꝓdicamēto cū dr̄ igenitꝰ.) ¶ Qr̄ ſi qs velit dicer̄: ꝙ ꝓdicta noīa relatiua nō ſūt ꝓpe de ꝓdicamēto relatiōis: ꝑt ēt ſi placet plura alia relatiua ⁊ q̄lȝ ad placitū excipe a ꝓdicto ꝓdicamēto. Ex hoc aūt ꝙ ꝓdicti termini ſūt ꝑ ſe de ꝓdicamēto relatiōis: ſi rē quā ſignat pr̄ ⁊ filiꝰ: ⁊ hm̄ in creaturis ponimꝰ i ꝓdicamento relationis: neceſſe eſt eadē rōne rē ētiā quā ſignat in deo collocare i ꝓdicamēto relatiōis.

¶ Idem

Tex. 3°.

Cōtra quartam cōclonē arguit Gre. dubiu. 6. q. 1. ar. 2.

¶ Idē patꝫ de ꝑdicamēto actionis.ſ.ꝙ de deo vere ⁊ ꝓprie ꝑdicatᷣ:quinimo vt dicit Augu.5°.de trinita.(Qđ ad faciendū attinet fortaſſis de ſolo deo veriſſime dr̄: ſolus eni deus facit:⁊ nō fit neqꝫ patiᷣ quātum ad eius ꝑtinet ſubam:q2 deus eſt.) Unde Aug. certiſſime fuit huius opīonis.ſ.ꝙ aliqua ꝑdicamēta vere dn̄r de deo: qđ pꝫ in ꝑdicto libro ex hoc:ꝙ ipſe ſingula predicamenta diſtinguens ⁊ ꝓprias eoꝝ ꝑdicationes determinans ↄ̄cludit cap.8.quedā de deo dici ſm ſubam:quedā vō ad aliqđ ⁊ ſm relationē:⁊ hoc tāq̄ veriſſimo fundamēto vtiᷣ poſtmodū in toto libro de trinitate. Et ꝙ ꝓprie talia ꝑdicamēta de ipſo dicanᷣ euidēter inſuꝑ apparet. nā in eodē caplo ait alia ꝑdicamēta q̄dā dici de deo:ſꝫ nō ꝓprie videlꝫ:ſitus habitus tēp⁹ ⁊ vbi. vn̄ ait. (Sit⁹ vō ⁊ habitus:⁊ loca:⁊ tpa nō ꝓprie:ſed trāſlatiue dn̄r de deo.) Et ꝑterea remouet ab eo ꝑdicamētū paſſiōis: ꝓxime allegatū eſt:remouet etiā a deo predicamēta q̄litatis ⁊ quātitatis ↄ̄tinue:eo ꝙ illa dn̄r ad ſe:⁊ q̄cūq3 dn̄r ad ſe ſm ſubam dicunᷣ de deo: vn̄ mirū eſt:ꝙ ipſe ſic diligenter diſtinxerit predicamenta:⁊ quedā remouerit a deo:quedā aūt ꝓprie ⁊ ſolū dixerit ei ↄ̄uenire: alia vō ſm ſubam relationē ⁊ actionē dixerit ei ↄ̄uenire:niſi voluerit illa tria ꝑdicamēta vere ⁊ ꝓprie de deo dici. ¶ Tertio ꝑncipalr̄ arguit auctoritate Ariſt. Naꝫ phs 12° metaphy. in ꝑncipio volēs loq de ſuba abſtracta:⁊ ꝑncipalr̄ de ꝑma:que deus eſt:inueniens diſtinctionem entis in ſubam ⁊ alia ꝑdicamēta ſepe ab eo poſita dicit ſubaꝫ eē ꝑncipaliorē ꝑtē entis. Ait eni ſic. (Etenim ſi vt totū quoddā eſſe ſuba eſt ꝑma pars:⁊ ſic qđ ↄ̄ſiter ⁊ ita ꝑmū ſuba:deinde q̄litas aut quātitas.) Qđ exponēs Cōmētator cōmēto ſcđo dicit. (Et intēdebat Ariſ. ꝙ ens aut demōſtrat vnū genus ⁊ vnā nāꝫ:aut genera diuerſa:⁊ qđcūq3 ſit:manifeſtū eſt:ꝙ ſuba eſt ꝑor pars entis:⁊ ſtatim phs ꝑ hoc ꝓbat qđ dixit:tū q2 alia nō dicunᷣ ſimplr̄ entia:ſed talia entia:tum q2 nullū alioꝝ eſt ſeparabile. Et Cōmēta. cōmēto 3°. (Nullū (inquit) alioꝝ inueniᷣ ſimplr̄ in ſe ſubſtātia. vbi grā. q2 qualitas nō dicit ens ſimplr̄:neqꝫ motus:ſed diciᷣ eſſe qualitas: ⁊ diciᷣ eſſe motus:ens igiᷣ ꝑncipalr̄ ⁊ ſimplr̄ eſt ſubſtātia:⁊ ſubdit. (Et cū dixit ꝙ ſuba diciᷣ ens ſimplr̄ ⁊ alia ꝑdicamēta ſm ↄ̄parationē dedit cām in hoc:⁊ dixit. Et etiā nullū alioꝝ eſt abſtractū:⁊ cauſa in hoc eſt:ꝙ ſubſtātia eſt ↄ̄ſtans ens per ſe:⁊ alia ſunt i ſubſtātia.) ¶ Ex quibus pꝫ:ꝙ phs ⁊ Cōmētator in hac ꝑte vtunᷣ hoc termino ſuba ſꝫ ꝙ eſt ꝑdicamētū diſtinctū ↄ̄ alia ꝑdicamēta:⁊ ꝓ rebus q̄ ſunt in tali ꝑdicamēto. Sꝫ ſtatim poſt ſubam diuidit in ſenſibilē:⁊ in inſenſibilē:⁊ generabilē:⁊ corruptibilē:⁊ eternā:⁊ poſt ↄ̄ſiderationem de ſubſtātia ſenſibili probat eſſe ſubſtantiā inſenſibilē abſtractaꝫ:⁊ imobilem:⁊ deinde iquit. (An hec ſit vna tm̄ vel plures:) ⁊ terminat ꝙ plures: iter quas eſt vna ꝑma q̄ eſt nobiliſſima ⁊ finis ⁊ ꝑfectio aliarum ⁊ totius vniuerſi:quā nos deū appellamus. ¶ Ex quibus euidēter ↄ̄cludiᷣ:ꝙ ſm mentē ph̄i ⁊ Cōmētatoris deus eſt ſuba vere de ꝑdicamēto ſubſtātie. ¶ Quarto ꝑncipalr̄ arguit ↄ̄ vnā rōnem factaꝫ pro ↄ̄ne.ſ. Q2 ſi deus eſſet in genere:ꝙ ens eſſet genus illius:q2 ſcilꝫ eſſe dei eſt eius eſſentia:⁊ ſic ens ſignificaret eſſentiā dei. Hoc iquit nō valet:q2 ſi ens ideo eſſet genus dei:q2 ſignificaret eius eſſentiā:ſequiᷣ ꝙ iā de facto ens ſit genus:ſi rō valeat: q2 ens de facto ſignat eſſentiā cuiuſlibꝫ imediate:vt dicit phs 10. metaphy. ⁊ Cōmētator ibidē cōmento.8. Et quīto metaphy. vult phs ꝙ ens ſignat illa q̄ ſignant dictiones ꝑdicamētoꝝ:⁊ ↄ̄ſtat ſm ſcm̄ Tho. ⁊ ſm veritatē ꝙ ꝑdicamēta ſignant eſſentias aliquarū rerū: cuiꝫ hoc tn̄ ꝙ ens ſignat eſſentias rerū ſtat:⁊ verū eſt ꝙ ipꝫ nō eſt genus:ſiue q2 ſignat oīa:⁊ ꝑdicatᷣ de quolibꝫ:ſiue q2 nō ſignat oīa ſm vnū ↄ̄ceptū. ¶ Quinto arguit ad motiuū ſupius tactū.ſ. Q2 oīa que ſunt i genere ↄ̄icāt in eſſentia gn̄is:nō aūt in gn̄e:hoc eni nō videᷣ valere: q2 nulla res extra aīaꝫ eſt ↄ̄is multis ſubſtātijs indiuiduis:nec aliqua res de mūdo eſt vl̄is aut ↄ̄is plurib⁹ ſubſtantijs:ſed oīs eſſentia eſt ſingularis:ſicut ⁊ qđlibꝫ eſſe eſt ſingulare:⁊ ſic illa ratio nihil concludit.

Tex.c.2.

Ad primum ↄ̄tra ꝑmam ↄ̄nē diciᷣ:ꝙ nō eſt ad ꝓpoſitū. nā Cōmētator nō intendit ibidē dicere:ꝙ māe diuerſificenᷣ ſm diuerſitatē trāſlationū in rebus generabilib⁹:ſic ꝙ alia ſit mā gn̄ationis:alia alterationis:alia augmenti:vel etiā mā huius alterationis ſit alia a mā alterius alteratiōis ſꝫ ſpēm:vt arguens exponit:ſed ſolū itēdit:ꝙ trāſlatio rerū ingenerabiliū:⁊ icorruptibiliū qualia ſunt corpa celeſtia hꝫ aliā mām ꝓpriā a mā trāſlationis rerū gn̄abiliū ⁊ corruptibiliū:⁊ hoc pꝫ per vba:q̄ imediate adducit poſt:dicit eni ſic. (Mā eni gn̄abiliū eſt i po°. trāſlatoꝝ aūt eſt in actu:cū trāſlatū ſit aliqđ actu:⁊ iđ qđ ex trāſlatis in actu fuerit nō gn̄abile vel corruptibile: nō habebit mām:quā hꝫ gn̄abile ⁊ corruptibile:⁊ eſt in potētia.) Hec Cōmētator. ¶ Ex quo patꝫ:ꝙ in illo paſſu Cōmētator ſolū aſſignat dr̄iam inter mām corruptibiliū ⁊ mām icorruptibiliū:qcqđ dicat in alijs locis. Uerūtn̄ ↄ̄ceſſo ꝙ ſm diuerſitatē trāſlationis ſm gen⁹ ſit alia mā ſm gen⁹:vtputa ꝙ ſubꝫ motus localis ſit aliđ a ſubo alterationis:ex hoc nō hr̄ ꝙ forma:penes quaꝫ attendiᷣ hō mutatio:ſit ↄ̄poſita ex mā ⁊ alio actu:ſꝫ ꝙ diuerſe forme ſm genus:q̄ ſunt inducibiles per motū vel mutationē hn̄t ſubiecta diſtincta ſm genus: ſecus eſt de formis ſeparatis:ille eni nō hn̄t māꝫ in qua:nec ex qua:⁊ tn̄ ſunt multe vnius gn̄is:q2 ↄ̄icant in vna intentione poſſibilitatis recipiēdi actū exiſtēdi.ſ. ſine mā ⁊ quātitate. Un̄ ſcūs Tho. ſcđo ſen. diſ.3.q.1.artic.5°. arguit ſic. (Quecūq3 ſunt vnius gn̄is ↄ̄icant in vna potētia generis.10. metaphyſi. ſed angeli nō ↄ̄icant in vna potētia:q2 ſunt imāles.ḡ videᷣ ꝙ non ſunt vnius generis. Et ridet. (Dicendū (inquit) ꝙ non opꝫ ꝙ illa:q̄ ſunt vnius generis:ↄ̄ueniant niſi in vna intentione potentie:que eſt poſſibilitas recipiēdi eē a deo:in quo ſubſiſtant ſine mā ⁊ quātitate.) ¶ Ad ſcđꝫ ↄ̄ſimilr̄ dr̄:ꝙ nō accipiᷣ ſꝫ mētē Cōmētatoris. nā Cōmētator ꝑ materiā ꝓpriā ⁊ habilitatē ꝓpriā nō intelligit aliquā māꝫ diſtinctā a mā:que eſt ſuba:ſed intelligit ꝑ mām ↄ̄eꝫ māꝫ remotā cauſalibꝫ:que eſt ꝑſe eēntia māe ꝑme:ꝑ mām aūt ꝓpinquā itelligit ipſam eēntiā eādē māe diſpoſitā ꝑ ↄ̄uenientes diſpōnes ad aliquā formā:q̄ quideꝫ diſpōnes ſunt forme accidētales:ꝑ potentiā aūt ⁊ habilitatē materie intelligit vel inchoationē forme reſultātē ex diſpoſitionibus accidētalibus:que reddunt ꝑmaꝫ māꝫ ꝓpriū ſuſceptiuū formaꝝ:⁊ ſunt ratio ſubyciendi tali forme:vel tali:aut forte ꝑ hoc itelligit māꝫ ſub tali inchoatione forme. Sic autēꝫ ſumpta mā:dico ꝙ alterius:⁊ alterius ſpēi entiū generabiliū eſt alia ⁊ alia mā. vnde alia mā ꝓpinqua.i. mā aliter diſpoſita requiritur ad gn̄ationē ſanguinis q̄ ad generationem carnis:vel oſſis:vel lapidis:⁊ ſic de alijs:⁊ ꝙ ſic accipiat mām ꝓpriā:⁊ ꝙ hec eſt eius intētio demōſtrāt verba eius:que nullo interpoſito ſequunᷣ ea:que arguens allegat. vnde dicto ꝙ materia eſt multa ſꝫ habilitates:aut imediate. ꝑmo eni hꝫ habilitates ad recipiendū ꝑmas ↄ̄trarietates:ſcꝫ formas q̄tuor elemētoꝝ. ſcđo vō hꝫ potentiam ↄ̄ſimiliū ꝑtiū mediātib⁹ formis q̄tuor elm̄toꝝ. Et vo

Tex.c.12.

Quid p'mis ꝓpinquaꝫ ⁊ qđ ꝑ remotam.

pat corpa cōſimiliū priꝰ mixta hōgenea:ad que mate-
ria diſponit̄ mediātibꝰ formis elemētoꝝ. Et ſeq̄t ime
diate.(Iſte potētie diuerſant̄ ſm ꝙ diuerſant̄ mixtio
nes q̄tuor elemētoꝝ:ita ꝙ ex hoc diuerſant̄ forme ge
nerabiliū.) Hec ille. ❡ Ex quibꝰ patet:ꝙ ſm diuerſaꝫ
diſpoſitionē materie reſultat alia ⁊ alia habilitas ⁊ in-
choatio forme:qñcūq̄ aūt mā ſic eſt diſpoſita:ꝙ vni-
co motore pōt ex ea generari caro:in ea eſt ꝓpria ichoa
tio carnis:⁊ ſic de alijs. Illud eniꝫ dicit̄ ꝓprie in poᵃ in
aliquo:qđ pōt fieri ex vnico motore:vt ex argento cy-
phus:qđ vero indiget pluribus motoribꝰ ad hoc vt fiat
Tex. cō. 13. ex aliquo non dr̄ eſſe in eo potētia:vt pꝫ 9ᵒ meta. ⁊ talē
potentiā ꝓximā intelligo ichoationeꝫ actus. Vñ ſcūs
Tho. 2ᵒ ſen. diſ. 14. q. i. articu. 2ᵒ. dicit:ꝙ habilitas mãe
ad recipiendū actionē dicit̄ appetitus mãe ⁊ ichoatio
forme:⁊ illa habilitas que dr̄ ichoatio forme eſt aliq̄d
potentiale de gñe forme iducēde. Huic videt̄ ꝯſentire
ſcūs Tho. ꝑ ſen. diſ. 17. q. 2. vbi dicit.(Per actionē cali
di efficit̄ de nō calido calidū:nō ꝙ ponat̄ ibi aliqs ca-
lor:ſed q2 calor qui eſt in potētia educit̄ in actū:⁊ cōſi-
militer aliq̄d efficit̄ magis calidū ꝑ actionē calidi: in-
quantū educit̄ calor:qui erat vt actus iꝑfectus in ma-
iorē perfectionē:qualitates eni nãles educunt̄ de poᵃ
mãe:quaꝝ incboationes quaſdā deus indidit mãe in
oꝑe creationis:⁊ ideo qñ in actū ꝓdeunt:eſt exitus de
iꝑfecto ad ꝑfectū.) Hec ille. ❡ Ex quibꝰ pꝫ qñ ſm
Que qualita-tes ſint ichoa-te in creatiōe ⁊ que non. eū aliqne qualitates ſūt incboate in mā in oꝑe creatio
nis:⁊ intendit loqui de q̄litatibꝰ primis:puta calidita-
te:frigiditate. Iſte eni ſunt incboate in omni mã gene-
rabiliū:ſed q̄litates ſcđe. puta ſapor:odor:color nō ſūt
ſicut incboate ab initio:ſed tales ichoationes reſultāt
ex alia ⁊ alia mixtione pmarū qualitatū. illa ğ ichoa
tio forme eſt aliq̄d de genere forme iducende. imo eſt
tota eſſentia forme iducēde in potētia:⁊ in eſſe icōple-
Non opꝫ ꝙ pñᵐ ⁊ prīn-cipiatum ſint eiuſdē gñis. to. ❡ Ad 3ᵐ dr̄:ꝙ verū eſt:ꝙ oē pdicamētū hꝫ talia ꝓ
pria pncipia:nō tñ opꝫ illa ſemꝑ eē res eiuſdeꝫ generis
cū pncipiato:licꝫ ſint ꝓpa pncipia illius generis:aliq̄d
eni eſt vniꝰ generis:⁊ tñ eſt mā ⁊ pñᵐ mãle alteriꝰ ge-
neris:ſicut aliq̄d qđ eſt vnius gñis:eſt ꝓpriū mouēs al
terius generis. igit̄ nō opꝫ in quolibꝫ gñe dare ꝓpriuꝫ
mouens illius:qđ ſit res illius gñis:⁊ tñ ſicut ꝑhs dicit
opꝫ dare in quolibꝫ genere iſta tria pncipia ꝓpria. ſcilꝫ
formā:ꝑuationeꝫ:⁊ ſubm vel mãm:ita imediate dicit:
ꝙ opꝫ dare ꝓpriū mouēs:⁊ exēplificat ſtatim:vñ mo-
uens in genere ſanitatis eſt medicina. Et in mēte arti-
ficis in factione domus ars edificatiua:⁊ tñ nō in quo-
libꝫ genere ꝓpriū mouēs eſt res illius gñis. vbi grã in
genere quātitatis:cū quātitas nō ſit forma actiua ſm
Cōmentatorē:⁊ ſic in multis alijs:⁊ ſilr̄ eſt de pncipio
materiali. Nam eſſe ꝓpriā materiā alicuius generis:
nō eſt aliud q̄ꝫ eſſe mãm ꝓpinquā ad formā illius ge-
neris. Similr̄ eē mouēs ꝓpriū alicuius gñis nō ē aliđ:
q̄ꝫ eē mouēs aptū natū inducere determinate formaꝫ
illius gñis. Cū hoc tñ ſtat:ꝙ mā talis ſit res alteriꝰ ge-
neris:⁊ ſimilr̄ mouens. Cōcedo tñ ꝙ licꝫ nulla forma
accñtalis habeat mãꝫ:vel aliq̄d potētiale eiuſdē gene-
ris:ex quo tanq̄ꝫ ex intrinſeco ſibi cōponit̄:ſicut querit
arguēs:nō tamē nego qn oīs actꝰ ⁊ forma receptibilis
in ſubiecto habeat ꝓpriū potētiale in illo ſubiecto. vbi
grã:albedo nō eſt intrinſece cōpoſita ex actu ⁊ potētia.
tñ nunq̄ꝫ mā reciperet actū qui eſt albedo: niſi hr̄et in
Diſtin. 3. qđ. 3. ar. 2. in rñ. ad ſcđaꝫ iſtā cā ꝯ rōnē ꝓ. cōclaſionis. ſe aliq̄d potētiale de genere albedinis:ꝑ qđ mā efficit̄
ꝓpriū ſuſceptabile albedinis:actus eni ⁊ potētia ꝓpria
ſemꝑ ſunt in eodē genere:vt alias dictū eſt. ❡ Et pōit
Cōmētator tertio phyſicoꝝ ꝯmēto 9ᵒ. dicēs.(Potētia
ad vnūq̄đq̄ȝ predicamētū eſt in illo gñe pdicamēti: in
quo eſt actus:⁊ ſilr̄ via de poᵃ ad actū. ſ. potētia ad ſub-
ſtātiā eſt quodāmō in pdicamēto ſube:⁊ ſilr̄ via ad ge
nerationē ſube:ſimilr̄ ad quātū ⁊ ad alia pdicamenta.
ideo viſum eſt:ꝙ illud eſſe qđ eſt iter potētiā ⁊ actū in
illo gñe ſit ſub illo gñe:qm̄ eē medium iter potētiam ⁊
actū:q̄ ſunt in illo gñe:ē de gñe actus:qui eſt cōplemē-
tū:ſed differūt ſm magis ⁊ minus.) Hec Cōmētator.
Vbi vult ꝙ poᵃ ad rē illiꝰ pdicamēti eſt de gñe illiꝰ pdi
camēti:actus eni ⁊ poᵃ ſunt in eodē gñe:⁊ h̄ eſt verū ſi
ne accipiat̄ poᵃ ꝓ forma:que nō eſt actu calor vel hꝫ:⁊
pōt eſſe calor:quā dicimus ichoationē forme:ſiue acci-
piat̄ poᵃ ꝓ mā exiſtente ſub tali inchoatione predicta
ipſius forme:que nō eſt in actu in mã:nec in eſſe cōple
to:ſed imꝑfecto:⁊ illđ idē in numero erit quādoq̄ȝ for-
ma in actu ſm ꝙ ponit Cōmētator 12ᵒ metaphy. com.
19. vbi ſic dicit.(Generās igit̄ aīal nō ē dicere ꝙ ponit
aīam in mã:ſed ꝙ extrahit illud:qđ eſt aīa in potentia
ad eſſe aīam in actu:⁊ hoc idē dicit ibidē de formis ac
cidentalibus.(Intētio inquit Ariſ. eſt:ꝙ cōueniens ſit
a cōueniēte:q2 ꝯueniēs extrahit formā cōueniētis ex
potētia in actū:⁊ nō eſt agens:q2 adducit in illaꝫ mãm
aliq̄d extrinſecū:nec agit formā ſibi ꝯueniētē:⁊ ſic eſt
in hoc de ſuba:ſicut in accidētibus:calm̄ eni nō iducit
calorē extrinſecū:ſed facit calidū potētia eſſe calm̄ in
actu:⁊ ſic eſt de magnitudine.) Et in fine ꝯmēti dicit.
(Oēs ꝓportiones ⁊ forme ſunt in poᵃ in mā pma ⁊ in
actu in pmo motore.) ❡ Ex quo pꝫ manifeſte qđ pus
dictū fuit. ſ. ꝙ forme:ad q̄s mā trāſmutat̄:ſunt in poᵃ
in mã:ita ꝙ eſt in mā aliqđ potentiale:qđ pus eſt aīa
vel albedo in poᵃ:⁊ poſt eſt aīa:vl̄ albedo in actu:ſemꝑ
eni actus ⁊ poᵃ:ſi loq̄mur de poᵃ paſſiua nãli:ſunt eiuſ
dē gñis:mā eniꝫ ſub ichoatione caloris ꝑtinet ad genꝰ
caloris. imo illa incboatio caloris non differt a calore
niſi ſm magis ⁊ minus:vt dictū eſt pus:vñ tā mā ſub
incboatione:q̄ꝫ ipſa inchoatio dr̄ poᵃ ad calorē:ſꝫ diuer
ſimode:q2 mā ſub inchoatiōe caloris eſt ſuſceptiua ca-
loris in actu:⁊ iō dr̄ eſſe potētia paſſiua ad calorē:⁊ hr̄e
potentiā ad calorē:ſed illa ichoatio eſt poᵃ ad caloreꝫ:
q2 eſt calor in poᵃ:illa eni ichoatio eſt poᵃ mãe:⁊ eiꝰ ap-
petitus. ❡ Sed ꝯ hoc iſtātiā facit Grego. ꝯ dictā maxi
mā. ſ. ꝙ poᵃ ſuſceptiua ē eiuſdē gñis cū actu:ad quē or- Inſtātia gre go. di. 8. q. 5. i rñſo ad 3ᵐ ꝯ hoc ꝙ potē tia ⁊ acꝰ ſūt eiuſdē gñis.
dinat̄:adducit eni dictū Cōmēta. 12. meta. com. 22. di-
cēns.(Principia coloris ſm formā ⁊ ꝑuationē ſunt al
bū ⁊ nigrū:ſm aūt mãm recipiētē eſt ſupficies:que eſt
in poᵃ oēs colores:⁊ pñᵃ noctis ⁊ diei ſm formā ⁊ ꝑua-
tionē ſunt lux ⁊ obſcuritas:⁊ ſm mãm recipienteꝫ eſt
aer:ꝙ eſt potētia luminoſus.) Hec Cōmentator. vbi pꝫ
ꝙ ſm Cōmētatorē ſuperficies eſt mā coloris: ⁊ tamē
eſt alterius generis a colore:⁊ eodem modo pꝫ de aere
qui eſt mā lucis:⁊ tñ non eſt in eodē genere cum luce.
❡ Inſtātia iquā iſta nō valet:q2 licꝫ ſupficies ſit ſubꝫ
colorū:⁊ ſit oīs color in potētia:nō tñ ſupficies nude cō
ſiderata eſt ꝓpriū ſuſceptiuū colorū:ſed ad hoc ꝙ fiat
coꝝ ꝓpria mā vel ſubiectū requirit̄ aliquid de genere
qualitatis:qđ dicit̄ potētia ꝓpria reſpectu omniū colo
rū:⁊ incboatio oīs coloris. Et idem dico de aere. ❡ Et
ſi vlterius querat̄:cum illud potētiale ſit de gñe q̄lita-
tis:req̄rit vlterius aliud potētiale in ſubiecto ſuo: ⁊ ſic
in ifinitū. ❡ Ad hoc dr̄:ꝙ talia potētialia nō ꝓducūt̄
ꝓpa ꝓductiōe:nec ꝑ trāſmutationē:q̄ per ſe terminēt̄
ad talia:⁊ iō nō req̄rūt ꝓpriā potētiā:ſed ſicut eadē ꝓ-
ductione ꝓducūt̄ q̄ ſuū ſubm:ita eadē potētia ſuſcipit
primo ſubiecta illoꝝ potētialiū:⁊ ſecundario dicta po-
tētialia:vñ eadē ꝓductiōe ꝓducit̄ ſuba cōpoſita ⁊ quā

tītas:ꝛ eadē ꝑductiōe ꝑducit̄ ſupficies ꝛ potētiale ad
Diſtin.3.q.3 ar.ſcdo. colores: vt alias dictū fuit:iō q̄ntitas ꝛ talia potētialia
nō requirūt i ſubiecto ſuo aliqd potētiale eiuſdē gn̄is:
qꝛ nō hn̄t ꝓpriā potētiā:que per ſe ꝑ ad talia ordinet̄:ſe
cus eſt de formis educibilibus per trāſmutationē. Et
illa que dixi de quātitate itelligo de iterminata:qꝛ illa
nō peeregit aliā potētiā:ſecus eſt de q̄ntitate termina/
ta:qꝛ ſe hȝ ad aliā vt actus ad potētiā:pȝ igit̄ ex ꝑdictis
ꝙ licȝ nulla forma inherens ſit cōpoſita intrinſece ex
actu ꝛ potētia:tn̄ in quolibȝ gn̄e accidētis eſt reqre pro
priū actū ꝛ ꝓpriā potētiā ſuſceptiuā. ¶ Ad 4ᵐ dr̄ eo/
dē modo:ꝙ oē predicamētū hȝ ſuū ꝓpriū ſuſceptibile
potētiale ꝛ ſuū ꝓpriū actū:nō tn̄ vult Auic.ꝙ ois for
ma poſita in predicamēto ſit cōpoſita itrinſece ex duo/
bus.ſ.ex aliquo actuali:ꝛ ex aliquo potētiali:qꝛ illō po/
tētiale qō ponimus reſpectu colorꝫ nō eſt pars coloris.
Imo color in potētia:ꝛ per actionem agētis fit color in
actu:vt dictū fuit. ¶ Ad qntū negat̄ maior.ſ.ꝙ oē diſ
finibile ſit cōpoſitū:ſi intelligat̄ vl'r de qualibȝ diffōne
ſed tn̄ pōt ꝯcedi loquendo de diffōne ſimpl'r ꝓprie di/
Capitu.5. cta:ad quē ſenſuȝ ph̄s tūc vbi allegat̄ loquebat̄. Unde
ſm ꝙ ponit Auicēna.ꝛ recitat ſcūs Tho.i tractatu de
eſſe ꝛ eſſentia:dr̄iam ſimplicē nō hn̄t niſi ſpēs:quarū
eſſentie ſunt cōpoſite ex mā ꝛ forma:ꝛ per ꝯn̄s nec pro
prie diffōnē:de qua ph̄s loquit̄:vbi allegat̄:ſed tunc in
Tex.cō.33. eodē ſenſu minor eſt falſa:vt pȝ 7° metaphy.nā vt ibi
habet̄ accidētia diffiniunt̄ tn̄ ꝑ additamēta ꝛ nō diffi
nitione ſimpl'r ꝓprie dicta. ¶ Et ad ꝓbationē dr̄:ꝙ nō
quelibȝ dr̄ia cū genere ſufficit ad diffōnē ꝓprie dictā:
ſed requirit̄ differētia eſſentialis exprimēs determina
tā partē eſſentialē rei ꝛ cōuertibilis cū diffinito:talē āt
dr̄iaȝ nō habēt accidētia. ¶ Ad illud aūt qō ꝯ̄ hoc ad/
ducit̄.ſ.ꝙ ideo diffiniunt̄ per extrinſeca : qꝛ depēdent
a ſubto:ꝛ nō qꝛ ſint ſimplicia ꝛc̄. Dico ꝙ ipſa ſic depen
dent a ſubiecto:ꝙ differentia accidentiū ſumit̄ nō ab
aliq̄ pte eſſentiali accidēns:ſed ex ipſa cōparatione ac/
cidentis ad ſubm:ita ꝙ ſubm tenet in diffinitione illo/
rū locū differentie:ſi diffiniant̄ in abſtracto:vt dicēdo:
ſimitas eſt naſi curuitas:vel locū generis,ſi diffiniant̄
in cōcreto:vt dicēdo:ſimus eſt naſus curuus: vt ponit
Capitu.7. ſcūs Tho.in tractatu de eſſe ꝛ eſſentia.vbi ſic ait.(Qꝛ
accidentia nō ꝯponunt̄ ex mā ꝛ forma:iō nō poteſt in
eis genus ſumi a mā:ꝛ differentia a forma:ſicut in ſub
ſtantijs cōpoſitis:ſed opȝ vt ꝑmū ſumat̄ genus ex ipſo
modo eēndi:ſm ꝙ ens diuerſimode ſm prius ꝛ poſte
rius de decē gn̄ibus ꝑdicat̄:ſicut dr̄ quātitas ex eo : ꝙ
eſt menſura ſube:ꝛ q̄litas ſm ꝙ eſt diſpoſitio ſube ſm
Lectio.2. ph̄m 12° metaphy.differētie vō in eis ſumūt̄ ex diuer/
ſitate ꝑncipiorꝫ:ex qbus cauſant̄:qꝛ ꝓprie paſſiones ex
ꝓprijs ꝑncipijs ſubiecti cauſant̄ ideo ſubm ponitur in
eorꝫ diffōne loco dr̄ie ſi in abſtracto diffiniunt̄:ſm ꝙ
ſunt ꝓprie in gn̄e:ſicut dr̄ ꝙ ſimitas eſt naſi curuitas.
Sed econuerſo erit:ſi eorꝫ diffinitio iueniret̄ ſm ꝙ dn̄r
cōcretiue:ſic eni ſubm in eorꝫ diffōne poneret̄ ſicut ge
nus:qꝛ tunc diffinirent̄ per modū ſubarū cōpoſitarū:
in qbus rō generis ſumit̄ a mā:ſicut dicimus ꝙ ſimū
eſt naſus curuus. Simil'r etiā eſt:ſi vnuȝ accn̄s ſit ꝑnᵐ
alterius accidentis:ſicut ꝑnᵐ relationis eſt actio ꝛ paſ/
Tex.cō.20. ſio ꝛ quātitas:ꝛ ideo ſȝ hoc ph̄s diuidit relationē qnto
metaphy. Sed qꝛ ꝓpria ꝑncipia accidentiū non ſemꝑ
ſunt manifeſta:iō qn̄q; ſumimus dr̄ias accidentiuȝ ex
eorꝫ effectibus:ſicut cōgregatiuū ꝛ diſgregatiuū ſunt
dr̄e colorꝫ:que cauſant̄ ex abūdantia vel paucitate lu
minis:ex qua diuerſe ſpēs coloris cauſant̄.) Hec ille
in forma. ¶ Ex quibus patȝ ſolo ad aliud:qō arguens

iducit de differētijs accn̄tiū:que ſunt nobis ignote ꝛc̄.
Dicat̄ eni ꝙ licȝ eſſent nobis note:tn̄ nō ſumerent̄
ex ptibus intrinſecis ipſi forme accn̄tali:ſed mō predi
cto. ¶ Ad ſextū ſoluit Grego.hn̄. Forme (inquit) acci
dentales ſūt ſimplices. Cū ꝓbat̄ ꝙ nō:qꝛ ois mutatio Grego vi.8. q.3.ad rōnē ſcdam.
per ſe vna ꝛc̄. Dōm ꝙ terminꝰ mutatiōis pōt accipi du
pliciter. Uno mō pro termino formali:ad quē trāſmu/
tatur ſubm:ſicut dicimus ꝙ ſubm qn̄ dealbat̄ muta/
tur ad albedinē:ꝛ mā ad formā in generatione ſubſtā/
tiali. Alio mō pōt accipi q̄uis minus ꝓprie pro cōpoſi
to ex ſubo ꝛ termino formali:ſicut ꝯpoſitū ſubſtātiale
pōt dici terminus trāſmutationis ſubſtātialis:ꝛ tūc di
cendū:ꝙ ſic ſumēdo in ꝑmo ſenſu terminū:maior eſt
vera.in ſcdo ſenſu falſa eſt:qꝛ nullius mutationis niſi
ſubſtātialis terminus ſic ſumptus eſt qd vnū ꝑ ſe:cuiꝰ
cām aſſignat ſcūs Tho.in tractatu ꝑallegato.(Qꝛ ſic Capitu.7°.
forma ſubalis nō hȝ ꝑ ſe eſſe abſolutū ſine eo:cui adue
nit:ita nec illud cui aduenit.ſ.mā.ſed ex coniunctione
vtriuſq; relinquit̄ illud eſſe:in quo res ꝑ ſe ſubſiſtit:ꝛ ex
eis efficit̄ vnū ꝑ ſe:ꝓpter qō ex cōiunctiōe relinqt̄ eēn
tia q̄dā.vnde forma q̄uis i ſe ꝯſiderata nō habeat cō/
pletā rōnē eſſentie:tn̄ eſt pars eſſentie cōplete. Sȝ illō
cui aduenit accn̄s eſt ens in ſe cōpletū ſubſiſtēs in ſuo
eſſe:qō qdē eſſe nāliter pcedit accidēs qō ſupuenit:ꝛ iō
accn̄s ſupueniēs ex cōiunctione ſui cū eo:cui ſupuenit
nō cauſat illud eſſe:in quo res ſubſiſtit:ꝑ qō res eſt ens
ꝑ ſe:ſed cauſat quoddā eſſe ſcdm:ſine quo res ſubſiſtēs
intelligi pōt eſſe:ſicut ꝑmū intelligi pōt ſine ſcdo.vnde
ex accidente ꝛ ſubiecto nō efficit̄ vnū ꝑ ſe:ſed vnū per
accn̄s:ꝛ iō ex eorꝫ cōiunctione nō reſultat eēntia q̄daȝ
ſicut ex cōiunctione forē ad māȝ:ꝓpͤ qō accn̄s neq; hȝ
rōnē cōplete eſſentie:nec eſt pͤs eēntie cōplete : ſȝ ſicut
eſt ens ſm qd.ita eſt eſſentia ſm qd.) Hec ille. ¶ Ad
ſcdam ꝓbationē dr̄:ꝙ non opȝ illud:qō eſt intrinſece
ſimpliciꝰ alio eſſe pfectius:niſi loq̄mur de re ſimplici
ſubſiſtēte:al's mā hoīs eēt pfectior hoīe.vn̄ ſcūs Tho.
ꝑ° pte.q.3.arti.7°.ad ſcdm ſic ait.(Apud nos cōpoſita
ſunt meliora ſimplicibus:qꝛ pfectio bonitatis creature
nō inuenit̄ in vno:ſed in multis:ſed pfectio diuine bo/
nitatis inuenit̄ in vno ſimplici.) Hec ille. ¶ Sciēduȝ
eni ꝙ ſm q̄ ipſe ponit ſunt gradus in pfectione reruȝ.
Ait eni ſic de v'itate.q.8.arti.3.ad 12ᵐ.(Sicut dic̄ ph̄s
in ſcdo celi ꝛ mūdi in rebus iuenit̄ multiplex gradus Tex.cō.63.
pfectionis. ¶ Primus ꝛ pfectiſſimus gradus eſt:vt ali
qd hēat bonitatē ſuā ſine motu ꝛ ſine adminiculo alte
rius : ſic̄ eſt perfectiſſima ſanitas in eo:q ꝑ ſe eſt ſanus
ſine auxilio medicine:ꝛ iſte gradus eſt diuine pfectiōis.
¶ Scdus gradus eſt eiꝰ:qō pōt ꝯſeq pfectā bonitateȝ
cū modico auxilio ꝛ pauo motu:ſic̄ eiꝰ q hȝ ſanitatē cuȝ
modico exercitio. ¶ Tertiꝰ gradus eſt eiꝰ:qō acqrit ꝑ/
fectā bonitatē cū multis motibus:ſicut qui acquirit ſa
nitatem cum multis exercitijs . ¶ Quartus gradus
eſt eiꝰ:qō nūq̄ pōt acqrere bonitatē:ſȝ acqrit aliqd de
bonitate ex motibꝰ. ¶ Quītus gradꝰ ē eiꝰ:qō non pōt
acqrere aliqd de bonitate:nec hȝ aliquē motū ad h̄:ſic̄
eſt gradꝰ illiꝰ in ſanitate q nūq̄ pt ſanari.vn̄ nullā me
dicinā accipit.) Hec ille. ¶ Idē ponit ꝑ° pte.q.77.art.
2°. ¶ Ex q̄ pȝ ꝙ licȝ creatura ſimplicior ſi ad eq̄lē pfe
ctionē ſe extēdat:ſic̄ creatura ꝯpoſita:ſic erit ꝓpͤ ſimplici/
tatē:tn̄ ſi creatura ꝯpoſita hēat plēs ꝛ nobiliores opōnes
q̄ creatura ſimplex:eo ſcō erit pfectior ſimplici : ſic āt
eſt de forā accn̄tali ꝛ de ſuba ꝯpoſita:iō accn̄s licȝ ſit ſim
plicius tali ſuba:nō tn̄ pfectius.imo multo ignobilius
ea. ¶ Ad illud qō addit̄ in tertia ꝓbatione.dico ꝙ hn̄
ꝯcluditur ꝙ ſupficies nuda nō ſit ꝓpriū ſuſceptiuum de

albationis:niſi inquantũ efficiẽ ꝓpriũ ſuſceptiuũ coloris per aliqd potẽtiale de gñe coloris:vt ꝑus dictũ eſt. ex quo tñ nõ ſequiẽ:ꝙ aliq̃ qualitas:puta color ſit itriſece ꝯpoſitus ex illo potẽtiali ⁊ ex actuali:vt dictũ fuit ſupra ad 4ᵐ. ❡ Sʒ ꝯ hoc ⁊ ꝯ ꝑdicta arguit Gregorius qꝛ ſi ponanẽ tales potẽtialitates in mã q̃ põt alterari: aut cuiuſlibʒ ſpẽi erit ꝓpriũ potẽtiale:aut idẽ potẽtiale eſſet diuerſarũ ſpẽꝝ. vbi grã. idẽ potẽtiale albedinis ⁊ nigredis:⁊ eodẽ mõ q̃rũlibʒ q̃litatũ:iter q̃s ẽ ꝑ ſe traſmutatio. ❡ Primũ inquit dici nõ ꝑt ꝓpter duo. ꝑmũ eſt:qꝛ cũ ſit traſmutatio iter formas ꝯrias:⁊ in qualibʒ traſmutatione ſit idẽ ſubm numero deferens vtrunq₃ terminũ traſmutationis:vt hẽ ex ꝑmo phyſicoꝝ:ſeqẽ ꝙ tale potẽtiale ꝓpriũ non erit ſubm imediatũ illius traſmutationis:cuius oppoſitũ tu dixiſti:tʒ ꝯña: qꝛ ſʒ te idẽ eſt ſubm motus ⁊ termini motus:ſed ſm te:terminus motus eſt ipſa forma actualis q̃ inducĩ:ſed illius ſubm nõ eſt illud potentiale:qð eſt ſubm actualis forme que abycĩ. ❡ Scðm eſt:qꝛ aut iſte potẽtialitates ꝓprie ſunt eternalr̃ in mã cõi:que eſt ſuba:aut aliq̃n de nouo fiunt in ea:ſi eternalr̃:ſeqẽ ꝙ in q̃libet mã poterit iduci quelibʒ forma a ꝓprio motore nullo alio motore iteruenĩete:ſed mãm aliquo mõ traſmutãte:⁊ ꝑ ꝯñs agẽs albedinẽ poterit in igne cauſare albedinẽ. ⁊ erit poſſibile in aceto generari imediate accidẽtia vini a ꝓprijs agentibus:⁊ gñaliter qðlibʒ fieri ex quolibet:qð eſt manifeſte falſum:tenet ꝯñtia:qꝛ paſſiuo exiſtente in ꝓpinqua potẽtia ⁊ diſpõne ad formam:nulla cauſa eſt q̃re ꝓpriũ agens nõ poſſit illã inducere:vt pʒ ex auctoritate Cõmẽtatoris 9ᵒ metaphyſi. cõmẽto 12ᵒ vbi dans differentiã iter mãm ꝓpinquã ⁊ remotã ſic ait. (Mã remota nõ eſt in potentia ad illud:cuius eſt mã:qꝛ indiget in hoc vt exeat in actuʒ alio motore ab eo:qð generat illud:qð eſt in potẽtia: vbi grã: q̃n terra nõ eſt idolũ in potẽtia:ſed eſt cuprũ in poª:q̃m cũ traſmutaẽ a corpe celeſti erit cuprũ:⁊ tunc cuprũ erit idolũ in poª:qꝛ eſt illud qð ab vno motore fit idolũ:ſcʒ a faciẽte idola. Et intẽdit Ariſt. hic declare:ꝙ mã que põt ſimplr̃:nõ indiget in hoc ꝙ exeat in actum niſi ab vno motore:mã aũt que dicẽ nõ poſſe ſimplr̃:ſed ꝑ potentiã remotã:ex:t in actũ ꝑ plẽs motores.) Per mãʒ aũt ⁊ potẽtiã ſimplr̃ itelligit mãm ſiue potẽtiã ꝓpinquaʒ: ſicut infra in eodẽ cõmẽto patet: vbi ait. (Illud qð eſt in potẽtia ſimplr̃ eſt illð qð eſt in mã ſimplr̃:⁊ hec eſt mã ꝓpinqua. Remota aũt nõ dicaẽ mã ſimplr̃:neq₃ in potẽtia ſimplr̃.) Hec Cõmẽtator. ❡ Scðm autem reſpõſionẽ ſequiẽ:ꝙ quelibʒ mã erit in potẽtia ꝓpinq̃ ad talẽ formã:cũ habeat ꝓpriã potẽtiã ⁊ habilitatẽ cuiuſlibet. ❡ Si vo dicaẽ ꝙ tales potẽtie nõ ſemꝑ ſũt in mã:ſed aliq̃n de nouo fiunt in ipſa:ſequiẽ ſm te ꝙ in mã ſit alia potẽtia ꝓpria preuia illi potẽtie:ꝑ quã tranſmutaẽ ad ipſam ⁊ recipit eã euiſdẽ generis cũ ea: ⁊ ſic in ifinitũ:vel ſi nõ:ſed imediate per ſe recipit illam ⁊ traſmutaẽ ad ipſam:falſa ſunt fundamẽta tua ⁊ ſuperflue ponunẽ tales potẽtialitates in mã:ſic g̃ pʒ:ꝙ non põt dici ꝑmũ mẽbrũ dicte diuiſionis. ❡ Scðʒ videlʒ ꝙ ꝯriaꝝ formarũ ſit idẽ potẽtiale ꝓpriũ nõ potes tu dicere:qꝛ tunc numerus taliũ potẽtiaꝝ nõ eſſet ſm nũerũ ſpẽꝝ entiũ generabiliũ: vt dicis. ❡ Itẽ qꝛ tunc eẽt eadẽ poª ꝓpinqua ꝯriaꝝ formaꝝ:⁊ ꝑ ꝯñs in quocũq₃ ⁊ q̃ncũq₃ põt induci vna forma ꝯtrariarũ poſſet idifferẽter iduci reliq̃. qð ad ſenſum pʒ eſſe falſũ. ❡ Itẽʒ illud ꝓpriũ potẽtiale. vbi grã albedinis aut eſt in aliq̃ ſubiecto:aut nõ. ſi nõ. g̃ eſt ſuba:⁊ ꝯñter ꝓpriũ ſuſceptibile accñtis eſt ſuba:ſi aũt in aliquo vt i ſubo. ergo eſt actus ⁊ diſpõ illius:in quo eſt ſubiectiue:⁊ ſi ſic etiã illð potẽtiale nõ eſſet receptiuũ alicuius actus:oportebit etiã ꝙ habeat aliud potẽtiale ſuſceptiuũ ꝓpriũ gñis:in quo ſit ſubiectiue ⁊ illud aliud:⁊ ſic in infinitũ:aut conceditẽ:ꝙ ois actus iformat imediate potẽtiale alterius generis. ❡ Ad iſta dr̃ cõcedendo ſcðʒ mẽbrũ dicte diuiſionis. ſ. ꝙ forme ꝯrie hñt idẽ potẽtiale ⁊ ſuſceptiuũ qð eſt eiuſdẽ generis cũ eis. Vñ ſcũs Tho. de veritate q. 8. arti. 14. (Sciendũ (inquit) ꝙ formarũ quedã ſũt vnius gñis:⁊ quedã diuerſoꝝ generũ:forme q̃dẽʒ que ſunt diuerſoꝝ generũ diuerſas potẽtias reſpiciunt:cũ vnitas generis ex vnitate mãe vel potẽtie ꝓcedat ſm phm. vñ poſſe eſt vnũ ſubm ſimul ꝑfici formis diuerſorũ generũ:qꝛ tunc vna potẽtia nõ determinabiẽ ad diuerſos actus:ſed diuerſe:ſicut ſi aliqð corpus ſimul eſt albũ ⁊ dulce:albedo ineſt ei ſm ꝙ ꝑticipat de nã diaphani:dulcedo aũt ſm nãm humidi:forme vero que ſunt vnius gñis vnã potẽtiã reſpiciũt ſiue ſint ꝯrie: vt albedo ⁊ nigredo:ſiue nõ:vt triangulus ⁊ quadratũ.) Hec ille. ❡ Tũc ad ꝑmã huius ꝑtis iprobationẽ dico ꝙ Cõmẽtator 12ᵒ metaphyſice cũ dicit. ꝙ numerus potentiarũ mãe eſt ſʒ numerũ ſpecierũ:large accipit ſpeciẽ pro gñe primo. ❡ Ad ſcðaʒ ꝓbationẽ cõcediẽ ꝯſequẽtia accipiẽdo potẽtiã ꝓpinquã:nec ipſe arguẽs accepit pro illa poª:que vnico motore põt reduci in actum. Patʒ eni ꝙ ſubm:qð ſubſtat vni ꝯrioꝝ põt ꝑ vnicum motorẽ. ſ. per agens ꝯtrariũ reduci in actũ forme oppoſite:vt videẽ ꝙ ignis reducit aliqd de frigiditate in calidıtatẽ. Et cũ ifert arguẽs:ꝙ tũc q̃ncũq₃ ⁊ in quocũq₃ ſubito põt induci calor:põt iduci frigus:concediẽ ꝙ in quocũq₃ ꝑ ſe ſuſceptiuo:ſed negaẽ ꝙ q̃ncunq₃: qꝛ licʒ forme ꝯrie habeãt idẽ ſuſceptiuũ:tñ alterũ nõ ꝯpatiẽ aliqd:qð alteri annexũ eſt:vel nõ repugnãs:⁊ iõ illð oʒ auferri:nõ tñ nouã potẽtiã iduci:ſicut licʒ idẽ ſit ſubm caloris ⁊ frigoris:tñ ſubm hñs frigus nõ põt recipe calorẽ niſi frigore amoto:⁊ aliquibus que ſequũẽ frigus. ❡ Ad tertiã iprobationẽ dico:ꝙ potẽtiale reſpectu coloꝝ eſt in ſubiecto:nec valʒ prima ꝯñtia ibi facta. g̃ eſt actus ⁊ nõ põt recipere:dico eni ꝙ eſt actus in latitudine entis ⁊ accidẽtis:nõ tñ in gñe exiſtẽtiũ. Similr̃ nõ dico:ꝙ illud potẽtiale recipiat q̃litates:ſed efficiẽ qualitas in actu exiſtentiũ de qualitate potẽtiali. Silr̃ nec valʒ ſcða ꝯña. dico eni ꝙ illud potẽtiale nõ requirit in ſubiecto aliud potẽtiale eiuſdẽ generis cuʒ eo: ⁊ cauſa eſt:qꝛ vt prius dicebaẽ:nulla traſmutatio terminaẽ de ꝑ ſe ad talia potẽtialia:⁊ tales icħoationes:ſed emanãt a ſuo ſubiecto ſine traſmutatiõe quadã nãli ꝯſequẽtia. vtpote q̃ncũq₃ miſcibilia taliter ſunt ꝓportionata: ꝑ traſmutationẽ talẽ acquiriẽ nouũ mixtũ:⁊ in eodẽ iſtã ti fluunt talia ab ipſo ſubo:ſecus eſt de formis que acquirunẽ ꝑ traſmutationẽ ꝑ ſe ꝑ terminatã ad eas. tales. n. ſunt actus alicuius generis. ⁊ cõſequẽter opʒ ꝙ habeãt potentiam euiſdem generis:non aũt potentia alicuius generis requirit vlterius aliã potentiã:qꝛ nõ hʒ ꝓpriaʒ potentiã per ſe reſpicientẽ talẽ potentialitatẽ:ſed ſubʒ aliqð qð ꝑmo ⁊ per ſe reſpicit actũ ſubſtãtialẽ vel accidẽtalẽ:ſecũdario reſpicit talia potẽtialia:⁊ ideo eſt ibi duplex ſimilitudo. ſcʒ ⁊ qꝛ talia non ſunt actus alicuiꝰ generis:⁊ qꝛ nõ hñt ꝓpriũ per ſe ſuſcepꝑbile. aer eni ꝑ per ſe eſt in potentia ad eſſe ſubale tanq̃ ad proprium actũ:ſecũdario eſt in potentia ad talia potentialia:que dicta ſunt:quibus mediantibus recipit actus. ❡ Ad ſe primũ ꝑncipale negaẽ añs. ſ. ꝙ genus ⁊ drĩa ſꝑ ſumãẽ a diuerſis realitatibꝰ in nã ſpẽi:cuiꝰ ſunt genꝰ ⁊ differẽtia. Et ad ꝑmã ꝓbationẽ dicĩẽ:ꝙ Ariſto. vbi allegaẽ loquitur

Cõtra riſio. huiꝰ tertie ꝓbationis Grego. diſti. 3. q. 3. ar. ꝑmo.

Prio ꝙ diuer aꝝ ſpẽꝝ nõ ſint diuerſe potentie. Tex. cõ. 72. ⁊ 74.

Nõ ꝯriaruʒ formaꝝ non ſit vna ⁊ eadẽ potẽtia.

Quid illud potẽtiale qð eſt in eodẽ genere: cuiꝰ eſt potẽtia.

Genꝰ ⁊ drĩa nõ ſꝑ ſumiẽ a diuerſis realitatibus.

quiř ſolū de diffōne ⁊ quidditate ſubſtātiarū ſenſibi-
Tex.cō.15. liū: vt patz.q2.8°.metaphy.dicit ꝙ in ſimplicibus eſt al
ter modus qōnis: vbi innuit ea que dixit ſupius de qd-
ditatibus rerū ⁊ diffōnibus intellexiſſe de diffōne ſen-
ſibiliū quidditatū. Pōt etiā dici ꝙ Ariſto. vocat mās
oē potentiale: ⁊ formā omne actuale: in quolibꝫ autez
qđ in genere poniř: eſt illa duo inuenire: lꝫ nō diſtincta
realiter. ❡ Ad ſcđam ꝓbationē dř: ꝙ ꝯñtia non valz.
Nā ad diffiniēdū nō ſufficit q̄litercūqꝫ ſignare totam
eſſentiā diffiniti: ſed opꝫ ſignare explicite oia pn° itrin-
Tex. com.5. ſeca diffiniti. Unū ᵒ phyſicoꝝ dř: ꝙ diffinitio diuidit i
ſingula: genus aūt ⁊ ſi ſignificet totā eſſentiā cōpoſitā.
nō tñ exprimit quālibet eius partē eēntialē. ❡ Ad ter-
tiā ꝓbationē negař ꝯñā: qua iferř: q2 tūc genus ⁊ dřia
nō diffinirēt: q2 nō ſignificarēt ꝑ idē qdditati illius rei
tā idē repetitū nō ſit idē ſibi ꝑ. Iſta inquā ꝓbatio ꝯñe
nō valz: nō eni eſt ibi repetitio eiuſdē rei eodē mō. nā
licꝫ gen⁹ ſignificet totū qđ ſignificat diffō: nō tñ eodez
mō: q2 genus nō dicat ptes niſi iplicite: diffinitio vō ex-
plicite ⁊ diſtincte. ❡ Itē gen⁹ nō ſolū dicit illā qddita
tē: quā ſignat diffinitio: ſed plures alias. ❡ Itē gen⁹ nō
predicař cōuertibilř de diffinito: diffō vō illo mō pdi-
cař. ſic ḡ patz ꝙ aliter dicat rē gen⁹: alr diffinitio. Et ſi-
milř dřia aliter q̄ꝫ gen⁹: q2 explicat ptē eēntialē: quā ge
nus nō explicat: ⁊ iō nō ē ibi talis repetitio. ❡ Ad 4ᵐ
ꝓbōnē dř: ꝙ eadē realitas pōt eē pnᵐ realis diſtinctio
nis ⁊ ꝯuenietie ſm rōnē: ꝯſtat eni ꝙ cōuenientia ſꝫ rō-
nē nō opponiř diſtinctioni reali: nec ꝯuenientia gñica:
diſtinctioni ſpecifice: ſic aūt eſt de illa realitate: a q̄ ſu-
Capi.e.5. miř dřia. Unū ſcūs Tho. in tractatu de eē ⁊ eēntia oſtē
dens qualis ſit vnitas generis. ſic ait. (Quis āt genus
ſignificet totā eēntiā ſpēi: nō tñ opꝫ vt diuerſarū ſpērū:
quaꝝ eſt idē genus ſit vna eēntia: q2 vnitas gñis ex ipſa
ideterminatiōe vel idřia ꝓcedit: nō aūt ſꝫ illud quod
ſignificař ꝑ genus ſit vna nā nuō in diuerſis ſpēb⁹: cui
ſupueniat alia res: q̄ ſit dřia determinās ipꝫ: ſic forma
determinat mām: q̄ eſt vna nuō: lꝫ q2 genus ſignat ali-
quā formā: nō tñ determinate hāc vel illā: quāꝫ deter-
minate dřia exprimit q̄ nō eſt alia q̄ꝫ illa: q̄ indetermi-
Com.11°. nate ſignificabař ꝑ genus: ⁊ iō dicit Cōmētator in 12°.
metaphy. ꝙ mā pma dř vna per remotionē oiūꝫ forā-
rū: ſed genus dř vnū ꝑ cōitatē forme ſignate. vñ patet
ꝙ ꝑ additionē dřie ablata illa ideterminatione q̄ erat
cauſa vnitatis: ſpēs remanēt per eēntiā diuerſe.) Hec
ille. ❡ Ex quo patz: ꝙ nā gñis nō dř vna realř i diuer-
ſis ſpēb⁹: nec ipſe diuerſe ſpēs ꝯueniūt i aliq̄ qdditate
que ſit realř vna ⁊ cōis eis: ſꝫ ſolū dř vna ꝑꝑ idetermi-
nationē: vel ideterminatā rōnē: q̄ fundat intentionem
gñis. ❡ Sꝫ ꝯ hāc ſolōnē arguiř: q2 ꝓcedit vel innuit ꝙ
Utruꝫ vle ſit ex intellectu. vnitas gñica vel ſpecifica vel alteri⁹ cuiuſcūqꝫ vlis nō
ſit extra intellectū in actu. hoc aūt vř falſuꝫ ꝑꝑ multa.
Tex.cō.33. tuꝫ q2 vle eſt ꝓpriū obm intellis. ḡ ꝓcedit potentiā ex
ſcđo de aia. ❡ Nec valz ſi dicař ꝙ vlitas nō eſt obm:
ſed qđ qd eſt. vlitas aūt eſt cōditio obiecti: vel modus
neceſſarius: nō modus cognitus: ſed ſub quo ꝯnotatur
obꝫ. Hoc iquā nō valz. q2 aut ille modus eſt factus ab
intellectu: aut nō: ſi nō. hř ꝓpoſitū. ſi ſic. ḡ nō eſt neceſſa
rius in obiecto: q2 ꝑus fuit obm itellis ſine illo mō cāto
ꝑ intentionē obiecti. Silr obm iquātū eſt ꝑus in actu
nō itelligiř ſub hoc mō. ḡ vel ſub nullo mō: vel ſub op-
poſito: q2 vt eſt obm determinat ſibi aliquez modum.
❡ Cōfirmař in alio ꝓpoſito: q2 vnū⁹ actū in ſenſu eſt
vnū obm ſm aliquā vnitatē realē: ſed nō numeralez.
igiř eſt aliqua alia vnitas q̄ꝫ nūeralis: ꝓbař maior: q2
potētia ipm obm ſcit iquātū videt ipſum hoc vnitate

ſtere: q̄ ſpūs ſcūs nouiter eſt in nobis: ſicut amatū qḋ
cūq;: qḋ nō dicimus: ſed imaginamur q̄ ſpūs ſcūs tēpo
raliter pcedit in nos: ſicut amor: quo deus eſſentialr di
lexit nos: quē nouiter nos reamamus: ⁊ ita pcedā arguē
ti: q̄ lapis pcedit in mētē: ſi lapis eſt amor: quo mens
diligitur: q̄ amor a mēte reamatur: ⁊ ita de ſuo ſole: de quo
arguit. ℃ Ad 4ᵐ dico: q̄ in exēplo ſuo impole eſt: q̄ vi
ſio nouiter terminetur ad corpus xp̄i: qn pſurgat nouus re
ſpectus iter viſionē: ⁊ illud corpus viſum: rōne cuius illa vi
ſio: que prius erat viſio albedinis: mō nouiter dr̄ viſio
corpis xp̄i: ⁊ ita in pposito: q2 mens nouiter gratifica
ta nouiter refertur ad ſpm̄ ſcm̄: ēt opz q̄ ſpūs ſcūs noui
ter referatur ad mētē gratificatā: rōne cuius dr̄ nouiter in
illam pcedere. Dico q̄ ſic viſio nō eſt ille reſpectus: qui
importatur in hoc nomine viſio corporis xp̄i: ſed illud
nomē importat viſionem cuz reſpectu: ita illa pceſſio
ſpūs ſancti nō eſt reſpectus ad creaturā: nec illuz iclu
dit intrinſece: ſed tamē hoc nomē pceſſio tēporalis i
cludit in ſuo ſignato pceſſionē ſpūs ſancti: ⁊ reſpectuz
temporalē: ⁊ ſic pz q̄ rationes ille nō pcludunt. ℃ Ad
primū Gregorij cōtra eādez cōcluſionē negatur ante
cedēs. Et ad primā eius pbationē dicitur: q̄ contradi
ctio eſt ſpiritū ſanctuz dari creature: ⁊ nihil aliud dari
creature: quia ſpm̄ ſanctū dari creature eſt ipſuz nouo
modo haberi a creatura: vt cognitū vel dilectum: ⁊ q2
ſpūs ſanctus nō poteſt eſſe formalis dilectio creature
actualis vel habitualis: ſimilr nec cognitio opz q̄ da
to ſpū ſancto detur noua cognitio vel dilectio: que di
ſtinguitur a ſpū ſcō. dicere ergo q̄ ſoluz ſpūs ſcūs datur
eſt dicere q̄ datur ⁊ nō datur. ℃ Ad 2ᵃᵐ pbationē eiuſdē

Si ſolū ſpūs ſcūs daretur: daretur ⁊ nō daretur.

antecedētis dr̄: q̄ nō eſt ſimile de factione ⁊ datione:
q2 factio terminatur ad eſſe. datio aūt ad haberi ab ali
quo nouo mō: mō lz aliqd poſſit fieri ſine alio: non tn̄
hēri ſine alio: qḋ applicet donū hēti: cuiuſmodi ē gr̄a vel
charitas in datiōe ſpūs ſci: ſicut color pōt eē ſine ſupfi
cie: nō tn̄ pōt dari corpori: niſi detur ſibi ſuperficies. i.

niſi habeat ſuperficiē. Ueruntamē falſum aſſumit̃: q̄ omne factibile poſſit fieri ſine omni eo qd̄ nō eſt illō nec aliqd eius: vt p3 de mā reſpectu forme. ❡ Ad 3ᵐ dr̃ negādo cōſequētiā: ⁊ ad ꝓbationē eius dicitur: q̄ ſpiritus ſcūs nō pōt dari creature: niſi dato alio dono creato eidem creature ⁊ hoc nō ideo q̄ creatū donū reqrat̃ ad dandū ſpm̄ ſcm̄: vel ad cōdonandū eū: nec ideo q̄ ſpūs poſtq̄ dat⁹ eſt neceſſario det aliqd̄ donū creatū: ſed q2 de rōne dationis ſpūs ſci eſt aliqd̄ diſtinctū a ſpū ſcō: ⁊ a deo: ⁊ a creatura cui dat̃ ſpūs ſcūs: qd̄ creatura nō pōt hr̄e niſi a deo dante: ⁊ eſt q̄ſi diſpoſitio ad h̄ q̄ ſpūs ſcūs habeat̃: vn̄ ſcūs Tho. p̄ ſen. diſ. 14. q. 2. arti. p̄. in fine dicit ſic. (Ordo aliquoꝝ ſm̄ nāʒ poteſt dupl'r ɔſiderari: aut ex parte recipiētis vl' mãe ⁊ ſic diſpoſitio eſt prior q̄ ad qd̄ diſponit: ⁊ ſic pri⁹ recipimus dona ſpūs ſci q̄ ipſū ſpiritū ſcm̄: q2 p ipa dona recepta ſpūi ſancto aſſimilamur: aut ex parte agentis ⁊ finis: ⁊ ſic qd̄ ꝓpinquius eſt fini ⁊ agēti dr̃ eſſe pri⁹: ⁊ ita per pri⁹ recipimus ſpūm ſanctū q̄ dona eius: q2 pr̃ ⁊ filius per amorē ſuum alia nobis donāt.) Hec ille. ❡ Itē ibidē arti. 2° ad ſcōm. (Proceſſio ſ3 q̄ hic loquimur claudit in ſe dationē: ⁊ non ſufficit q̄ ſit noua relatio qualiſcūq̄ creature ad deū: ſed op3 q̄ referat̃ in ipſum ſicut ad habitū: q2 qd̄ datur alicui habet̃ ab illo aliquo modo: perſona aūt diuina nō pōt haberi a nobis niſi vel ad fructū perfectū: ⁊ ſic habet̃ per donū glorie: aut ſm̄ fructū imperfectū: ⁊ ſic habet̃ per donū gratie gratū facientis: vel potius ſicut illud: per qd̄ fruibili cōiungimur inquātū ipſe perſone diuine quadā ſui ſigillatione in animab⁹ noſtris: in qbus formaliter fruimur. ſ. amore ⁊ ſapiētia: pp qd̄ ſpūs ſanct⁹ dr̃ pign⁹ hereditatis noſtre.) Hec ille. ❡ Ex qbus p3 q̄ ſpirit⁹ ſanctus nō pōt dari ſine hoc: q̄ detur donū creatū: per qd̄ habeatur. ❡ Ad cōfirmationē dr̃ eodē modo: quia ɔ̄ria nulla eſt. ❡ Modo ad arg⁹ in pede qōnis dico: ad primū ɔcedit̃ maior. ⁊ negat̃ mior. nō enī ꝓceſſio aliqua ſpūs ſancti eſt res tēporalis in ſe: ſed tēporalis ꝓceſſio dr̃ tēporalis: q2 nō totum: qd̄ importat̃ in hoc nomine tēporalis: ꝓceſſio enī eſt eternū: imo importat aliquid tēporale. ſ. reſpectū nouū: ⁊ ideo totum aggregatum ex eterno ⁊ tp̄ali dr̃ tp̄ale: tm̄ ex illo eterno: ⁊ alio tp̄ali nō efficit̃ vnū p ſe. ❡ Diſt. XV. ⁊ XVI

❡ Utrū cuilibʒ pſone mitti ɔueniat. ❡ Qō. I.

CIrca diſtinctionē 15ᵐ ⁊ 16ᵐ queritur. Utrū cuilibet diuine perſone ɔueniat mitti. Et arguit̃ q̄ ſic. Pater mittitur: ⁊ de filio ac ſpū ſancto nō eſt dubiū quin mittant̃. ergo quelʒ perſona diuina mittitur. antecedēs p3: pro pᵐa parte. nā diuinā perſonā dari eſt illam mitti: ſed pater dat ſeipſum: cū haberi non poſſit niſi ſeipſo donāte. ergo videt̃ q̄ pr̃ mittat ſeipʒ.

In oppoſitum arguit̃ ſic. Nulla pſona diuina mittit̃. ergo non cuilʒ perſone diuine cōuenit mitti. antecedēs p3. miſſus. n. eſt minor mittēte: ſed nulla perſona eſt mior alia. ergo perſona diuina a nullo mittitur.

In iſta qōne erunt tres articuli. In pᵐo inqretur qd eſt miſſio i diuinis. In ſecūdo. an quelibʒ mittatur. In tertio. an aliqua perſona mittatur nulla alia miſſa.

Quantum ad primū ſit pᵐa ɔclo. Rō miſſionis conſiſtit in duplici habitudine. Iſtā ponit ſcūs doctor pᵐa parte. q. 43. arti. p̄. quā ꝓbat ſic. (In rōne (inqt) miſſionis duo iportant̃: quoꝝ vnū eſt habitudo miſſi ad eum: a quo mittit̃. Aliud eſt habitudo miſſi ad terminū: ad quē mittitur: per h̄ aūt q̄ aliquis mitti ̃ oſtēdit̃ ꝓceſſio quedā miſſi a mittēte: vel ſm̄ imperiū: ſicut dn̄s mittit ſeruū: vel ſm̄ cōſilium: ⁊ ſic cōſiliarius dr̃ mittere regē ad bellandū: vel ſm̄ originē: vt ſi dicat̃ flos emittit̃ ab arbore. Oſtēdit̃ etiā habitudo ad terminū: ad quē mittitur: vt aliquo modo ibi eſſe icipiat: vel q2 prius ibi oīno nō erat: quo mittitur: vel q2 incipit ibi eſſe aliquo modo: quo prius nō erat ibi.) Hec ille. ❡ Ex quo p3: q̄ miſſio eſt ꝓceſſio alicuius ab aliquo: ⁊ in aliquē terminū: vt in eo noviter: vel nouo modo ſit. Eādem ɔcluſionē ponit pᵐo ſen. diſt. 15. q. i. arti. p̄. ❡ Secunda cōcluſio eſt. Miſſio cōuenit diuinis perſonis. ꝓbatur ſic ſm̄ eandē prima parte vbi ſupra. (Miſſio (inquit) diuine perſone conuenire pōt ſm̄ q̄ importat ex vna parte ꝓceſſionē originis a mittēte: ⁊ ſm̄ q̄ iportat ex alia parte nouū modum eſſendi in aliquo: ſicut filius dr̃ miſſus a patre in mūdū: ſm̄ q̄ icipit eſſe in mūdo viſibiliter per carnē aſſumptā: ⁊ tn̄ antea in mundo erat: vt dr̃ Jo. p̄.) Hec ille. ❡ Tertia ɔcluſio eſt. Miſſio de ſui rōne differt a ꝓceſſione ⁊ datione. Iſtam ponit ſcūs doctor vbi ſupra ſic dicens. (Proceſſio inquantum proceſſio dicit realē diſtinctionē tm̄ ad principiū: a quo ꝓcedit: ⁊ non ad aliquē terminū. Datio autē nō iportat diſtinctionē dati a principio a quo datur: q2 idē poteſt dare ſeipſū ſed tm̄ dantis ab eo cui datur: vt ſupra dictū eſt: ſ3 miſſio ponit diſtinctionē in ipſo miſſo ⁊ ad principiū ⁊ ad terminū: ⁊ ideo cū dr̃ ſpūs ſanct⁹ mitti: icluditur in ſignificatiōe miſſionis vterq̄ reſpect⁹. ſ. eternus ꝓut a patre ⁊ filio ꝓcedit: ⁊ tēporalis ꝓut ſignificat̃ in habitudine ad creaturā: que nouo mō ſe h3 ad illū.) Hec ille. ❡ Idē ponit pᵐa parte. q. 43. artic. 2°. vbi ſic ait. (In his que iportāt originē diuinarum perſonaꝝ eſt quedā differētia attēdēda. Quedā. n. in ſui ſignificatione iportāt ſolā habitudinē ad pncipiū: vt ꝓceſſio ⁊ exitus. Quedā vō cū habitudine ad pnᵐ determināt ꝓceſſionis terminū: quoꝝ qdā determināt eternū: ſic generatio ⁊ ſpiratio. nā gnō eſt ꝓceſſio diuine pſone in nāʒ diuinā: ⁊ ſpiratio paſſiue ſūpta iportat ꝓceſſionē amoris ſubſiſtētis. Quedā vō cū habitudine ad pnᵐ important terminū tēporalē: ſicut miſſio ⁊ datio: mittit̃ enī aliqd ad hoc: vt nouo modo in aliquo ſit: datur aūt vt habeat̃: pſonā aūt diuinā haberi ab aliq̄ creatura: vel eſſe nouo mō exiſtēdi in ea eſt quoddā tēporale: vnde miſſio ⁊ datio dicunt̃ tēporaliter tm̄: generatio ⁊ ſpiratio ſolū ab eterno: ꝓceſſio aūt ⁊ exitus dicunt̃ in diuinis ⁊ eternal'r ⁊ tēporal'r. nā filius ab eterno ꝓceſſit vt deus ſit: tēporaliter aūt vt ſit hō ſ3 miſſionē viſibilē: vel vt ſit in hoīe ſ3 inuiſibilē miſſionē.) Hec ille. ❡ Ex ꝑdictis pōt haberi: q̄ eadē res eſt generatio ⁊ ꝓceſſio ⁊ datio ⁊ miſſio: licʒ reſpect⁹ connotati vel iportati per iſta noīa ſint diuerſi. ❡ S3 ɔ̄ iſta arguit Aureo. Et p ɔ̄ primā ɔclōnē in h̄: q̄ dicit q̄ miſſio iportat ꝓceſſionē ſ3 originē: eo modo quo dr̃: q̄ flos emittit̃ de arbore. ❡ Primo ſic. Miſſio ꝓut de ea hic loqmur nō eſt idē qd̄ ꝓceſſio: nec miſſus eſt idē: qd̄ ꝓductus: imo miſſio ſumit̃ ꝓ legatiōe: ⁊ miſſus dr̃ legatus: ſicut de filio dr̃ Abdie. Auditū audiuim⁹ a dn̄o: ⁊ legatum ad gentes miſit: ſed flos non dicit̃ legari ab arbore: nec originari eſt legari. ergo miſſio ꝓut hic accipit̃ nō importat habitudinē originis. ❡ Secūdo ſic. Miſſio nō iportat ꝓceſſionē ab aliquo ſm̄ rōnē ɔſilij vel imperij: ſ3 magis ſ3 acceptionē poteſtatis: ⁊ dnij: ⁊ auctoritatis: vnde legatus dr̃ in humanis: qui poteſtatē: aut auctoritatē accipit

Ordo ſ3 nāʒ dupl'r ɔſiderari.

Cōtra pᵐaʒ ɔclō. arguit Aureo. di. 15 q. 2. ar. 2.

Abdias Cap. p̄°.

accipit a legante: ſed in diuinis filius ⁊ ſpūs ſcūs accipiant auctoritatē: ⁊ poteſtatē a patre: ille naſcēdo: iſte ꝓcedēdo. ergo quāuis ſit ibi habitudo originis: nō tñ ſꝫ eā dicet̃ perſona legari ſeu mitti: ſed ſm acceptionem auctoritatis ⁊ poteſtatis. ❡ Et ſi dicat̃ ꝙ acceptio nō eſt aliud ꝙ̄ origo: nō valꝫ. qꝛ ſi eſſet origo abſqꝫ hoc ꝙ cōicaretur auctoritas: ſicut eſt in flore qui orit̃ ex arbore: talis origo nō induceret miſſionē: ⁊ ſilr ſi eſſet auctoritatis cōicatio ſine origine: ſicut eſt in hūanis: ibi ſaluaret̃ vera legationis ratio: ꝓpter qḋ origo filij nō dr̃ legatio inquātū origo: ſed inquātū auctoritatis cōicatio: ⁊ quedaꝫ trāſfuſio. ❡ Tertio ſic. Si fili⁹ diceret̃ mitti a patre ſꝫ rōnē illā: qua flos emittit̃ ab arbore: miſſio filij eſſet ab eterno: ab eterno nāqꝫ filius eſt a patre: vt radius a ſole: ⁊ flos ſeu ramus ab arbore: ſꝫ nullus dicit: ꝙ miſſio filij ſit eterna. nō ergo accipit̃ miſſio ſꝫ illaꝫ rōnē. ❡ Deinde arguit cōtra eaſdeꝫ ꝯcluſiones. ſ. pͥᵐ ⁊ ſcḋaꝫ quātū ad hoc qḋ dicūt: ꝙ de rōne miſſiōis eſt: ꝙ miſſus in termino ad quē mittit̃ nouo mō eē incipiat: hoc quidē inquit iſte nō eſt veꝝ: imo ſufficit ꝙ ibi prius exiſtēs de nouo auctoritate vti incipiat: ſicut pꝫ in hūanis. Nā exiſtēti Pariſius pōt papa ꝯmittere auctoritatē cām aliquā ventilādi ⁊ decidēdi: ⁊ talis quidē diceret̃ legatus: non qꝛ de nouo veniret Pariſius: ſed quia iaꝫ ibi exiſtēs de nouo auctoritatē acciperet. Silr̃ ēt ſi auctoritate accepta mādaret̃ ſibi de nouo: vt ea vti inciperet: nō eſt dubiū ꝙ diceret̃ quodāmodo de nouo legari. ſic ergo in ꝓpoſito nō eſt de rōne diuine ꝑſone qñ legat̃: ꝙ de nouo eē incipiat: ſed ꝙ accepta auctoritate de nouo vtat̃.) Hec ille in forma. ❡ Ad pͥᵐ iſtoꝝ dr̃: ꝙ miſſio in diuinis eſt eadē ſm rē cū ꝓductione: et miſſus cū ꝓducto. Sed ſm rōnē miſſio dicit de ſignificato formali ꝓceſſionē alicui⁹ ab aliquo: quocūqꝫ modo ꝓcedat: ſed qꝛ ꝓceſſio in diuinis nō pōt eſſe niſi ſꝫ originē: iō miſſio in diuinis quo ad ſignificatum mãle dicit ꝓceſſionē ſꝫ originē. ❡ Et cū dr̃: ꝙ ꝑſona que in diuinis mittit̃ legat̃: ⁊ flos miſſus ab arbore nō legat̃. Dico ꝙ nō intendim⁹: ꝙ per oīa ſunt ſiles miſſio ꝑſone a perſona ⁊ floris ab arbore: ſed ſolū in hoc ꝙ vtraqꝫ ē ſolū ꝓceſſio ſm originē. Exēpluꝫ. n. de flore poſitū eſt ſolū ad oſtēdēdū ꝙ ad miſſionē non requirtur ꝓceſſio ſm ꝯſiliū: vel imperiū: ſed ſufficit ꝓceſſio ſm originē ⁊ ideo cū ex illa ſimilitudie infert̃. emiſſio floris nō eſt legatio. ergo miſſio ꝑſone nō eſt legatio: nulla eſt ꝯña: qꝛ lꝫ ambe miſſiones cōueniant in hoc: qḋ eſt ꝓcedere ſm originē: tñ in hoc differūt: ꝙ illud: qḋ mittit̃ ab arbore nō per ſe operat̃: nec per ſe ſubſiſtit dum mittit̃: nec eſt ſuppoſitū diſtinctū a mittēte. ⁊ alia infinita diſſimilia prit inueniri. ❡ Ad 2ᵐ dr̃: ꝙ miſſio de ſuo ſignificato formali nō importat ꝓceſſionē ſm rōneꝫ ꝯſilij: nec ſm rōnē imperij: nec ſꝫ originē: nec ſm acceptionē poteſtatis: ſed ſolū ꝓceſſionē alicui⁹ ab aliquo in aliqḋ quocūqꝫ modo ꝓcedat: loquēdo aūt de ſignificato mãli: dico ꝙ miſſio in aliq̄ nā ſignificat ꝓceſſionē ſm originē: ⁊ ſꝫ acceptionē poteſtatis: ⁊ nāe: vl̓ accidētis. ❡ Et ſilr̃ cū ꝓbat̃: ꝙ in diuinis miſſio dicat ꝓceſſionē ſꝫ acceptionē ptātis: ⁊ nō ſm originē: qꝛ ſi eſſet ibi origo ſine trāſfuſiōe ptātis: vel auctoritatis: ſicut eſt in flore ⁊c̃. negat̃ illud: imo eſt vera miſſionis rō: ſed nō legatiōis vñ iſtud argᵐ ſolū ꝓbat: ꝙ legatio nō dicat ꝓceſſionē ſm originē: ſed ſꝫ auctoritatē: ⁊ ideo cū ſic arguit̃: legatio in diuinis dicit talē ꝓceſſionē ⁊ nō talē: ſed miſſio in diuinis eſt legatio. ḡ miſſio in diuinis dicit ꝓceſſionē ſm ⁊c̃. eſt fallacia accidentis: accidit. n. ꝙ miſſio ſit legatio. ❡ Ad 3ᵐ dr̃: ꝙ miſſionis rō in diuinis nō pro-

Utrꝫ de rōne miſſionis ſit ꝙ miſſus nouiter ⁊c̃.

Forte vt generis ꝓceſſionē vl̓ ſpēo ꝓceſſionē originis ⁊c̃.

ciſe cōſiſtit in hoc: qḋ eſt ꝓcedere ſm originē: ⁊ iō non eſt eterna. ❡ Ad 4ᵐ dr̃: ꝙ impoſſibile eſt aliquē nouiter vti ptāte ſibi data Pariſius: qn nouo mō ſit Pariſius. ❡ Et iō cū arguēs dic̃: ꝙ ſufficit: ꝙ miſſus nouiter vtat̃ auctoritate ſibi collata: ⁊ nō ſit Pariſius nouiter. Dico ꝙ illud nō ſufficit: cū ſit impoſſe ⁊ implicans ꝯdictionē. ſ. ꝙ nouiter operet̃ Pariſi⁹: ⁊ nō ſit pariſi⁹ nouo mō exiſtēdi: nos. n. dicim⁹ aliqḋ nouiter alicubi exiſtere: vel nouo modo: ſi ſit aliq̄ nouitas in eo: vel in eius effectu: vl̓ ſi habeat nouū reſpectū ad aliqḋ quocūqꝫ mō: ⁊ vndecūqꝫ veniat ille reſpect⁹: ſiue ſit rei vel rōnis: ⁊ ſic pꝫ ꝙ argumēta nō ꝯcludūt. Et hec de pͥmo articulo.

Non. n. nouiter aut nouo mō ſic̃ flos.

Quantum ad ſcḋm articulū ſit pͥma ꝯclo. Soli patri in diuinis repugnat miſſio. ꝓbat̃ ſic iſta ꝯclo. Qꝛ patri repugnat miſſio: ⁊ cuilꝫ alteri ꝑſone ꝯuenit miſſio. ergo ꝯclo va. Scḋa ps añtis pꝫ per dicta ſanctoꝝ: ſꝫ pͥma ꝓbat̃ ſic. Miſſio in ſui ratione importat ꝓceſſionē ſm originē ab alio in diuinis: vnde cū pr̃ nō ſit ab alio: nullo mō ꝯuenit ei mitti: ſed ſolum filio ⁊ ſpūi ſancto: quibus conuenit eſſe ab alio. Iſta ſunt verba ſancti doctoris pͥma parte. q. 43. arti. 4º ❡ Eandē ponit pͥ ſen. diſti. 15. q. 2. artic. pͥmo. in ſolutione ad 4ᵐ. ❡ Secūda ꝯcluſio eſt. Mittere perſonaꝫ diuinā ꝓprie ꝯuenit patri ⁊ filio: ſed minus ꝓprie cōuenit ſpūi ſancto. ꝓbatur iſta cōcluſio. Naꝫ mittere dicit rationē principij in mittēte. verbi gr̃a: mittēs eſt principiū plurium pertinētiuꝫ ad miſſionē: verius videtur ſibi cōpetere ratio mittētis: ſed ſic eſt de patre ⁊ filio. nam ſm ſanctū Tho. prima parte vbi ſupra art. 8º (Cū dicit̃ aliqua perſona mitti deſignat̃ ipſa perſona ab alio exiſtēs: ⁊ effectus viſibilis: aut inuiſibilis: ſꝫ quē miſſio diuine perſone attēditur. Si igitur mittēs deſignatur vt principiū perſone miſſe: ſic nō quelibet perſona mittit: ſed ſoluꝫ illa: cui ꝯuenit eſſe principiū illi⁹ perſone: ⁊ ſic filius mittitur tñ a patre: ſpūs ſanct⁹ aūt a patre ⁊ filio. Si vero perſona mittens intelligat̃ eſſe principiū effectus: ſm quē attēditur miſſio: ſic tota trinitas mittit perſonā miſſam.) Hec ille. ❡ Ex quo pꝫ ꝙ pater dū mittit ipſe eſt principiū ꝑſone miſſe: ⁊ ipſi⁹ effectus miſſionis: ⁊ ſimilr̃ duꝫ filius mittit ſpūm ſanctum: ſed duꝫ ſpiritus ſanct⁹ mittit aliquam perſoneꝫ nō eſt principiū perſone: quā mittit: ſed effect⁹ miſſionis. Qꝛ autem ſpiritus ſanctus mittat perſonā diuinaꝫ pꝫ per Augu. 2º de trinitate cap. pͥ. dicentem: ꝙ filius mittitur a ſe: ⁊ a ſpiritu ſancto: ⁊ ſpūs ſanctus mittitur a ſe ⁊ a filio: hoc recitat ſcūs Tho. vbi. ſ. ❡ Prio autē ſen. diſt. 15. q. 3. arti. pͥ. ſic ait. (Quidā dixerunt: ꝙ ꝓprie ſpūs ſcūs dr̃ ſe mittere: ⁊ hoc determinādūꝫ vr̃: ſi virt⁹ nominis attēdat̃. Miſſio. n. vt dictū eſt: importat duo. ſ. miſſum eſſe ab alio ratiōe auctoritatis: quā importat ⁊ iterū effectum: ſm quem nouo modo in aliqua creatura ſpiritus ſanctus datur: vnde ſenſus eſt: ſpirit⁹ ſanctus mittitur: ideſt ab aliquo eſt: ⁊ ſit nouo modo in aliquo: nulla tamē mutatione facta circa ipſuꝫ: ſicut pri⁹ dictū eſt. ❡ Notandū tamē: ꝙ diuerſimode verificatur locutio: qñ aliqḋ cōiunctū predicat̃ de aliquo ſm eſſe: ⁊ qñ ſꝫ fieri: qñ. n. ꝑdicat̃ ſm eſſe: opꝫ ꝙ vtrūqꝫ illoꝝ in eſſe dicat̃: vt ſi dicā. Sor. eſſe hoīem albuꝫ: opꝫ ꝙ ſit homo: ⁊ ꝙ ſit albus: niſi alterū illoꝝ diminuat rationē alteri⁹: vt cum dr̃: homo mortuus: ſed qñ predicatur cōiunctū ſm fieri: ſufficit ꝙ alterū in fieri predicetur: vt ſi dicat̃: ꝙ Sor. eſt nūc factus hō albus: ſufficit ad veritatē hui⁹ locutionis: ꝙ ſit nūc factus albus: quāuis nō ſit factus hō. ❡ Itē notādū: ꝙ qñ aliqḋ ꝯpoſitum ꝑdicat̃ de aliquo ſm fieri: diuerſimode ſe hꝫ in

faciente ⁊ in facto:qꝛ ex parte facti:opꝫ ꝙ vtrūqꝫ ꝑdicetur ſm eſſe:⁊ ſi nō ſꝫ fieri:vñ ſi dicaꝫ:iſte eſt factus hō albus:opꝫ eū eſſe hoīeꝫ:⁊ eſſe albū:niſi alterū ſit diminués rōnē alteri⁹:non aūt opꝫ ꝙ fiat hō: ſed ꝙ fiat albus:ex pte aūt faciētis:qꝛ nō referꝭ ad factū: niſi ſꝫ illud:qđ fit in ipſo:ſufficit ꝙ faciēs dicaꝭ facere alteꝝ tm̄:vt ſi dicā:pictoꝛ facit parietē albū:nō opꝫ ꝙ faciat eſſe parietē:⁊ faciat eū eſſe album:ſed ſufficit ſi faciat eū eſſe albū tm̄. Dico ergo ꝙ miſſio qꝛ ponit miſſum eſſe in aliquo eo mō quo pri⁹ non erat:⁊ ſic fieri in illo ſm illū modū iportat quādā factionē.nō realē factionem:ſed rōnis tm̄:que terminaꝭ ad relationē rōnis: ⁊ nō rei:ſicut deus dꝛ factus refugium. Senſus ergo eſt: ſpūs ſanctus eſt miſſus id eſt ē fact⁹ ens ab alio exiſtēs in creatura per grāꝫ:vnde opꝫ ad hoc ꝙ dicaꝭ miſſus ꝙ ſit ab alio:⁊ fiat i aliquo ſm nouā habitudinē: ꝓpter qđ pater nō pōt dici mitti:qꝛ nō eſt ab alio. Si autē ac cipiamus ex pte mittētis:tunc mittere ſpm̄ ſcm̄ nihil aliud eſt ꝙ̄ facere ſpm̄ ſcm̄ exiſtentē ab alio eſſe in aliquo ſm nouā habitudinē:⁊ ideo cuicūqꝫ pſone ↄuenit facere alteꝝ iſtoꝝ.ſ.ꝙ ſit in aliquo ſm nouā habitudinez:dicetꝭ mittere ſpm̄ ſcm̄:ꝙ̄uis nō ſit ꝑn̄ᵐ ſpūs ſancti ſm ꝙ eſt ab alio:⁊ ꝙ tota trinitas facit ſpm̄ ſanctū eē in aliquo ſm nouā habitudinē ꝓpter donū collatū totius trinitatis:ideo tota trinitas dꝛ ſpm̄ ſanctū mittere:⁊ ipſe ſeipſuꝫ mittit:⁊ ipſe a ſe mittiꝭ ſub eodeꝫ ſenſu.) Hec ille. ⁋ Ex qbus pꝫ:ꝙ cū dꝛ:filius vel pꝛ mittit ſpm̄ ſcm̄:pater vel filius deſignaꝭ eſſe ꝑn̄ᵐ duoꝝ: q̄ importat miſſio.ſ.ꝙ ſpūs ſcūs eſt ab alio:⁊ ꝙ eſt nouo modo in alio:cū aūt dꝛ ſpūs ſcūs mittit ſe:ipſe nō deſignaꝭ eſſe ꝑn̄ᵐ illoꝝ duoꝝ:ſed ſolū vni⁹:⁊ lꝫ quelꝫ iſtarū ꝓpoſitionū ſit ꝓpria:tn̄ ꝑma plus videꝭ habere ꝓprietatis:ſicut ⁊ iſta:filius mittit ſpm̄ ſcm̄ ꝙ̄ iſta:filius mittit ſeipm̄:⁊ credo ꝙ iſta fuit mens ſancti doctoris.

Cōtra ſcōaʒ ↄclonē Aur. vbi ſup ar. 5°

⁋ Sed ↄtra hoc arguit Aureo dicēs:ꝙ hic modus dicendi.ſ.q recitatus eſt de ſūma ꝑma pte.q.43.arti.8. cū poſui ſcōaʒ ↄclonē. Ille inquā modus nihil facit nos ſcire:de hoc.n.dubiū eſt:vtrū pſona mittēs per hoc ꝙ dꝛ mittere deſignaꝭ eſſe ꝑn̄ᵐ:ſicut pſona que mittitur deſignaꝭ ex hoc ꝙ mittiꝭ eē ꝑncipiata. In hoc eni difficultatē faciūt multi:mitti qdē ⁊ mittere videnꝭ vnū ſignificare:licꝫ vnū actiue ⁊ reliquū paſſiue: ꝓpter qđ ſi mitti iportat originari:mittere vꝛ iportare originare:⁊ in hoc eſt difficultas hui⁹ q̄ſiti:que nō tollitur per iſtū modū dicēdi.) Hec ille. ⁋ Ad iſtud reſpondeꝭ ꝙ iſte modus ſci doctoris pleni⁹ facit nos ſcire veritateꝫ queſiti ꝙ̄ modus alioꝝ. Et cū iſte arguit:ꝙ dubiuꝫ eſt an pſona mittēs ⁊c̄. dico ꝙ iſtud dubiū ipſe ſoluit tam in ſcripto ꝙ̄ in ſūma:cū ponit ſententialr̄:ꝙ nulla pſona mittit:niſi ſit ꝑn̄ᵐ alicui⁹ iportati per miſſionē.ſ.vel pſone miſſe:⁊ effect⁹ miſſionis:per quē modū mittit filiuꝫ pater ⁊ ſpm̄ ſcm̄ pater ⁊ filius:vel ſaltē niſi ſit ꝑn̄ᵐ ſolius effect⁹ miſſiōis:lꝫ nō pſone miſſe:quō ſpūs ſcūs mittit ſeipm̄:⁊ filiū:⁊ filius mittit ſeipꝫ:nō tn̄ oꝫ ꝙ pſona:q̄ mittit:ſit ꝑn̄ᵐ pſone miſſe:niſi in ꝓpꝛiſſima miſſione:que cōpetit patri reſpectu filij:⁊ reſpectu ſpūs ſci ⁊ filio reſpectu ſpūs ſci:nō aūt reſpectu ſui:nec cōuenit ſpūi ſcō reſpectu ſui vꝉ filij. ⁋ Et cū dꝛ ꝙ difficultas ē cur mittere nō dicit originare:ſicut mitti dicit originari:ↄcediꝭ:ſed iſta elucidaꝭ per dicta ſancti doctoris in ſcripto pri⁹ allegata:vbi oſtēdit quō diuerſimode ſe hꝫ in faciēte ⁊ facto:qꝛ aliqđ cōpoſitū ꝑdicaꝭ de alio ſm fieri:vñ licꝫ mittere ꝓpꝛiſſime dictuꝫ dicat originare ſicut mitti dicit originari:tn̄ cū aliter accipiꝭ non dicit originare:ſed facere pſonā originatā eſſe in aliquo ſm noua habitudinē: vt dictū fuit. Quare aūt mitti ſemꝑ iportat originari a mittēte vel ab alio: nō ſemꝑ auteꝫ mittere dicit originare pſonā miſſam vel aliā. Dico ꝙ nec mittere de for̄ali ſigñato ſigñat originare:nec mitti originari:ſed mitti dicit ꝓceſſionē vel exitū alicuius ab aliquo in aliqd:⁊ qꝛ in diuinis nō eſt alius exit⁹ niſi ſm originē:iō de ſigñato mālī in diuīs mitti dicit originari:mittere autē de formali ſignificato dicit eē ꝑncipiū alicui⁹ iportati vel reqſiti ad miſſionē: ⁊ qꝛ talia ſunt duo:pſona miſſa:⁊ effectus miſſionis:vꝉ noua habitudo:ideo reſpectu cuiuſcūqꝫ aliqd dicatur eſſe ꝑn̄ᵐ: dicetꝭ perſonā mittere:vnde formalia ſignificata illorū verboꝝ mittere ⁊ mitti ſunt oppoſita.ſ. ꝓcedere ⁊ ꝑncipiare:ſed nō mālia:⁊ de hoc ſunt ifinita exempla.

Cur mitti originari a mittente vel ab alio non adē pſonaʒ origiare im portat.

⁋ Quero.n.ab arguēte.vñ eſt ꝙ oē calefactuꝫ eſt creatuꝫ:⁊ tn̄ nō oē calefaciēs eſt creās:oē cōicās in diuinis eſt ꝓducēs in diuinis:nō tn̄ oē cōicatū eſt ꝓductuꝫ:vt pꝫ de eſſentialib⁹ attributis:⁊ tn̄ cōicare ⁊ cōicari ſignificāt vnū:lꝫ cōicare ſignificatione actiua: cōmunicari vero paſſiua:iſto modo eniꝫ ipſe arguit. ⁋ Cōtra zᵃᵐ ↄclonē arguit Sco. ꝓbādo:ꝙ non quelꝫ pſona mittat perſonā diuinā.

Cōtra ſcōaʒ Sco. diſ. 14. ʒ op. ms.

⁋ Primo ſic. Mittere ⁊ mitti ſūt oppoſita relatiue:ſed mitti icludit ꝓduci.ergo mittere icludit ſuū correlatiuū:qđ eſt ꝓducere. ⁋ Secūdo. Si oppoſitū de oppoſito:⁊ ꝓpoſitū de ꝓpoſito:ſed mittere ⁊ mitti ſunt oppoſita.ḡ mittere erit origiare:cū mitti ſit originari. ⁋ Tertio. Mittere ⁊ mitti videnꝭ eādē rē ſignificare ſm diuerſos modos grāmaticales:ſꝫ mitti ſigñat reſpectū origis ad itra cū cōnotatōe termini extra.ḡ mittere ſignificabit reſpectū origis ad itra:vñ cū ſignificet actiue illud:qđ mitti ſignificat paſſiue:⁊ mitti icludat originari:ſeqtur ꝙ mittere icludet originare. ⁋ Quarto. Mittere eſt auctētice dare ſm acceptionē factoꝝ:ſꝫ dare auctētice nō pōt diuina pſona:niſi ſꝫ auctēꝫ originis.ḡ oīs pſona:que aliaꝫ mittit ipſaꝫ originat. ⁋ Quīto. Si de rōe pſone mittētis nō eſt ꝙ miſſam originet:ita ꝙ ſpūs ſcūs poſſit mittere filiū vel ſeipꝫ:pari rōne fili⁹ poterit mittere patrē: ſicut eniꝫ ſpūs ſcūs ꝓduciꝭ a filio:ſic filius a prē.ſed Aug⁹. expreſſe dicit 4.° de tri.cap.vltīo.ꝙ pꝛ nō legiꝭ miſſus ꝓpter auctoritatē ꝑncipij.ergo ſpūs ſcūs nō mittet filiuꝫ a quo ꝓcedit. ⁋ Sexto. Perſona mittēs dicitur opari ꝑ miſſaꝫ:ſicut pꝛ diffundere charitatē ꝑ ſpm̄ ſcm̄ ⁊ erudire ꝑ filiū:ſed nulla pſona dꝛ opari per aliā : niſi quatenus originat eam.igitur idē qđ prius. ⁋ Ad primuꝫ dico.ꝙ modus arguēdi nō valet:niſi addito i minori:ꝙ mitti de formali ſignificatōe in recto includeret ꝓduci:qđ negatur:mitti eniꝫ de formali ſignificato dicit fieri entē ab alio nouo mō in creatura:ita ꝙ ly fieri cadat ſuper hoc totum ens ab alio nouo mō in aliquo nō rōne ꝑme ptis.ſ.ens ab alio:ſꝫ rōne ſcōe.ſ.i aliquo nouo mō:vt dcm̄ eſt in zᵃ ↄne. Cōſtat aūt ꝙ i hac deſcriptiōe nō poniꝭ ꝓduci in recto:ſꝫ in obliquo:non eniꝫ mitti eſt ꝓduci in aliq̄ nouiter:ſꝫ eſt ꝓductū fieri in aliq̄ nouiter:adhuc autē clari⁹ eſt:ſi mitti deſcribaꝭ ſic. Mitti ē exire ab aliquo in aliqd:vt dcm̄ eſt in ſolone argumēti Aur.⁊ iſtātia ibi data oſtēdit iſtud arguᵐ nō ↄcedere. ⁋ Ad zᵐ dꝛ:ꝙ illa regula non tꝫ: niſi vbi in vtraqꝫ ↄbinatiōe eſt ꝑdicatio formalis in ꝑmo mō dicēdi per ſe:vel ſaltē in ſcōo. Exēplū primi. Sanitas ⁊ ifirmitas ſunt oppoſita:⁊ ꝓportio humorū ⁊ diſproportio humoꝝ ſunt oppoſita:iō hñ ſeqꝭ:ſi ꝓportio eſt gen⁹ ſanitatis:ꝙ diſproportio erit genus infirmitatis. Exemplū ſcōi. Albū eſt diſgregatiuū.igiꝭ nigrū eſt cōgregatiuū:nec tamē opꝫ:ꝙ ↄtrarioꝝ ↄtraria ſint genera:ſed

ra:ſed de differētijs bene opʒ:ꝙ ɔ̃rioꝝ cōtrarie ſint dif ferētie:vnde nō ſeqtur:albū ⁊ nigrū ſunt ɔ̃ria. ergo ſicͭ albū eſt viſibile nigrū eſt iuiſibile.℄ Ad 3ᵐ dr̄:ꝙ mitti nō ſignificat reſpectū originis de ſignificato formali:ſed de mãliadeo nō opʒ:ꝙ ſi mitti dicat reſpectū originis:ꝙ ſilr̄ mittere dicat reſpectuʒ oppoᵐ. ℄ Ad 4ᵐ negat̄ maior.nā tunc filius nō mitteret ſpm̄ ſcm̄:quia ꝓprie loq̄ndo ſolus pater dat auctētice. Ille.n. ꝓpe dr̄ auctor:qui nō hʒ ab alio:ſed cōicat alijs: cōſtat aūt ꝙ filius hʒ a patre:ꝙ det ſpūm ſcm̄:ɔceſſo tn̄ ꝙ perſona quelibʒ ꝓducēs aliā det illā auctentice:adhuc falſa eſt maior:q2 ad rōnē mittētis nō eſt:ꝙ habeat auctoritatē ſuper miſſuʒ:pʒ.q2 ſm̄ ſanctū Tho.dans cōſiliū regi dicit̄ eū mittere:vt dicit̄ pᵃ pte.q.43.arti.p. Et recitatuʒ eſt in pᵃ ɔclōne articuli pmi. Dato tn̄ ꝙ mittere dicat auctoritatē.illa tn̄ eſt reſpectu miſſionis:⁊ nō reſpectu miſſi. ℄ Ad 5ᵐ dr̄ ꝙ nō eſt de rōne mittentis:ꝙ miſſum originet:ſed ſolū ꝙ originatuʒ facit eſſe nouo mō in aliquo:⁊ ideo q2 pr̄ a nullo eſt originatus:iō nec a ſe:nec ab alio mittit̄:ſed q2 filiꝰ eſt originatus.licʒ nō a ſe:iō filiꝰ pōt ſe mittere:q2 licʒ nō originet ſe:tn̄ originatuʒ fecit eē nouiter in aliquo:⁊ ɔſilr̄ dico de ſpū ſcō. ℄ Ad 6ᵐ negat̄ maior:ſed ſufficit:ꝙ operet̄ effectum miſſionis. Et iſte rñſiones dant̄ de miſſione cōiter dicta loquēdo.nā ſtrictius ⁊ ꝓprius loquēdo de miſſiōe: vt dicebat̄ in ſcḋa cōclōne huiꝰ articuli: argumētoruʒ cōclōnes vere ſunt nō ꝓpter vim rōnū:ſed ꝓpter dcā ſanctorū. Et hec de ſcḋo articulo.

Quantum ad tertiū articulū ſit pma cōcluſio. Miſſio filij diſtiguit̄ a miſſiōe ſpiritus ſci. pbatur ɔclo.q2 gnō filij diſtinguit̄ a ꝓceſſione ſpūs ſancti.ḡ miſſio vnius a miſſione alteriꝰ: tenet ɔña:q2 miſſio filij vel eſt gnātio eiꝰ:vel nō diſtinguit̄ ab ea ſm̄ rē:licʒ quātū ad rōnē dicat vltra ꝓceſſionē filij aliquos reſpectꝰ rōnis:⁊ eodeʒ modo ꝓceſſio ſpūs ſancti eſt eius miſſio:lʒ differat rōne. ℄ Scḋa ɔclo ē: Iſte due ꝓceſſiones cōueniūt quantū ad effectū:⁊ differunt.pbat̄ ſm̄ ſanctū Tho.pma parte.q.43.arti.5. ad 3ᵐ.vbi ſic ait.(Miſſio(inquit)iportat originē perſone miſſe:⁊ habitationē per graʒ: vt ſupra dictū eſt.ſi ergo loq̄mur de miſſione quantū ad origineʒ:ſic miſſio filij diſtinguit̄ a miſſione ſpūs ſancti:ſicut gnō a ꝓceſſione:ſi autē quātū ad effectū grē:ſic cōueniunt ille due ꝓceſſiones in radice grē.ſed diſtiguunt̄ in effectibus grē:qui ſunt itellectus illuminatio:⁊ affectus inflāmatio.)Hec ille. ℄ Tertia cōclo eſt. Nūq̄ ſpūs ſcūs mittit̄ qn̄ mittat̄ filius loquēdo de miſſione iuiſibili: nec ecōtra.pbat̄ iſta ɔclo. Quādocūq̄ mittit̄ diuina perſona datur grā gratuʒ faciens:ſed quandocūq̄ datur gratia gratum faciens illuminat̄ intellectus:⁊ ſic mittitur filiꝰ.inflāmat̄ affectus:⁊ ſic ſpūs ſanctꝰ mittitur. ℄ Iſtā cōcluſionē ponit ſcūs doctor pma parte ibidē:⁊ dictā pbationē in ſnīa in reſpōſione ad 3ᵐ:⁊ ēt in rñſione ad pᵐ. vbi ſic ait.(Licʒ oīa dona inquātum dona ſunt attribuant̄ ſpūi ſancto:q2 hʒ rōnē pmi doni ſm̄ ꝙ eſt amor:vt ſupra dictū eſt. Alia tn̄ dona ſm̄ ꝓprias rōnes attribuunt̄ ꝑ quandā appropriationē filio.ſ.illa que ptinēt ad itellectū:⁊ ſm̄ illa dona attēditur miſſio filij:vn̄ Aug.dicit 4° de trinitate:ꝙ tunc filius iuiſibilr̄ mittit̄:cū a quoq̄ cognoſcit̄ atq̄ ꝑcipit̄.) Hec ille. ℄ Eādē ɔclōnē ponit p ſen.diſt.16.q.1.ar.2°. (Una(inqt)miſſio nūq̄ eſt ſine alia:q2 amor notitiā ſequtur:⁊ notitia ꝑfecta:ſm̄ quā eſt miſſio filij ſemꝑ inducat amorē:⁊ ideo ſil̄ ifundunt̄ ⁊ ſimul augmētāt̄.) Hec ille. ℄ Et ad 4ᵐ ſic ait.(Illa notitia ex qua ꝓcedit amor viget in fructibꝰ diuio amore:ꝑ quē.ſ.cognoſcūt diuinā bonitatē inquātū eſt finis:⁊ inq̄tū eſt largiſſime fluens in eos ſua beneficia:⁊ talē notitiā perfecte nō habēt qui amore ipſiꝰ nō accēdunt̄.) Hec ille. ℄ Sed contra iſta arguit Aureolus ſignāter ɔtra 3ᵃᵐ cōclōnē in hoc qḋ inuit:ꝙ nō per oēm ꝑceptionē veritatis dr̄ mitti verbū:hoc inqt nō vr̄ veꝝ:cū ſapiētia aliquoꝝ maloꝝ hoiūʒ attribuat̄ dono dei:vn̄ ſapia. Salomonis ꝑſeuerauit i eo tpe:quo extitit in peccato mortali:⁊ tn̄ ſm̄ eā miſſū eſt ſibi verbū:qḋ eſt ſapiētia:quā poſtulat vbi ait.(Mitte illā de celis ſcis.)vr̄ ḡ ꝙ verbi miſſio ſeparet̄ in eo a dono charitatis. ℄ Secūdo. Quia Eccl.p dr̄:ꝙ omnis ſapia a dn̄o deo eſt:⁊ ꝙ fons ſapie eſt verbū dei in excelſis:⁊ ibi loqtur ſapiēs de cognitione veritatis creaturaꝝ nō ſolū de cognitiōe diuinoꝝ:vn̄ ait.(Altitudinē celi latitudinē terre ⁊ ꝓfūdū abyſſi quis dimēſus eſt?)Et tunc ſubdit ꝙ fons ſapie eſt vbū dei in excelſis:⁊ hoc nō eſſet niſi filius mitteretur dum ꝑcipit̄ ois ꝓfunda veritas:eſto ēt ꝙ non ſpectet ad charitatē.ḡ ideʒ qḋ pus. Hec ille. ℄ Ad pᵐ iſtorum dr̄ ꝙ lʒ ois ſapia ſit donum dei:nō tn̄ per oēm ſapiētiā verbū dr̄ ihabitare illū:cui ſapia illa dat̄:ſed ſolum qn̄ datur cū gratia gratū faciente:ac per hͦ cū miſſio ꝑſone fiat ad inhabitādū illū ad quē mittit̄:nō ſequit̄ ſi aliqs hʒ ſapiam ex dono verbi ꝙ ad eū mittat̄ verbū. Et iſtā rñſionē dat ſcūs doctor pᵃ pte.q.43.ar. 3°. ad 3ᵐ argᵐ:qḋ includit iſta duo:que facta ſunt ab arguēte iſto. Et cuʒ dr̄ de Salomone ⁊c. Dico ꝙ ſicut fides nō ifundit̄ niſi illi:ad quē mittit̄ filiꝰ:illa tn̄ fides manet xp̄o deſinente ihabitare:quē pus habitabat:ita in ifuſione ſapie Salomō recepit ſpm̄ ſcm̄:⁊ filiū qui iuiſibiliter ad eū miſſi ſunt:qn̄ tn̄ ille mortaliter peccauit nō amiſit ex toto illā ſapiaʒ:duʒ ꝑſone ad euʒ miſſe ab eo receſſerūt:tn̄ nō credo ꝙ dum erat in peccato mortali haberet perfecte illā actualē noticiā:de qua locutus eſt ſanctus doctor in p ſen.vt ſtatim in fine 3ᵉ cōcluſionis recitaui. ℄ Ad 2ᵐ per ideʒ. ℄ Modo ad pᵐ argᵐ.q̄ōnis negat̄ ꝙ pr̄ mittatur. Nec valet ꝓbatio:q2 dare ⁊ mittere differūt:vt dcm̄ eſt. Aliter tn̄ ſoluit ſcūs Tho.pᵃ pte.q.43.arti.4°. ad pᵐ.(Dicit eni ꝙ ſi li dare iportat liberalē cōicationē aliciꝰ:ſic pater dat ſeipſuʒ inq̄tū liberalr̄ ſe cōicat creature ad fruendū. Si vͦ iportet auctoritatē dantis reſpectu eius qḋ dat̄:ſic nō cōuenit dari in diuinis niſi ꝑſone: que eſt ab alio: ſicut nec mitti:⁊ intendit vt videt̄ ꝙ dari nō cōuertitur cū mitti:niſi datio importaret dictā auctoritatē. ℄ Ad illud in oppoſituʒ reſpōdet eadē.q.artic.pmo:ꝙ miſſio importet minorationē in eo qui mittitur ſm̄ ꝙ importat ꝓceſſionē a principio mittēte:aut ſm̄ imperiū: aut ſʒ ɔſiliū:q2 iperās eſt maior:⁊ cōſiliās eſt ſapiētior:ſed in diuinis nō iportat niſi ꝓceſſionē originis:q̄ eſt ſm̄ eq̄litatē:vt ſupra dictū eſt.)Hec ille. Diſt. XVII.

Contra tertiā Aure. vbi ſupra arti. 2°

De ſalomōe cū ſapiēʒ habuerit qn̄ peccauit mortaliter.

℄ Utꝝ charitas ſit aliqs hīcꝰ i aīa creatꝰ. Qō.XVII.

Circa decimā ſeptimaʒ diſtinctionem querit̄. Utruʒ charitas ſit aliquis habitus creatus in aīa. Et arguitur ꝙ nō. Nulla creatura ē dignior aīa xp̄i:ſed charitas eſt dignior aīa xp̄i q2 ipſa charitate aīa xp̄i digna ē ⁊ bōa. ergo charitas nō eſt creatura.

In oppoſituʒ arguitur per Aug.qui 3° de doctrina chriſtiana dic̄.(Charitatē voco animi motum ad fruēdū deo ꝓpter ipʒ:) ſed motus animi eſt aliquid creatum in aīa.ergo charitas eſt qd̄ creatum in anima.

Quid ſit charitas ꝫ magiſter ſententiaꝝ ꝙ eſt deus.ſ.ſ.qd declarat h Egidius.d. ꝙ eſt motio mentis a.ſ.ſ.mediante tñ gr̃a que dr̄ nō ē: ꝛ iō negat magr̄ charitatē eē habitū diſtinctū realr̄: nō aūt ſimplr̄ ipſaꝫ eē habitum eodē fere mō Sco. d.ſ. q. 2. Ipſe autē Egi. ꝛ gerardꝰ realr̄ charitatē a gr̃a ñ diſtiguūt qd nō ē de mēte S.Th cū teneat ipã gr̃aꝫ in aīa ſubiective charitatē vo in volūtate. An vo ſit in nobis nec̃io ꝫ Aur. ꝙ ſic cuiꝰ oppm̄ tenēt Dur. frāciſ. greg. di. ꝙ deꝰ pt hēre charita. aliq̃ ſine hītu medio de potẽte tamē abſoluta qd aſſerūt thomiſte aſſerētes tñ ꝙ talis denoiatio nec extrinſeca nō aūt itriſeca chari. diceret h ē ex diuina nr̃ acceptatiōe.

In hac qōne erant duo articuli. In p̄ ponent̄ cōcluſiones. In ſcd̕o dubitatiões.

Quantum ad p̄m ſit pma ɔcl̕o. Motꝰ charitatis nec̄io reqrit formā aliquā habitualē in nobis ſupadditā potētie nāli. Probat̄ ſic. iſta ɔcl̕o ꝫ ſcm̄ Tho. ſcd̕a ſcd̕e.q.23.arti.2°. vbi ſic arguit. (Si motus charitatis ita ꝓcedit a ſpū ſcō mouēte humanā mentē: ꝙ mens humana ſit tm̄ mō mota: ꝛ nullo modo ſit pn̄m huius motꝰ: ſicut cū aliqd corpꝰ mouetur ab aliquo exteriori mouēte: nullo mō ille motꝰ erit volūtariꝰ: hoc eniꝫ eſt ɔtra rōnē volūtarij: cuiꝰ opꝫ pn̄cipiū in ipſo eſſe: vn̄ ſequeret̄ ꝙ diligere nō eſſet volūtariū: qd̕ iplicat ɔdictionē: cū amor de ſui rōne iportet ꝙ ſit actꝰ volūtatis. Similr̄ etiā nō pōt dici: ꝙ ſic moueat ſpūs ſcūs volūtatē ad actū diligēdi: ſicut mouet̄ inſtrumētū: qd̕ ꝛ ſi ſit pn̄m actus: nō tn̄ eſt in ipſo agere vel nō agere: ſic eniꝫ tolleret̄ rō volūtarij ꝛ excluderet̄ per ɔñs rō meriti: cum tn̄ dilectio charitatis ſit radix merēdi: ſed opꝫ ꝙ ſic moueat̄ volūtas a ſpū ſcō ad diligēdū: ꝙ ēt ipſa ſit efficiēs hūc actuꝫ. Nullus aūt actꝰ pfecte ꝓducit̄ ab aliq̃ potētia paſſiua: niſi ſit ei ɔnālis per aliquā formā: que ſit pn̄m actionis: vn̄ deus qui oia mouet ad debitos fines ſingulis rebꝰ indidit formas: p quas iclinent̄ ad fines ſibi preſtitutos a deo: ꝛ ſm̄ hoc diſponit oia ſuauiter: vt dr̄ Sap.8°. Manifeſtū auteꝫ eſt ꝙ actꝰ charitatis excedit nām potētie volūtatis: niſi ergo aliq̃ forma ſupadderet̄ potētie nāli: per quam iclinaret̄ ad dilectionis actū: ſm̄ hoc eſſet actꝰ iſte imperfectior actibꝰ aliaꝝ virtutū: nec eſſet facilis: nec delectabilis: qd̕ pꝫ eſſe falſum: qꝛ nulla virtꝰ hꝫ tantā inclinationē ad ſuū actū: ſicut charitas: nec aliq̃ ita delectabiliter operat̄: vn̄ maxie neceſſe eſt: ꝙ ad actū charitatis exiſtat i nobis aliq̃ habitualis forma ſupaddita potentie nāli iclinās ipſam ad charitatis actuꝫ: ꝛ faciens eā ꝓmpte ꝛ delectabilr̄ opari.) Hec ille in forꝰ. ❡ Eādem ꝓbationē ponit ideꝫ de virtutibꝰ.q.2.artic.p̄. vbi deducit ꝓlixe: ꝙ ſi actꝰ charitatis in hoie nō ex aliquo habitu iteriori ꝓcedat nāli potentie ſupaddito: ſed ex motiōe ſpūs ſci: ſeqtur alteꝝ duoꝝ: vel ꝙ actꝰ charitatis nō ſit voluntariꝰ: quod eſt ipoſſibile: aut ꝙ nō excedat facultatē nāe: ꝛ hoc eſt hereticū. ❡ Itē ibi deducit ꝙ illo habitu remoto actꝰ charitatis aut nō erit actus volūtatis: aut ꝙ nō erit meritoriꝰ. ❡ Itē ꝙ hō qui eſt in charitate ad actū charitatis nō ſit ꝓmptus: neq̧ illū delectabilr̄ agat: ex hoc eniꝫ actꝰ virtutū ſunt nobis delectabiles: ꝙ ſm̄ habitꝰ ɔformamur ad illos: ꝛ inclinamur in illos p modū iclinationis nālis. ❡ Eādē cōcluſioneꝫ tenet p̄ ſen. diſt.17.q.i.articu.p̄ vbi ſic arguit. (Tota (inqt) bonitas aie ipſius eſt ex charitate: vnde quātū bona eſt: tantū hꝫ de charitate: ꝛ ſi charitatē nō hꝫ: nihil eſt. ſicut dr̄ pme Cori.13. cōſtat aūt ꝙ per charitatē aīa nō minꝰ hꝫ de bonitate in eſſe gr̃e: q̃ per virtutē acquiſitā in eſſe politico: virtus autē politica duo facit: qꝛ facit bonū habentē: ꝛ opus eius bonuꝫ reddit: multo ergo fortiꝰ hoc faciet charitas: neutrū aūt horū effici poterit: niſi charitas ſit habitꝰ creatꝰ: cōſtat enim ꝙ oē eſſe eſt a forma aliq̃ inherēte: ſicut eſt albū ab albedine: ꝛ eſſe ſubſtātiale a forma ſubali. ſicut igit̄ non pōt itelligi: ꝙ paries ſit albꝰ ſine albedine inherēte: ita nō pōt itelligi: ꝙ aīa ſit bona in eſſe gratuito ſine charitate: ꝛ gr̃a iformāte ipſam. Similr̄ ēt cū actus ꝓportionat̄ potentie actiue vel operatiue: ſicut effectꝰ ꝓprie cāe: ipoſſibile eſt intelligere: ꝙ actus pfectꝰ in bonitate ſit a potētia nō pfecta per habitum: ſicut ēt calefacere nō pōt eſſe ab igne niſi mediāte calore: ꝛ iō cū actꝰ charitatis pfectionē quādā habeat ex hoc: ꝙ eſt meritoriꝰ oībꝰ modis: opꝫ ponere charitatē eſſe habitū creatū in aīa: qui qdē efficiēter eſt a tota trinitate: ſed exēplariter manat ab amore: q eſt ſpūs.ſ. ꝛ iō frequēter inuenit̄ ꝙ ſpūs ſcūs ſit amor: quo diligimꝰ deū ꝛ ꝓximū.) Hec ille. ❡ Scd̕a ɔcl̕o eſt. Actꝰ meritoriꝰ nec̄io reqrit gr̃aꝫ creatā in aīa eliciēte vel ꝓducēte hō actū. Probat̄ q̄tū ad pmā partē ꝙ gr̃a reqrat̄: vn̄ ſcūs Tho. pꝰ ſcd̕e.q. 109.arti.5°. ſic ꝓbat. (Actꝰ ꝓducētes ad finē opꝫ eſſe fini ꝓportionatos: nullus aūt actꝰ excedit ꝓportionē pn̄cipij actiui: ꝛ iō videmꝰ in rebꝰ nālibus: ꝙ nulla res pōt pficere effectū p ſuā operationē: q excedat virtutē actiuaꝫ: ſed ſolū pōt ꝓducere per opationē ſuā effectū ſue virtuti ꝓportionatū: vita aūt eterna eſt finis excedēs ꝓportionē humane nāe (vt dictū eſt:) ꝛ iō hō per ſua nālia nō pōt ꝓducere opa meritoria ꝓportionata vite eterne: ſed ad h exigit̄ altior v̄tus: que eſt v̄tus gr̃e: ꝛ ideo ſine gr̃a hō nō pōt mereri vitā eternā: pōt tn̄ facere opa ꝓducētia ad aliqd bonū hoi cōnāle.) Hec ille. ❡ Idē argm̄ ponit 2° ſen. diſ.29.q.i.arti.p̄. ❡ Sꝫ ſecūdaꝫ partē.ſ. ꝙ hō gr̃a ſit aliqd creatuꝫ in aīa ꝓbat ſcūs Tho. de veritate.q.27.arti.p̄ ſic. (Deus aliqbꝰ vult bonuꝫ ſupnāle: qd̕ eſt vita eterna: ſed hoc bonū deꝰ vult alicui digno: ꝛ nulli idigno: ex nā aūt ſua hō non eſt dignꝰ tātē bono: cū ſit ſupnāle: ꝛ iō ex h ipſo ꝙ ponit̄ q a deo gratꝰ reꝰ huiꝰ boni: ponit̄ ꝙ in eo ſit aliqd: p qd̕ ſit dignꝰ tali bono ſup ſua nālia: qd̕ qdē nō mouet diuinā volūtatē: vt hoieꝫ ad bonū illud ordinet: ſꝫ potꝰ ecōuerſo ex hoc ipſo: ꝙ deus ſua volūtate aliquē ordinat in vitā eternā: preſtat eni aliqd: p qd̕ ſit dignꝰ vita eterna: ꝛ hoc eſt qd̕ dr̄ Col.p̄. Qui dignos nos fecit in partē ſcōꝝ in lumie. Et huiꝰ rō eſt: qꝛ ſicut ſcia dei eſt cā reꝝ nō cauſata a rebꝰ vt noſtra: ita ꝛ volūtas eiꝰ ē effectrix boni ꝛ cauſata a bono: ſicut nr̃a. ſic ḡ hō dr̄ gr̃aꝫ dei habere nō ſolū ex hoc ꝙ hō diligit̄ a deo in vitā eternā: ſed ex h ꝙ dat̄ ei aliqd donū: per qd̕ eſt dignꝰ vita eterna: ꝛ hoc donū dr̄ gr̃a gratuꝫ faciens: aliter enim ēt in peccato mortali exiſtēs poſſet dici eſſe in gr̃a dei: ſi gr̃a ſolā diuinā acceptationē diceret: cū cōtingat aliquem peccatorē eē pdeſtinatū ad vitā eternā habēdā.) Hec ille. ❡ Idē ponit pma ſcd̕e.q.110.arti.p̄ ꝛ 2°. In p̄ qdeꝫ dicit: ꝙ ſm̄ cōeꝫ modū loquēdi gr̃a triplr̄ accipi ɔſueuit. Uno mō ꝓ dilectiōe alicuiꝰ: ſicut ɔſuetimus dicere: ꝙ iſte miles hꝫ gr̃am regis.i. rex hꝫ eū gratū. Scd̕o mō ſumit̄ ꝓ aliquo dono gratis dato: ſicut ɔſueuimꝰ dicere: hāc gr̃aꝫ facio tibi. Tertio mō ſumit̄ ꝓ recōpēſatiōe bn̄ficij gratis dati: ſm̄ ꝙ dicimur agere gr̃as benefactori: quoꝝ triū 2m̄ depēdet ex p̄: ꝛ ex 2° ꝓcedit 3m̄. In 3° aūt arti. euiſdē qōnis dicit. (In eo q dr̄ gr̃am dei hr̄e ſigñr eē qdā effectꝰ gratuite dei volūtatis. Dictuꝫ eſt aūt ſupra: ꝙ duplr̄ ex gratuita dei volūtate hō adiuuat̄. vno mō inq̄tū aīa hoīs mouet̄ a deo ad aliqd cognoſcēdū: vl̕ agēdū: vl̕ volēdū: ꝛ h mō ipſe gratuitꝰ effectꝰ in hoie nō ē q̄litas: ſꝫ motꝰ qdā aie: actus.n. mouētis in moto eſt motꝰ: vt dr̄ 3° phy. Alio mō adiuuat̄ T.cō.16.
hō ex gratuita dei voluntate: ſm̄ ꝙ habituale donū a deo aie ifundit̄: ꝛ hoc iō: qꝛ nō eſt ɔueniēs: ꝙ deꝰ minꝰ ꝓuideat hiis: quos diligit ad ſupnāle bonū q̄ creaturis quas diligit ad bonū nāle habēdū: creaturis aūt nālibus ſic ꝓuidit: vt nō ſolū moueat eas ad actꝰ nāles: ſꝫ etiā largiat̄ eis formas ꝛ virtutes quaſdā: que ſunt pn̄cipia actuū: vt ſm̄ ſeipſas inclinent̄ ad hō motus: ꝛ ſic motꝰ qbus a deo mouent̄ fiunt creaturis cōnāles ꝛ faciles. ſm̄ illd̕ Sap.7°. (Qui diſpōit ſuauiter.) Multo igit̄ magis illis: quos mouet ad habēdū bonuꝫ ſupnāle eternū

ſe eternū īfundit aliquas formas ſeu q̄litates ſuperna-
turales ſ̄m quas ſuauiter ꝛ ꝓmpte ab ipſo moueant̄
ad bonū eternū ꝯſequendū: ꝛ ſic donū gratie eſt q̄daꝫ
qualitas.) Hec ille. ¶ Idem ꝓbat 2° ſen. diſti. 26. q. i.
arti. p̄ ꝛ 2°. ¶ Itē 3° cōtra Gētiles cap. i49. (Oportet
(inquit) gr̄aꝫ aliqd in hoīe gratifico eſſe quaſi quādā
formā ꝛ ꝑfectionē ipſi⁹. Qđ eniꝫ in aliquē finē dirigit̄
opꝫ ꝙ habeat cōtinuū ordinē in ipſuꝫ. nā mouens cō-
tinue mutat quouſqꝫ mobile per motū finem ſortiat̄.
cū igit̄ auxilio diuine grē homo dirigat̄ in vltimuꝫ fi-
nem (vt oſtēſuꝫ eſt) opꝫ ꝙ cōtinue hō iſto auxilio po-
tiatur quouſqꝫ ad finē ꝑueniat: hoc autē nō eſſet: ſi pre
dictū auxiliū participaret hō ſ̄m aliquē motū aut paſ
ſionē: ꝛ nō ſ̄m aliquā formā manētē: ꝛ quaſi quietātē
in ipſo: mot⁹ enim ꝛ paſſio talis nō eſſet in hoīe: niſi q̄n
actu ꝯuerteret̄ in finē: qđ nō continue ab hoīe agit̄: vt
ꝑcipue pꝫ in dormiētib⁹. eſt ergo gr̄a gratū faciens ali
qua forma ꝛ ꝑfectio in hoīe: manēs ēt cū nō operat̄.)
Hec ille. ¶ Ibi etiā ponit multas alias pulcherrimas
rōnes. ¶ Tertia ꝯcluſio eſt. Gratia gratū faciēs realr
diſtinguit̄ a charitate ꝛ ab oī virtute. Iſtā cōcluſioneꝫ
ꝓbat ſcūs doctor de veritate. q. 27. arti. 2° ſic. (Cū eni — *Tria ad finis ꝯſecutionem requirunt.*
(inquit) diuerſarū naturaꝝ diuerſi ſint fines ad cōſe-
cutionē alicui⁹ finis: in reb⁹ nālibus tria ꝑexigunt̄. ſ. nā
ꝓportiōata ad illū finē: ꝛ iclinatio in finē illū: q̄ eſt ap-
petitus finis nālis: ꝛ mot⁹ in finē: ſicut pꝫ: ꝙ in terra eſt
nā quedā: per quā ſibi cōpetit eſſe in medio: ꝛ hāc nāꝫ
ſeqtur iclinatio in locū mediū: ſ̄m quā nāliter appetit
talē locū: etiā cū extra ipſuꝫ per violentiā detineret̄: ꝛ
ideo remoto ꝓhibēte deorſum mouet̄: hō autē ſ̄m na-
turā ſuā ꝓportionatus eſt ad quēdā finē: cuius hꝫ natu
ralē appetitū: ꝛ ſ̄m vires nāles operari pōt ad conſecu
tionē illius finis: q̄ finis eſt aliqua cōtēplatio diuinoꝝ
qualis eſt homini poſſibilis ſ̄m facultateꝫ nāe: in qua
etiā pħi vltimā hoīs felicitatē poſuerunt: ſed eſt aliqs
finis: ad quē homo a deo preparat̄ nature humane ꝓ-
portioneꝫ excedēs. ſ. vita eterna: que cōſiſtit in viſione
dei per eſſentiā: que excedit ꝓportioneꝫ cuiuſlibꝫ nāe
create ſoli deo ꝯnālis exiſtēs: vñ opꝫ ꝙ hoī etiā detur
aliqd nō ſolū: per qđ operet̄ ad finē: vel per qđ iclinet̄
eius appetit⁹ in finē illū: ſed etiā per qđ ipſa nā hoīs ele
uetur ad quādā dignitatē: ſ̄m quā talis finis ſit ei ꝯpe
tens: ꝛ ad hoc dat̄ gr̄a. Ad iclinandū autē affectum in
hunc finē dat̄ charitas: ad exequēdū aūt opera q̄bus
predict⁹ finis acq̄rit̄ dant̄ alie virtutes: ꝛ ideo ſicut in
reb⁹ nālib⁹ eſt aliud nā ipſa: ꝙꝫ inclinatio nāe: vel eius
mot⁹ aut oꝑatio: ita ꝛ in gratuitis eſt aliud gr̄a a chari-
tate: ꝛ a ceteris virtutib⁹: ꝛ ꝙ hec oꝑatio ſit recte acce-
pta: pꝫ per Diony. in ſcđo cap°. celeſtis hierarchie: vbi
dicit: ꝙ nō pōt aliqs habere ſpūalē oꝑationē niſi prius
eſſe ſpūale accipiat: ſicut nec oꝑationeꝫ illius nāe: niſi
pri⁹ habeat eē in illa nā.) Hec ille. ¶ Allegat ēt ibidē
Aug. in ŏ p̄deſtinatiōe ſcōꝝ: q̄ dicit: ꝙ gr̄a ꝑuenit cha-
ritatē. Cōſtat aūt ꝙ idē nō ꝑuenit ſeipm. ¶ Eandē ꝯ-
neꝫ ponit p̄ma ſcđe. q. i09. arti. p̄. et intēdit cōſimilē ꝓ-
bationē. Sicut virtutes acq̄ſite per actus hūanos ſūt
diſpōnes: q̄bus hō cōuenienter diſponit̄ in ordine ad
nām: que eſt homo: v̄tutes aūt īfuſe diſponūt hoīeꝫ al
tiori modo: ꝛ ad altiorē fineꝫ: vñ opꝫ etiā ꝙ in ordine
ad aliā altiorē nāꝫ: v̄tus eniꝫ vniuſcuiuſqꝫ rei eſt in or
dine ad aliquā nām preexiſtentē: q̄ñ. ſ. diſponit̄ ſ̄m ꝙ
cōgruit ſue nāe: hoc aūt eſt in ordine ad nām diuinaꝫ
participādū ſ̄m ꝙ dr̄ ſcđa Pet. p̄. Magna ꝛ precioſa
nobis ꝓmiſſa donauit: vt ꝑ hoc efficiamini diuine cō-
ſortes nāe: ꝛ ſ̄m acceptionē hui⁹ nāe dicunt̄ hoīes re-
generari in filios dei. igit̄ ſicut lumē nāle rōnis eſt ali
qd preter virtutes acquiſitas: que dicunt̄ in ordine ad
ipſum lumē nāle: ita etiā ipm lumē grē: que eſt partici
patio diuine nāe eſt aliqd preter virtutes īfuſas: que a
lumine illo deriuant̄: ſicut eniꝫ v̄tutes acq̄ſite ꝑficiūt
hominē ad ambulādum cōgruēter lumini nāli rōnis:
ita virtutes īfuſe perficiūt hoīeꝫ ad ambulādū ꝯgruē-
ter lumini grē.) Hec ille ¶ Idē ponit 2° ſen. di. 26. q. i.
arti. 4°. Itē 3° cōtra Gentiles capitulis. i50. i5i. i52. i53.
¶ Sꝫ querit̄ in qua ſpē q̄litatis eſt? Reſpōdet de ve
ritate. q. 27. arti. 2° ad 7m. (Qꝫ gr̄a eſt in p̄ma ſpē q̄lita- — *In qua ſpē qualitatis ſit gr̄a gratū faciens.*
tis: q̄uis nō ꝓprie poſſit dici habit⁹: quia nō imediate
ordinat̄ ad actū: ſed ad qđdā ſpāle eſſe: qđ in aīa facit:
ꝛ eſt ſicut quedā diſpō: que eſt reſpectu glorie: q̄ eſt gr̄a
ꝯſumata. Nihil tñ ſile grē in accidētibus aīe: que pħi
ſciuerūt inuenit̄: q2 pħi nō cognouerūt niſi illa acciden
tia aīe: que ordinant̄ ad act⁹ humane nāe ꝓportiona-
tos.) Hec ille. ¶ Itē vbi eſt ſubiectiue? Reſpōdet ea-
dem. q. arti. 6. ꝙ eſt in eſſentia aīe: ſicut in ſubiecto: vir
tutes vero ſunt ī potētijs aīe: fides. n. ꝛ ſpes: ꝛ charitas
ſunt q̄ſi q̄dā radij ꝓcedētes ab ipſo lumine grē: ſic ipe
dicit p° ſcđe. q. i09. arti. 4° ad p̄m. (Sicut (inq̄t) ab eēn
tia aīe fluūt ei⁹ potētie: que ſunt opeꝝ p̄ncipia: ita ēt ab
ipſa gr̄a effluūt ei⁹ v̄tutes in potētias aīe: per q̄s poten
tie mouent̄ ad actus.) ¶ Et 2° ſen. vbi ſupra ſic dicit.
(Sicut eſſe aīe a qua fluūt potētie ab ipſa eēntialr dif
ferētes: ſicut accidēs a ſubiecto: ꝛ tñ oēs vniunt̄ in eſſe
aīe ſicut in radice: ita ēt a gr̄a que eſt ꝑfectio eſſentie
fluūt v̄tutes: q̄ ſunt ꝑfectiōes potētiaꝝ ab ipſa gr̄a eēn
tialr differētes: in gr̄a tñ ꝯiūcte ſunt: ſicut in ſua origie
ꝑ modū quo diuerſi radij ab eodē corpore lucēte ꝓce-
dūt.) Hec ille. ¶ Itē q̄rit̄ q̄ūo ſe hꝫ gr̄a ad v̄tutes re⁹
meriti: ꝛ q̄ūo dr̄ for⁹ v̄tutū: ꝛ q̄ūo iformat act⁹? Reſpō
det de v̄itate. q. 27. arti. 5° ad 5m. (Qꝫ gr̄a non dr̄ forma
v̄tutū: que ſit ꝑs eēntialis v̄tutū: ſic. n. oporteret ꝙ mul
tiplicatis v̄tutib⁹ multiplicaret̄: ſꝫ dr̄ forma v̄tutuꝫ in-
quātū formalr actū v̄tutis cōplet. Informat̄ aūt act⁹
v̄tutis triplr. vno mō inq̄ꝫtū circa ſubaꝫ act⁹ apponū-
tur debite ꝯditiōes: ꝑ quaꝝ limitationē in medio vir-
tutis cōſtituit̄: ꝛ h̄ hꝫ act⁹ v̄tutis a prudētia: nā mediū
v̄tutis accipitur ſ̄m rationē rectā: vt dr̄ ſcđo ethicoꝝ. ꝛ — *Lec. 5. ꝛ c. 6.*
ſic prudētia dr̄ forma oīuꝫ v̄tutū moraliuꝫ: actus autē
virtutis ſic cōſtitutus in medio eſt quaſi māle reſpcū
ordinis in finem vltimum: qui quidē ordo apponitur
actui virtutis ex imperio charitatis: ꝛ ſic charitas dici
tur forma oīuꝫ aliaꝝ v̄tutū: vlteri⁹ v̄o efficaciā meredi
adhibet gr̄a: nullus. n. operū noſtroꝝ valor reputaret̄
cōdignus eterne glorie niſi preſuppoſita acceptatione
diuina: ꝛ ſic gr̄a dicit̄ eſſe forma charitatis: ꝛ aliarum
virtutū.) Hec ille. ¶ Conſimile ponit in multis alijs
locis: vt 2° ſen. di. 26. q. i. arti. 5°. Et p° ſcđe. q. 3. artic. 3°.
vbi ponit: ꝙ q̄nqꝫ ſunt effect⁹ grē in nobis. Quorū pri-
mus eſt: vt aīa ſanet̄: ꝛ fiat grata deo: hec eniꝫ gr̄a ope
ratur formaliter nō effectiue. Scđs eſt vt bonū velit:
ꝛ iſtū effectū p̄ncipaliter facit: quātū ad ſubam ipſum
liberū arbitriū: licꝫ gratia cogat ad illū non imediate:
ſed mediantibus alijs virtutib⁹: verūtamē gratia dat
formā: per quā ille actus eſt meritori⁹. Terti⁹ eſt vt bo
nū: qđ vult efficaciter operet̄. Quart⁹ eſt vt in bono ꝓ-
ficiat ꝛ ꝑſeueret: ꝛ hos duos oꝑat̄ mediāte libero arbi
trio effectiue. Quint⁹ eſt vt ad gl̄iaꝫ ꝑueniat: nā ſ̄m ꝙ
ipſe ponit de v̄itate. q. 27. art. 5° ad 6m. (Sicut charitas
vie nō tollit̄: ſꝫ in pr̄ia remanet augmētata ꝓpter hoc
ꝙ in ſui ratiōe nullū defectū iportat: ita gr̄a cum nul-
lum in ſui ratione importet defectū per ſui augmētuꝫ

fit gloria: nec dicitur eē diuerſa perfectio nature in ſta
tu vie ꝛ patrie: quātū ad gratiā ꝓpter diuerſaꝫ formā
perficientē: ſed ꝓpter diuerſam perfectionis mēſuraꝫ.
Si autē gratiā accipiam⁹ cū omnib⁹ virtutibus: quas
informat: ſic gratia ꝛ gloria nō ſunt ideꝫ: qꝛ alique vir/
tutes in pña euacuabūtur: ſicut fides ꝛ ſpes.) Hec ille.
¶ Illud autē qđ dictuꝫ eſt de gratia ꝛ gloria ponit ēt
3°. ſen. diſt. 13. q. 1. art. p̄mo ad quantū. vbi dicit. (Gratia
cōſumata in anima eſt idē qđ glorie lumen.) Hec ille.
¶ Item de veritate. q. 8. arti. 4°. ad decimū. Ipſa aūt
gratia ꝓpter tot effectus dr̄ preueniēs: ꝛ ſubſequēs ope
rans: ꝛ cooperās: operās rōne primi effect⁹: cooperans
re⁹ ſecūdi. preueniēs reſpectu primi. ſubſequēs reſpcū
alterius: ſemper. n. gratia accepta ſm̄ effectū priorē po
teſt dici preueniēs: ꝛ accepta ſm̄ effectū poſteriorē po/
teſt dici ſubſequēs. Sed de hoc quere p° ſcđe. q. 3. arti.
3°. Et ſcđo ſen. diſtin. 26. q. 1. arti. 5°. ꝛ de veritate. q. 27.
articu. 5°. Hec de p̄mo articulo.

Quantum ad ſcđm articulū videtur arguere
Aureolus: ꝛ p̄ncipaliter contra aliq̄
dicta in ꝓbatione prime ꝯcluſionis. Et p̄mo in hac di/
ſtinctione ſic. Hec inquit opinio nō videt̄ neceſſitateꝫ
charitatis ſuper alios naturales habitus demōſtrare:
nō eniꝫ eſt veꝝ quin volūtas poſſit in ſubſtātiā actus
dilectionis charitatiue in puris nālib⁹ cōſtituta: dilige/
re eniꝫ ſuper oīa deuꝫ: ꝛ ſupra ſe: ꝛ toto conamine: ꝛ ex
tota virtute eſt habere ſubſtātiā charitatiue dilectiōiſ
ſed ſm̄ iſtos prima ſcđe. q. 109. artic. 3°. homo in nālib⁹
cōſtitutus poteſt deū diligere ſuper ſe: ꝛ ſuper oīa: ꝛ ſi/
militer Aug. idē ponit. ergo voluntas habet principiū
ſufficiens in ſe ſine habitu ſuperaddito ſupernāliter.
ergo poteſt in ſubſtantiā dilectionis charitatiue: vñ nō
apparet quin ſit repugnantia in his duab⁹ ꝓpōnibus.
Prima quidē ꝙ volūtas nō ſit ſufficiēs principiū act⁹
dilectiōis niſi ſuperaddat̄ aliquis habitus ſupernatu/
ralis. Secūda vero: ꝙ ex puris nālibus poſſit diligere
deū ſupra ſe: ꝛ ſuper oīa: niſi forte dicatur: ꝙ ampli⁹ di/
ligi poſſit q̄ꝫ ſupra ſe: ꝛ ſuper oīa: vel ꝙ dilectio charita
tis ſit iſerior naturali. ¶ Secūdo ſic. Quicūqꝫ experi
tur in ſe aliquē actū: in quem non pōt nāliter: experit̄
ſe habere aliquod actiuū principiū ſuperadditū natu/
re: ſed nullus exiſtēs in charitate: ꝛ diligens deum cha
ritatiue pōt experimētaliter cognoſcere: ꝙ ſit in eo ſu/
pernaturale principiuꝫ: qđ ſit charitas: alias poſſet hō
ſcire verū odio vel amore dignus eſſet cōtra determi/
nationē ſcripture. ergo nullū actum ſupernālem expe
ritur in ſe. ¶ Tertio ſic. Tāta eſt libertas voluntatis
ſaltē angelice: vt poſſit in omnē actū volūtatis ſub oī/
bus circūſtātijs: ſub quibus pōt ab itellectu preſentari
hō⁹ actus: alioquin plus poſſet intellectus dictare q̄ꝫ vo
luntas eligere: cuius oppoſitū experimur: ſed oēꝫ actū
quē experimur pōt recta ratio dictare: vtpote deū īntē
ſiſſime diligere ſuper oīa. ergo nō apparet cur talis ac/
tus ſit ſuper facultatem naturaleꝫ potētie voluntatis.
¶ Quarto ſic. Nō videt̄ verū: ꝙ charitatis habit⁹ red
dat actum delectabilē: ꝛ faciat volūtatē delectabiliter
operari: hoc enim nō experitur de nouo cōuerſus ꝛ cō/
feſſus. Qꝛ ſi charitate exiſtēte in volūtate experiretur
homo delectationē hō⁹ ſtatim cognoſceret: quādo inci/
peret eſſe in charitate: cuius oppoſitū dicit aplſ p̄ma
Cori. 4°. cū ait. (Nihil mihi cōſcius ſum: ſꝫ nec in hoc
iuſtificatus ſum:) per hoc innuēs: ꝙ nō poteſt homo ꝑ/
bū vel magis calidū: nō ꝑ additionē alicui⁹ albedinis Tex. cõ. 64.
vel caloris: ſed q: illa qualitas: que p̄us inerat: intēdit̄
ſm̄ ꝓpinquitatē ad terminū: hec aūt intenſio ꝯtingit
diuerſimode in q̄litatib⁹ ſimplicibus ꝛ cōpoſitis p̄mis
ꝛ ſecūdis: qualitates eñi cōpoſite vel ſecūde itendunt̄
ſm̄ intenſionē qualitatū p̄maꝝ: ſicut ſapor ꝛ ſanitas: ꝛ
hꝫ ſm̄ intēſionē caloris: ꝛ frigoris: humiditatis: ꝛ ſicci
tatis. Qualitates aūt p̄me ꝛ ſimplices itēdunt̄ ex cau/ Qualitates p̄me quō itēdantur.
ſis ſuis. ſ. ex agente ꝛ recipiēte: agens eñi intendit redu
cere patiēs de potētia in actū ſue ſilitudinis inq̄tū pōt:
ſicut aūt nō calidū eſt potētia calidū: ꝛ ita minus calm̄
reſpectu magis calidi. vñ ſicut ꝑ actionē calidi efficit̄
de nō calido calidū: nō q̄ ponat̄ ibi aliqs calor: ſed il/
le qui eſt in po⁹ educit̄ in actū: ita etiā efficit̄ magis ca/
lidū ꝑ actionē calidi: inquātū educit̄ calor q̄ inerat vt
actus imꝑfectus in maiorē ꝑfectionē ꝛ aſſimilationē
agentis: ꝛ hoc cōtingit ſꝫ q̄ potētia ſubiecta actui: que
quidē q̄tū in ſe eſt ad multa: ſe hꝫ magis ac magis ter
minat̄ ſub actu illo: vel q: auget̄ vtus agentis: ſicut ex
cōiunctione plurū luminariuꝫ intendit̄ illuminatio:
vel ex ꝑte ipſius mãe ſm̄ q̄ efficit̄ ſuſceptibilior illius
actus: ſicut aer quanto plus attenuat̄: fit ſuſceptibilior
luminis. Intēſio aūt charitatis nō ꝯtigit ex hoc q̄ vir
tus agentis fortificet̄: ſed tm̄ ex hoc q̄ nā recipiēs que
quātū in ſe eſt diſperſionē quādā hꝫ ſꝫ q̄ eſt ad plura
magis ac magis p̄parat̄ ad ſuſceptionē gr̄e: ſꝫ q̄ ex di/
cta multitudine vel ꝯfuſione potētialitatis in vnū col
ligit̄ ꝑ opatiōes: q̄bus ad charitatē ſuſcipiēdā p̄parat̄:
ꝛ ideo Dionyſius ꝑfectū ſcitans ſp̄ deſignat ꝑ hoc: q̄ ē
ex ꝑtita vita in vnicā ꝯſurgere: ꝛ ſic pꝫ q̄ augmentum
charitatis ſile eſt augmēto q̄litatū nāliū: licꝫ origo ei⁹
differat ab origine illaꝝ. Cuius rō eſt q: qualitates na
turales educunt̄ de potentia materie: quarū inchoatio
nes quaſdā mãe deus in opere creationis indidit: ꝛ iō
qñ in actū ꝓdeunt: eſt exitus de imꝑfecto ad ꝑfectū. Differētia bona gratuita a qualitatibus nālibus.
Dona autem gratuita non reducuntur quaſi de potē/
tia materie: q: nihil eſt in potētia nāli: quod per agens

Left margin notes: 4° phyſicorū [illegible]

nãle educi non poſſit: ꝛ iõ origo grẽ eſt per nouã īfuſio né: ſed augmẽtū eius eſt ꝑ hoc ꝙ de imperfecto ad ꝑfe ctū actus infuſus educiť.) Hec ille. ¶ Item 2ᵃ 2ᵉ q. 24. arti. 5ᵒ hoc idẽ dicit. (Sic (inquit) charitas augeť ſcꝫ ſolū ꝑ hoc ꝙ ſubm magis ac magis ꝑticipat chari tatẽ. i. ſm ꝙ magis reduciť in actū illius forme: ꝛ ma gis ſubdiť illi. hic eni eſt modus ꝓprius augmenti cu iuſlibꝫ forme que intendiť: eo ꝙ eſſe huius forme to taliter ɔſiſtit in eo qḋ iheret ſuſceptibili: ꝛ ideo cū ma gnitudo rei ſequať eſſe illius formã eſſe maiorẽ: h̄ eſt eã magis ineſſe ſuſceptibili: nõ aūt aliã formã adueni re: hoc eni eẽt: ſi forma haberet aliã quãtitatẽ ex ſeipa nõ ꝑ cõparationẽ ad ſubm: ſic igiť charitas augeť ꝑ h̄ ꝙ intendiť in ſubiecto: ꝛ hoc eſt ipſam augeri ſm eẽn tiam.) Hec ille. ¶ Itẽ de virtutibus vbi ſupra dicit. (Sicut corpus qḋ moueť ad quãtitatẽ ꝑfectã dicitur augeri: ꝛ ipſa quãtitas ꝑfecta dr̃ magna reꝰ imꝑfecte: ita illud qḋ moueť de q̄litate iperfecta ad ꝑfectam di ciť augeri ſm q̄litatẽ: ꝛ ipſa ꝑfecta qualitas dr̃ magna reſpectu imꝑfecte: nã ꝑfectio vniuſcuiuſqꝫ rei eſt eiꝰ bonitas. ideo Aug. dicit ꝙ in his que nõ mole magna ſunt: idẽ eſt eẽ maius qḋ melius: moueri aūt de iperfe cta forma ad ꝑfectã nihil eſt aliud q̄ꝫ ſubm magis re duci in actū: nã forma eſt actus: vñ ſubꝫ magis formã ꝑticipare nihil aliud eſt q̄ꝫ ipſum reduci magis i actuꝫ illius forme: ꝛ ſic ab agente reduciť de pura potẽtia in actū: ita etiã per actionẽ agentis reduciť de actu iperfe cto in actū perfectū.) Hec ille. ¶ Sexta ɔ̈ eſt. Qꝫ aliq̄ forme intenſibiles intendunť nõ ſolū ſm maiorẽ ꝑti cipationẽ ſubiecti: ſed etiã ꝑ additionẽ alicuius. ꝓbať iſta ɔ̈ ſcꝫ ſcm̄ Tho. ꝑma 2ᵉ. q. 52. arti. ꝑ. vbi ſic ait. (Cū habitus ꝛ diſpõnes dicanť ſm ordineꝫ ad aliqḋ. vt dr̃

Tex. cõ. 17. 7ᵒ phy. dupl'r põt itẽſio ꝛ remiſſio in hitibꝰ ꝛ diſpõnibꝰ ɔſiderari. vnoꝰ ſm ſe put dr̃ maior vl' minor ſanitas vl' maior vel minor ſcia: q̄ ad plã vel pauciora ſe extẽdit: alioꝰ ſꝫ ꝑticipationẽ ſubti put. ſ. eq̄lis ſcia vel ſanitas magis recipiť in vno q̄ꝫ in alio ſm diuerſaꝫ aptitudi nẽ ex nã vel ex ɔſuetudine: nõ eni habitus ꝛ diſpoſitio dant ſpẽm ſubiecto: neqꝫ iterū in ſui rõne icludunt in diuiſibilitatẽ.) Hec ille. ¶ Et intendit hoc ꝙ aliq̄ for ma nõ participať ſm magis ꝛ minus ex duobꝰ ſm ꝙ

Duobꝰ modis aliquam formã ſꝫ magis ꝛ minus non ꝑticipari contingit. Tex. co. 10.

ipſe ponit ibi. (Duobus (inquit) modis põt cõtingere ꝙ forma non ꝑticipať ſm magis ꝛ minus. vno mõ qꝛ participãs hꝫ ſpẽm ſm illã: ꝛ ideo eſt ꝙ nulla ſubſtantia lis forma participať ſm magis ꝛ minus: ꝛ ꝓpter hoc dicit phs 8ᵒ metaphy. ꝙ ſicut numerus nõ hꝫ magis ꝛ minus: ſic nec ſubã que eſt ſm ſpẽm. i. quantū ad par ticipationẽ forme ſpecifice: ſed ſiqḋẽ que cū mã. i. ſm materiales diſpõnes inueniť magis ꝛ minus in ſubſtã tia. Alio modo põt cõtingere ex hoc ꝙ ipſa indiuiſibi litas eſt de rõne forme. vñ opꝫ ꝙ ſi aliqḋ ꝑticipet illã formã ꝙ participet illã ſm rõnẽ indiuiſibilitatis: ꝛ in de eſt: ꝙ ſpẽs numeri nõ dicr ſm magis ꝛ minus: quia vnaqueqꝫ ſpẽs in eis cõſtituiť ꝑ indiuiſibilẽ vnitatẽ: ꝛ eadẽ rõ eſt de ſpẽbus quãtitatis cõtinue que ſm nūe ros accipiunť: vt bicubitū tricubitū: ꝛ de relationibus: vt duplū triplū: ꝛ de figuris vt trigonū tetragonū: que cūqꝫ eni participãt rõnẽ dictoꝝ: opꝫ ꝙ indiuiſibilr ꝑti cipent.) Hec ille. ¶ Itẽ arti. ſequẽti ſic dič. (Sꝫ qꝛ q̄ dã accidentia augenť ſm ſeipſa: vt ſupra dictū eſt: in q buſdã hoꝝ põt fieri augmentū ꝑ additionẽ: augeť eni motus ꝑ hoc ꝙ aliqḋ ei addiť vel ſm tẽpus: in quo eſt vel ſm viã: ꝑ quã eſt: ꝛ tñ manet eadẽ ſpẽs ꝓpter vni tatẽ termini: augeť etiã nihilominus motus per inten ſionẽ ſm ꝑticipationẽ ſubiecti: inquãtū. ſ. idem motus põt expedite: aut prompte fieri. ¶ Similr etiaꝫ ꝛ ſcia põt augeri ſm ſeipſaꝫ ꝑ additionẽ: ſicut cū ꝫ aliqs plẽs ɔ̈nes geometrie addiſcit: augeť in eo habitus eiuſdem ſcie ſm ſpẽm. Augetur nihilominus ſcia in aliquo ſm ꝑticipationẽ ſubiecti ꝑ intenſionẽ: put. ſ. expeditius ꝛ clarius vnus homo ſe hꝫ alio in eiſdẽ ɔ̈nibus cõſiderã dis. In habitibus aūt corꝑalibus non multū videť fie ri augmentū ꝑ additionẽ: qꝛ nõ dr̃ aial ſanum ſimpl'r aut pulchꝝ niſi ſꝫ oẽs ſuas ꝑtes ſit tale: ꝙ aũt ad ꝑfectio rẽ cõmenſurationẽ ꝑducať: hoc cõtingit ſm trãſmuta tionẽ ſimplicium qualitatū: que non augenť niſi ſm in tenſionẽ ex ꝑte ſubiecti ꝑticipantis.) Hec ille. ¶ Itẽ ſcḋa ſcḋe. q. 24. arti. 5ᵒ ad ꝑmū dicit. (Scia (iquit) hꝫ quãtitatẽ inquãtū eſt habitus ex ꝑte obiectoꝝ: ꝛ ſic au geť ꝑ additionẽ inquãtū aliqs plura cognoſcit: hꝫ etiã quãtitatẽ iquãtū eſt quedã forma accidẽtalis: ex eo ꝙ eſt in ſubiecto: ꝛ ſꝫ hoc augeť in eo q certius eadẽ ſen ſibilia cognoſcit nūc q̄ꝫ prius.) Hec ille. ¶ Itẽ ibideꝫ dičť. (Põt (inquit) cõtingere ꝙ aliqs habitꝰ augeať per additionẽ dum extendiť ad quedã obiecta: ad que ꝑus ſe nõ extẽdebat: ꝛ ſic augeť ſcia geometrie in eo q de nouo incipit ſcire aliqua geometricalia: que ꝑus ne ſciebat.) Hec ille. ¶ Septima ɔ̈ eſt. Nõ oĩs forma ẽ augmentabilis ſeu intenſibilis. ¶ Iſtã ɔ̈nẽ ꝓbat a ꝑo ri icūs doctor prima 2ᵉ. q. 52. artic. ꝑ. ſic dicens. (Illud

Que forme ſꝫ ſeipſas augeri nõ põt. (inquit) ſm ꝙ aliquid ſortitur ſpẽm: opꝫ eſſe fixum ꝛ ſtans quaſi indiuiſibile: quecūqꝫ eni ad illud attingūt ſub ſpẽ continenť: q̄cūqꝫ aūt recedūt ab illo in plus vl' in minus ꝑtinẽt ad aliã ſpẽm perfectiorẽ vel imperfe ctiorẽ. Unde phs dicit 8ᵒ meta. ꝙ ſpẽs rerū ſunt ſicut

Tex. cõ. 10. numeri: in q̄bus additio vel diminutio variat ſpẽꝫ. ſi igiť aliq̄ forma vel q̄cūqꝫ res ſm ſeipſaꝫ: vel ſꝫ aliqḋ ſui ſortiať rõnẽ ſpẽi: neceſſe eſt: ꝙ ſm ſe cõſiderata ha beat determinatã rõnẽ: que neqꝫ in plus excedere: nec in minus deficere poſſit: ꝛ hõ ſunt calor ꝛ albedo: ꝛ hõ alie qualitates: que nõ dicr in ordine ad aliud: ꝛ multo magis ſubã: que eſt ꝑ ſe ens. Illa võ q̄ recipiūt ſpẽꝫ ex

Que augeri põt ſꝫ ſei ꝑos aliq̄: ad qḋ ordinãť: põt ſm ſeipſa diuerſificari in plus vel in minus: ꝛ nihilominus ſunt eadẽ ſpẽ ꝑꝑ vnitatẽ termini: ex quo ſpecificanť: ꝛ idẽ põt cõſiderari in ſani tate: nã corpꝰ ꝑtingit ad rõnẽ ſanitatis ſm ꝙ hꝫ diſpõ nẽ ɔuenientẽ nãe aialis: cui põt diuerſe diſpõnes cõue nientes eẽ: vñ põt variari diſpoſitio in plus ꝛ in minus: ꝛ tñ ſemꝑ remanebit rõ ſanitatis: ſi aūt nomẽ ſanitatis eſſet ipoſitū ſoli ꝑfectiſſime cõmenſurationi: tunc ipſa ſanitas nõ diceretť maior vel minor. Sic ḡ pꝫ qualiter aliqua forma poſſit ſm ſeipſaꝫ augeri vel minui: ꝛ q̄li ter nõ. ¶ Si võ cõſideremus formã ſm participatio nẽ ſubiecti: ſic inueniunť quedã forme recipere magis vel minus: ꝛ quedã non: cū eni illud a quo hꝫ aliquid ſpẽm oporteat manere fixū: ꝛ ſtãs idiuiſibile duobus modis: põt ɔtingere ꝙ forma nõ ꝑticipať ſm magis ꝛ minus: vel qꝛ ꝑticipans hꝫ ſpẽm ſm ipſaꝫ: vel qꝛ indi uiſibilitas eſt de ratiõe forme.) Hec ille q̄ſi in forma. ¶ Aliqua eni detraxi in medio ꝛ in fine: qꝛ in ꝓbõne ꝑcedentis ɔ̈nis dicta ſūt. ¶ Ex ꝑdictis tñ pꝫ ꝙ forẽ q̄ recipiūt ſpẽm ex ſe: vel aliquo ſui nõ ſūt itenſibiles ſꝫ ſe. ¶ 2ᵒ ꝙ forẽ q̄ dãt ſpẽꝫ ꝑticipãti eas: vl' de q̄ꝝ rõne eſt indiuiſibilitas nõ ſunt itenſibiles ſm ꝑticipationeꝫ ſubti. ¶ Eãdẽ ɔ̈nẽ ponit de vtutibꝰ vbi. ſ̄. (Nõ ɔtigit (inq̄t) oibꝰ formis itẽſio ſꝫ ꝑticipationẽ ſubti ꝑꝑ duo. Prio q̄dẽ ex ipſa rõne forẽ: eo. ſ. ꝙ illḋ qḋ ꝑficit rõneꝫ forẽ eſt aliqḋ iduiſibile: puta nūerꝰ. nã vnitas addita ɔſtituit ſpẽm. vñ binariꝰ ꝛ ternariꝰ nõ dr̃ ſꝫ magis: aut minus: ꝛ ꝑ ɔ̄ns non inueniť magis ꝛ minus in quanti

tatibus

ratibus que denominanẽ a numeris:puta bicubitũ tri
cubitũ:neqꝫ in figuris:puta triangulare ⁊ quadratum
neqꝫ in ꝓportiõibus:puta duplũ triplũ. Alio modo ex
cõparatione forme ad ſubm:q2 inheret ei mõ indiuiſi-
bili:⁊ ꝓp hoc forma ſubalis nõ recipit intenſionẽ nec
remiſſionẽ:q2 dat eſſe ſubale:qḋ eſt vno mõ:vbi enim
Tex.c.10. eſt aliud eſſe ſubale:eſt alia res:⁊ ꝓpter hoc phꝯ 8° me
taphyſice aſſimilat diffõnes numeris:⁊ inde eſt ꝙ ni-
hil ſubalr de altero ꝑdicaẽ etiã ſi ſit in gñe accñtis cuꝫ
magis ⁊ minus:non enim dicitur albedo magis ⁊ mi-
nus color:⁊ propter hoc etiam qualitates in abſtracto
ſigñate:q2 ſigñanẽ per modũ ſubſtãtie nõ intendũtur:
nõ eni dr albedo magis vel minus.ſed albũ.) Hec ille
in forma. ¶ Illam eandẽ ꝯnẽ ponit eodẽ libro.q.vlti
ma arti.3°. ¶ Sed ſciendũ ꝙ cũ dictũ fuit in ꝓbatio-
ne quīte ꝯnis:ꝙ aliqua forma augeẽ ꝑ additionẽ:non eſt
hoc intelligendũ:ꝙ aliq̃ per ſe vna forma intendaẽ ex
additione forme ad formã in eodẽ ſubiecto ꝑ̇:ita ꝙ ex
illis fiat vna:hoc eni eſt impoſſe:q2 ſi ille forme ſũt di-
uerſarũ ſpecierꝫ:nõ põt ex illis per ſe vna cõſtari.ſi aũt
ſint euſdẽ ſpẽi:nõ pñt eẽ in eodẽ adeq̃to:⁊ ꝑ̇ ſubiecto:
ſed intelligit ſcũs doctor:ꝙ aliq̃ forme augenẽ per
additionẽ forme ad formã:nõ ꝙ additio fiat intrinſe-
ce forme que intendiẽ ſed extrinſece:ſcia eni augeẽ ꝓp
additionẽ ſpecierꝫ intelligibiliũ adinuicẽ:que qdẽ ſpe
cies ſibi inuicẽ addanẽ:nõ aũt adduntẽ habitui ſciẽtie
q̃ eſt ſimplex habitus. Vñ ꝑ̇ 2ᵉ.q.54.arti.4.ad 3ᵐ dič.
(Ille qui in aliq̃ ſcientia acquirit per demõſtrationes
ſciam vniꝰ ꝯnis habꝫ quidẽ habitũ:ſed iperfecte:cum
vero acquirit ꝑ aliã demõſtrationẽ ſciam alterius cõ-
cluſionis:nõ generaẽ in eo alius habitus:ſed habitꝰ q
ꝑ̇us inerat fit ꝑfectior vtpote ad plura ſe extẽdens:eo
ꝙ ꝯnes ⁊ demõſtrationes vniꝰ ſcie ordinate ſũt:⁊ vna
oriẽ ex alia.) Hec ille. ¶ Patꝫ ḡ ꝙ in augmẽto ſcie ꝑ
additionẽ additẽ demõſtratio demõſtrationi vel ꝯclo
ꝯni:nõ aũt habitus habitui:nec forma forme:cuꝫ ipſe
expreſſe dicat in corꝑe illiꝰ articuli:ꝙ habitus eſt ſim-
plex qualitas nõ cõſtituta ex plibus habitibus:etiam
ſi ad multa ſe extẽdat. ¶ Et eodẽ modo dicẽ eſt de ſa
nitate ⁊ alijs formis:que augenẽ per additionẽ:de hoc
dictũ eſt in prologo diffuſius. ¶ Sed ꝯ̃ ſecũdã ꝯnem
arguit multiplr Hgrego.primo ꝓbat quaqꝫ vel ſex me
dijs:ꝙ impoſſibile eſt formas cõtrarias ſimul eẽ in ali
quo ſubiecto in quocũqꝫ gradu:arguit eni ꝑ̇ ſic. Si eẽt
poſſibile aliqua ꝯ̃ria in aliquo gradu ſimul eſſe in eo-
dẽ ſubiecto ꝑ̇mo.hoc eſſet poſſe de ꝑ̇mis ꝯ̃rijs.ſ.calidi-
tate ⁊ frigiditate ⁊ alijs actiuis adiuicẽ ⁊ paſſiuis:ꝯñs
eſt falſum:vt ꝓbabo.igiẽ ⁊ añs.ꝯña tenet:q2 eadeꝫ rõ
in oibus. ¶ Patet etiã h̃ ex cõceſſione oium cõtrarie
opinãtiũ:⁊ ex oibꝰ arguentibus:quas inducunt ad ꝯnẽ
oppoſitã. Falſitatẽ ꝯñtis ꝓbo ſic. Impoſſe eſt nãlr aliq̃
duo talia ꝯ̃traria eſſe in diuerſis ſubiectis approxima
tis ſm ꝙ requiriẽ ad agendũ ⁊ patiendũ omni ipedi-
mento remoto:qn vnũ agat in aliud ⁊ expellat illud.ḡ
impoſſe eſt aliqua duo talia ſimul eſſe in eodẽ ſubiecto
ꝑ̇mo.añs eſt cõiter cõceſſuꝫ:⁊ per experiẽtiã notũ: ſed
tenet ꝯña per locũ a maiori.magis eni videreẽ poſſe:ꝙ
talia cõtraria cõpaterenẽ ſe in ſitibus ꝓpinquis ⁊ diuer
ſis ſubiectis q̃ꝫ in eodeꝫ ſubiecto ꝑ̇.⁊ ideo ſic arguendo
ꝯña eſt euidẽs:licꝫ nõ ecõuerſo ſequaẽ:aliqua ꝯ̃traria
nõ cõpatiunẽ ſe in eodẽ ſubo ꝑ̇.ḡ nec in diuerſis ſubie-
ctis approximatis. Inſtantia eni habeẽ in ꝯ̃trarijs nõ
actiuis ⁊ paſſiuis ad inuicẽ.vbi gr̃a.albedine ⁊ nigredi
ne:que ſm veritatẽ in nullo gradu cõpatiunẽ ſe in eo-
dẽ ſubiecto:⁊ ſm cõem cõceſſionẽ nõ cõpatiunẽ ſe in

Cõtra ꝯclo-
nẽ ſcdam ar-
guit Grego.
di.17.q.3.ar.
ſcdo.
Utrũ aliquo
gradu forme
ꝯ̃rie ſimul eẽ
poſſunt.

gradibus intenſiſſimis.vñ cõiter etiã aduerſarij cõce
dunt ipoſſe eſſe nãliter:ꝙ albedo intẽſiſſima ⁊ nigredo
intẽſiſſima ſint ſimul in eodẽ adequato ſubiecto: ⁊ tñ
in diuerſis ſubiectis ꝓpinquis ſm ſitũ ſe compatiunẽ
in gradibus quãtiſcũqꝫ:vt experiẽtia docet. ¶ Scdm
mediũ eſt tale. Aut ꝯ̃ria ꝯ̃polita ſũt in eodẽ ſubo in q̃ꝫ-
tiſcũqꝫ gradibꝰ:aut nõ iq̃ntiſcũqꝫ:ſꝫ in aliquãtis ſic:⁊
in aliquãtis nõ. Primũ nõ põt dici:q2 tũc ꝯ̃ria in ſũmo
excellentijs ſiue in ſũmo eſſent cõpoſſibilia:qḋ nullus
dicit:nec dicere põt:q2 tũc talia nõ magis eſſent ꝯ̃tra-
ria q̃ꝫ ſiccitas ⁊ caliditas:albedo:⁊ dulcedo. ¶ Si di-
caẽ ꝙ in aliquãtis ſic:⁊ in aliquãtis nõ:tũc ſumanẽ ali-
qua duo talia ſimul exiſtẽtia in eodeꝫ ſubiecto ꝑ̇:⁊ ſint
calor ⁊ frigus:⁊ ſit calor ille.a.⁊ frigus.b.tunc q̃ro: aut
a.calor põt ſecũ pati ꝑ̇ciſe.b.⁊ nõ maius frigus intenſi
ue:nec minus q̃ꝫ eſt.b.aut minus tñ:⁊ nõ maius.aut
maius ſed nõ minus:aut tã maius q̃ꝫ minus. ¶ Et ſi
dicaẽ pᵐ. ¶ Cõtra. Si calor.a.nõ põt ꝯpati ſecũ i eodẽ
ſubo minꝰ frigꝰ:q̃ꝫ ẽ frigꝰ.b.ḡ maior calor q̃ꝫ eſt.a.ñ pt
ſecũ cõpati minus frigus q̃ꝫ eſt.b.⁊ vltra.igiẽ ſi itẽdaẽ
calor.a.nõ minueẽ frigus.b.qḋ eſt ꝯ̃tra opinãtes q di-
cunt:ꝙ qñ vnũ ꝯ̃riũ itẽdiẽ:reliquũ remittiẽ. Pria ꝯña
pꝫ:q2 q̃to vnũ ꝯ̃riũ plus excedit aliḋ:tãto minꝰ ꝯpatiẽ
illud ſecũ:⁊ h̃ pꝫ ſi accipianẽ ꝯ̃ria in diuerſis ſubiectis
ꝓpinqs ſꝫ ſitũ:vt ſupra dicebaẽ. Scda etiã ꝯña pꝫ:q2
alioqn poſt intenſionẽ caloris.a.⁊ remiſſionẽ frigoris.
b.in eodẽ ſubo ſil eſſet maior calor q̃ꝫ.a.⁊ minꝰ frigus
q̃ꝫ.b.qḋ repugnat añti. ¶ Itẽ. Si calor.a.ñ pt ſecũ cõ-
pati minꝰ frigꝰ q̃ꝫ frigꝰ.b.ḡ nec maior calor q̃ꝫ.a.poteſt
ſecũ cõpati frigus.b.⁊ vltra.igiẽ ſi intendaẽ calor.a.ne
ceſſario ſil intendeẽ frigus.b.⁊ ꝑ ꝯñs qñ aliqḋ calefa-
ctiuũ intendet calorẽ alicuiꝰ remiſſe calidi:intendet ẽt
ſil frigꝰ in eo exñs:⁊ ſil faciet ipm magis calm ⁊ magis
frigidũ q̃ꝫ eſſet ꝑ̇us:qḋ eſt ꝯ̃ oẽm experiẽtiã ⁊ opioneꝫ:
ꝓbaẽ tñ ꝯña:tũ ꝑ̇:q2 ſi deẽ oppᵐ ꝯñtis:nõ erit neceẽ qñ
itẽdeẽ calor.a.remitti frigꝰ.b.q2 nũq̃ꝫ agẽs nãle ꝑ ſe cõ
rũpit aliquã formã nec in toto nec ſm ꝑtẽ niſi ꝓp incõ
poſſibilitatẽ forme iducẽde.ſi ḡ maior calor q̃ꝫ.a.ẽ cõ-
poſſibilis toti frigori.b.nõ oportebit aliquã ꝑtẽ frigori
b.corrũpi vt maior calor q̃ꝫ.a.generetẽ:⁊ ſic erit intẽſio
vniꝰ ꝯ̃rij ſine remiſſione alteriꝰ ſecũ exñtis:qḋ ipſi ne-
gant.tũ 2° ꝓbaẽ eadẽ ꝯña:q2 ſi maior calor q̃ꝫ.a.cõpa
ti põt ſecũ totũ frigꝰ.b.eadẽ rõne calor.a.põt ſecũ ꝯpa
ti aliqḋ frigus minꝰ q̃ꝫ.b.qḋ in eadẽ ꝓportione ſe hẽat
ad calorẽ q̃ꝫ.a.cui dr ꝯ̃polis. ¶ Itẽ ex alia ꝑte.ſi calor
a.nõ põt ſecũ ꝯpati minꝰ frigus q̃ꝫ.b.ḡ nec minor calor
q̃ꝫ.a.poterit ſtare cũ toto frigore.b.⁊ multo minus cuꝫ
maiori frigore q̃ꝫ eſt.b.⁊ ſic ſequiẽ vlterius ꝙ ſi remit-
taẽ calor:oportebit ſimul remitti frigus:⁊ ſi frigus itẽ-
daẽ nõ remitteẽ calor:qn potius necio ſimul intende-
tur:que oia ſunt ꝯ̃ nãm ⁊ ꝯ̃ opinãtes:⁊ ꝯñe patẽt ex di-
ctis. ¶ Si vo dicaẽ 2ᵐ.ſ.ꝙ calor.a.põt ꝯpati ſecũ ma-
ius frigus q̃ꝫ eſt.b.nõ aũt minus. ¶ Arguiẽ ꝯ̃ prio. Q2
ſi nõ põt cõpati ſecũ minus frigus.ḡ ſecũ exiſtens nõ
poterit remitti:niſi ſimlr remittaẽ ⁊ ipſe calor.a. ¶ Itẽ
Nec maior calor q̃ꝫ.a.cõpatieẽ ſecũ minꝰ frigus q̃ꝫ.b.
nec etiã ipm:⁊ ꝑ ꝯñs nõ erit poſſibile.a.intẽdi qn ſimlr
intendaẽ frigus exñs cũ eo. ¶ Scdo. Si calor.a.pt ſe
cũ cõpati maius frigꝰ q̃ꝫ eſt.b.ḡ frigus.b.poterit intẽdi
ſine remiſſione caloris.a.qḋ eſt ꝯ̃ opinãtes:⁊ ꝯña patꝫ
ex dictis. ¶ Item ſequiẽ ꝙ maior calor q̃ꝫ eſt.a.pote-
rit ſtare cum maiore frigore q̃ꝫ eſt.b.vt ex dictis põt ꝓ
bari: ⁊ per ꝯñs poterit intendi abſqꝫ hoc ꝙ frigus re-
mittatur:imo etiaꝫ eſto ꝙ ſimul frigus intenderetur.
¶ Si vo dicaẽ tertiũ.ſ.ꝙ calor.a.põt ſecũ cõpati mi-

mus frigus q̄ʒ eſt.b.nō aūt maius: pōt p̄mo argui ꝯ h
qḋ dr̄ ꝙ nō pōt cōpati ſecū maius. ſicut ꝯ vnā p̄tē p̄mi
mēbri:q̄ erat eadē cū iſta:ē argutū. ℂ Scḋo ꝯ illḋ qḋ
dicit̄ ꝙ pōt ſecū cōpati minus frigus. Nā ex hoc ſeq̄t̄
ꝙ totū frigus.b.poterit ſtare cū aliquo calore maiore
q̄ʒ eſt.a.ad quē ſe hʒ in aliq̄ ꝓportione:in q̄ ſe hēbit mi
nus frigus q̄ʒ ē.b.qḋ dicit̄ poſſe ſtare cū toto calore.a.
ad ip̄m.a. ℂ Ex quo vltra ſeqt̄ ꝙ nō erit neceſſe ad
intenſionē caloris.a.remitti frigus.b.vt ſupra eſt argu
tū. ℂ Si āt dcī 4m.ſ.ꝙ calor.a.pōt ſecū cōpati maius
frig⁹ q̄ʒ eſt.b.ꝛ ſilr minus q̄ʒ eſt.b. ℂ Cōtra p̄.Qꝛ vtra
q̄ȝ pars p̄t reprobari ex dictis.nā p̄ma reprobata eſt ar
guēdo ꝯ ſm mēbrū diuiſiōis:ꝛ ſcḋa ꝯ 3m. ℂ Scḋo.Si
calor.a.pōt ſecū cōpati maius frigus q̄ʒ.b.aut pōt ſecū
cōpati q̄ʒtūcūq̄ȝ maius:ꝛ ꝑ ꝯñs ſūmā frigiditatē nālr:
ꝛ ſic cū tāta frigiditate q̄ʒta eſt frigiditas aq̄ ſtaret tan
tus calor:quātus eſt.a.ꝛ eadē rōne cū tāto calore q̄ʒt⁹ ē
calor ignis ſtaret nālr aliq̄ ſatis magna latitudo frigi
ditatis:qḋ eſt oīno falſum:aut nō q̄ʒtūcūq̄ȝ maius fri
gus:ſʒ vſq̄ȝ ad certā latitudinē.ꝛ tūc ponat̄ ꝙ calor.a.
ſit in ſubiecto ſimul cū tota illa latitudine frigoris:que
maiorē ſecū nō pōt ꝯpati:ꝛ huic ſubiecto approximet̄
aliqḋ frigefactiuū potēs intendere frigus illud:non tn̄
vſq̄ȝ ad ſūmū gradū frigiditatis poſſibilē nālr:ꝛ totū h
eſt poſſibile:ꝛ tunc certū eſt:ꝙ illud frigefactiuū inten
det illud frigus aut ḡ remanebit calor.a.nō remiſſus
poſt intenſionē illius frigoris:ꝛ ſic illud frigus ante in
tenſionē eius nō fuit maximū:qḋ ſecuʒ poterat cōpati
calor.a.qḋ eſt contra poſitionē:aut remittet̄ ſimul ca
lor.a.ꝛ aliqua pars eius remanebit. ℂ Et tūc ꝯ p̄. Qꝛ
ſi totus calor.a.nō pōt ſimul ſtare cuʒ frigore maiore.
multo min⁹ eius ps poterit:vt ſupra argutū eſt. ℂ 2o.
Qꝛ ſi minor calor q̄ʒ eſt.a.pōt ſtare cuʒ maiore frigore
q̄ʒ eſt illud datū.ergo ꝛ calor.a.poterit ſtare cū aliquo
frigore adhuc maiore q̄ʒ ſit illud datū:qḋ in eadē ꝓpor
tione ſe habeat ad ip̄ʒ:in q̄ ad illū calorē minorē ſe hʒ
illud frigus maius:qḋ ponit̄ cū ipſo ſtare:ꝛ ꝑ ꝯñs illud
nō fuit maximū potēs ſtare cū calore.a.vt ponebatur:
aut in tali itēſiōe totalr corrūpet̄ calor.a.ꝛ cū frigus
iſtud nō fiat ſūmū ꝑ illud agens ex caſu poſito:erit ad
huc remiſſuʒ:ꝛ poterit vlterius itēdi. Et ſilr aliqḋ corp⁹
frigidiſſimū poterit remitti in frigiditate ad equalita
tē iſtius:ꝛ ſic poterit eē aliqḋ frigidū remiſſuʒ ſine mi
xtione caloris:ꝛ etiā poterit eē itēſio ꝛ remiſſio in vno
ꝯrio ſine alteri⁹ mixtione:ꝛ per ꝯñs nō eſt neceē ponere
in aliquo gradu ꝯria ſimul. ℂ Silr ꝯ aliā p̄tē pōt argui
qꝛ aut calor pōt ſecū cōpati q̄ʒtūcūq̄ȝ minus frigus q̄ʒ
eſt.b.in infinitū:aut nō:ſed vſq̄ȝ ad certā q̄ntitatē frigo
ris. ℂ Primū dici nō pōt:qꝛ tūc cū toto frigore.b.pōt
ſtare ſūma caliditas:qḋ eſt reprobatū.pʒ ꝯña:qꝛ ſum
ma caliditas nālr poſſibilis nō tātū excedit frigus.b.
q̄ʒtū calor.a.excedit aliqḋ frigus ſibi ꝯpoſſe:ſi in infini
tū minus pōt ſecū cōpati.ſi vō cōpatiat̄ ſecū min⁹ fri
gus vſq̄ȝ ad determinatā q̄ntitatē frigoris:ꝛ non vltra:
tūc ponit̄ cū hō q̄ntō frigore:ꝛ approximet̄ aliqḋ cale
factiuū intēdēs calorē:vt p̄us dicebat̄ de frigefactiuo
intendente frigus:ꝛ procedit argumētū penitus eodeʒ
modo:ꝛ ad eaſdē ꝯcluſiones deducit. ℂ Tertiū mediuʒ
eſt tale. Si ꝯria p̄nt ſe cōpati in aliquibus gradibus.ḡ
durities ꝛ mollities poterūt ſimul eſſe in eodē ſubiecto:ꝛ
cū in oī:in quo ē ſubiectiue durities ſit durū:ꝛ in q̄ ē mol
lities ſit molle:idē poterit eē durū ꝛ molle. h autē fal
ſum eſt:qꝛ tunc cōtradictoria eſſent ſimul vera:qḋ pa
Tex.cō.30. tet ex diffōnibus eoꝝ:vt pʒ 4o metheoroꝝ. Duruʒ eſt
ꝙ nō cedit in ſeipſum ſm ſuperficiē:molle aūt qḋ cedit

nō ecōtra circumſtādo. ℂ Idē ponit̄ 3o celi ꝛ mundi:ꝛ Tex.cō.31.
intelligendū eſt:ꝙ niſi p̄ter ſolitū:ꝛ cōem curſum nāe
deus operet̄.ſi ergo idē eſſet durū ꝛ molle:idē cederet
in ſeipſuʒ ſm ſuperficiē:nō ecōtra circūſtando:ꝛ non ce
deret ꝛc̄. Silis rō pōt fieri de rectitudie ꝛ curuitate:ſi
ponerent̄ eſſe alique qualitates ſm ſe diſtincte:ꝛ alijs
inherentes:ſi eni idem eſſet curuū ꝛ rectuʒ:ꝯdictoria
eſſent ſimul vera:vt ꝓbat̄ ex diffōnibus eoꝝ. Eſt eniʒ
rectū:cuius mediū non exit ab extremis:curuū aūt:cu
ius mediū exit extrema. ℂ Quartū mediū eſt de for
mis ꝯtrarijs:que nate ſunt fieri circa aīam: vt error ꝛ
ſcia circa eandē ꝯnē:virtus ꝛ vitiū illi oppoſitū:ſimul
eni poſſent eſſe in aīa qōlibʒ illoꝝ:ꝛ ſimul poſſet aliqs
ſcire aliquā veritatē ꝛ errare circa illā:ꝛ ſimt̄ aſſentire
firmiter ꝛ diſſentire:ꝛ eandē rē ſimplr velle ꝛ nolle:ꝛ
de eodē delectari ſimul ꝛ ꝯtriſtari:que ſunt ꝯ hūanaʒ
experientiā. ℂ Quintū mediū eſt:qꝛ tūc eodē mō q̄li
bet due forme ſubales vel accñtales poſſent nāliter in
formare eādē mām:cū nulle videant̄ plus icōpoſſibi
les q̄ʒ ꝯrie:ꝛ ſic in eadē mā poterūt ſimul eē forma pa
lee ꝛ forma lapidis vel ferri:ꝛ forma vini:ꝛ aceti:olei:
ꝛ olei:qḋ eſt abſurdū. Due etiā aīe rōnales poterūt eē
in vno corpe:ꝯ qḋ ē articulus pariſieñ.27o.qui eſt tā
lis:ꝙ deus poſſet plēs aīas in vno corpe facere.error.
ℂ Sextū mediū ſumit̄ ex dictis phī inferētis:ꝙ ſi cō Tex.cō.27.
traria eēnt ſimul:ꝯdictoria eſſent ſimul.vnde in q̄rto
meta.dicit ſic.(Qm̄ āt impoſſe ꝯdictionē ſimt̄ eē verā
de eodē:palā ꝙ nec ꝯria ſiml̄ icē cōtingit eidē.)ꝛ mox i
fert ꝓbationē:qꝛ vt dicit vnū ꝯrioꝝ eſt p̄uatio alteri⁹:
qḋ nō eſt itelligēdū eſſentialr:cū vtrūq̄ȝ ſit ens:ſed an
tecedēter ꝛ illatiue. Nā ad poſitiōeʒ vni⁹:ſeq̄t̄ negatio
alterius circa idē ſubm:ꝛ hoc ideo qꝛ eſſentia vni⁹ icō
poſſibilis eſt nālr eēntie alterius in eodeʒ ſubiecto. vñ
ex hoc p̄ciſe dr̄ eēntie ꝯrie.negatio aūt circa determi Tex.cō.15.
natū ſubm eſt p̄uatio.10.meta.ſi ḡ in eodeʒ ſimul ſunt
ꝯria.vbi grā albedo ꝛ nigredo:ſeq̄t̄:in hoc ſubiecto eſt
albedo.ḡ in hoc eodē ſubiecto nō eſt nigredo. ℂ Et ſi
militer ſequit̄:in hoc eſt nigredo.ḡ in hoc nō eſt albe
do:ꝛ vltra:igit̄ i hoc ſubiecto eſt albedo:ꝛ in hoc ſubie
cto nō eſt albedo:que ſunt ꝯdictoria. ℂ Et ſimilr ſeq
tur:in hoc ſubiecto eſt nigredo: ꝛ in hoc ſubiecto non
eſt nigredo:accipiendo.i.eſſe ſm actum:q̄uo aliqd di
cit̄ ſimpliciter eſſe:non autē eſſe in potētia:qḋ eſt eſſe
ſm quid:nam quod tm̄ eſt in potētia tale non ſimplr
ꝛ ſine determinatione dicitur tale:ſed potius negat̄ eē
tale.vt dicit Cōmentator 4o metaphyſice ꝯmento.15. Tex.cō.27.
ꝛ ꝓpterea cōcludit phs.(Si igitur impoſſibile eſt ſimul
affirmare ꝛ negare vere impoſſibile ꝛ contraria ſimul
eſſe:ſed aut quo:ideſt ſm quid ambo:aut alterum quo
alterum vero ſimpliciter quaſi:aut ambo ſunt ſimul
in eodem in potētia tantum:quia ſcilʒ neutrum eſt in
actu:ſed vtrūq̄ȝ pōt ineſſe ſicut contingit:qñ ꝯria ſunt
mediata:aut vnū in actu:aliḋ aūt in potētia tm̄:)qꝛ q̄ñ
alterū eſt actu in re:ita ꝙ ſimplr ꝛ ſine addito vere di
cit̄ eſſe in illa:reliquū non inuenit̄ in ea:niſi in tempo
ribus diuerſis:vt dicit Cōmētator ibidē cōmēto 27.ꝛ
allegat ibi Cōmētator quādā trāſlationē:que ē mani
feſtior q̄ʒ ſua ꝛ q̄ʒ nr̄a dicēs.(Et in alia tranſlatione in
loco totius illius eſt aliud manifeſtius ſic:ꝛ ſi impoſſibi
le eſt vt inſimul neget̄ ꝛ affirmet̄:impoſſibile eſt vt cō
traria ſint inſil:ſʒ q̄ñq̄ȝ hoc:ꝛ q̄ñq̄ȝ hoc.) ℂ Iteʒ phs
4o meta.ꝓbat ꝙ impoſſibile eſt aliquē opinari cōtradi Tex.cō.27.
ctoria ſimul eſſe vera:per hoc ꝙ impoſſe eſt eundeʒ ſil̄
hr̄e ꝯrias opiones:ꝛ opiones de cōtradictorijs ſunt cō
trarie:q̄ tota ꝓbatio ſup h fūdat̄:ꝙ ꝯria nō p̄nt ſimul

eidē ineſſe: ppterea qꝛ videbat ex eodē gnāri cōtraria ꝛ nihil generaī ex eo: qđ nō eſt: dicit phūs ꝙ ptāte cōtingit ſimul eidē ineſſe ꝯria: actu aūt nō. Et Cōmentator ibidē cōmento. 30. (Dicere (inquit) ꝙ ꝯria exiſtūt inſimul in eodē potētia eſt verū: actu aūt eſt falſum: ꝛ ad idē ppoſitū antea cōmento. 15. dicit: ꝙ oīa ꝯria nō ſunt exiſtentia inſimul actu: ſ3 potētia: ꝛ qđ nō eſt actu nō eſt ens. ⁋ Adā etiā ad idē ppoſitū arguit pbando ꝙ ſit ipoſſibile nāliter ꝯtraria eſſe in eodē ꝛ q̄tocūq; gradu. Primo ſic. Qꝛ qualitates ꝯrie nō cōpatiunī ſe in gradibus intēſis. igiī nec in gradibus remiſſis: añs daī ab oībus: ſ3 ꝯñtia pbaī: pmo qꝛ gradus remiſſus ita eſt talis nāe vel talis: ſicut gradus intēſus: ꝛ p ꝯñs ſi albedini ex nā albedinis repugnat nigredini coexiſtere: ita habebitur repugnātia in remiſſa albedine reſpectu nigredinis: ſicut in intenſa. Si aūt nō repugnat qꝛ eſt albedo: ſed qꝛ eſt tāta albedo: hoc erit dcm voluntariū ꝛ ſine rōne: qꝛ ſuppoſito iſto gradu nigredinis: q̄ ſtat in eodē ſubto cū albedine tāta: volo ꝙ iſte gradus perficiat ſubm illud ſine omni gradu albedinis: ſi igiī poſt illi ſubto approximeī dealbatiuū: qđ poſſit introducere gradum albedinis prehabitū: iſtud nō corrumperet aliqd nigredinis ad hoc: ꝙ introducat albedinē iſtam in iſto gradu: qꝛ nulla eſt repugnātia inter iſtos gradus albedinis ꝛ nigredinis: hoc dato. igiī pari rōne fortius dealbatiuū poſſet pmanēte iſta nigredine itroducere albedinē maiorē. nā ſi diceret oppoſitū: fictio eſt ſine rōne. ⁋ Scđo. Qꝛ repugnātia: q̄ ē iter gradus intēſionis: aut eſt formalis: aut virtualis: formalis inquit ſicut eſſe albū ꝛ non eſſe album formaliter repugnat reſpectu albedinis: ꝛ eſſe cecū ꝛ eſſe videntē virtualis eſt: qꝛ vna forma eſt corruptiua alteri⁹. Si primo modo: tūc ſicut pus cū albedo in minori gradu ita repugnabit paruus gradus albedinis gradui alterius ſicut magnus. Si ſit ſolū virtualis repugnātia: h eſt irrationabile ſm hanc viā: qꝛ iſta fictio ponit ꝙ magn⁹ gradus valde diſtans nō intenſiſſimus vni⁹ ꝯrij ſtabit bene cū puo alterius: ꝛ tñ ſi eſſet virtualis repugnātia in cauſa: q̄re gradus intenſi nō cōpatiunī ſe: multo fortius magnus gradus ipſi⁹ ꝯrij cōpatereī ſecū puū alterius: ꝛ hec rō potiſſime pbat de ſimul cōpati in eſſe pmanſiuo ꝛ quieto. ⁋ Tertio. Si nigredo in gradu remiſſo poſſit nāliter ſtare cū albedine: aut igiī qꝛ nigredo eſt: ꝛ tūc oīs nigredo: ꝛ p ꝯñs oīs nigredo itēſiſſima poterit ſic ſtare etiā cū albedine intēſa: qđ iterū eſt ꝯ pceſſū: vel qꝛ nigredo in tali gradu: ꝛ hoc dari nō pōt: qꝛ tūc vel repugnaret minori nigredini ſtare cū albedine: qđ falſum eſt: qꝛ cū data nigredo nō ſit maxima intēdi poſſet: qꝛ cū albedo ſecū ſtans nō ſubito corrūpereī: ſed maneret minor cum maiori nigredine. igiī nō minori: qꝛ ſi nō repugnat maiori: nec minori: ꝛ iterū albedo cū qua ſtat dat⁹ gradus poſſet intēdi. igiī ſ3 illaꝫ fictionē nigredo data poſſet remitti vſquequo habereī minor nigredo ꝛ maior albedo: ꝛ ſic nō videtur q̄n poſſit dari p cā: q̄re remiſſi ſtant ſimul: quin intenſiores ſtare poſſint. ⁋ Dices forte ꝙ tāt⁹ gradus vni⁹ ꝯrij poſſet ſtare cū tāto alterius ꝯrij gradu: dato aliq̄ maxio: cū q̄ poſſit ſtare nāliter: ſ3 nō cū maiori. ⁋ Cōtra. Si talis ꝛ tātus gradus pōt ſtare cū tāto ꝛ nō cū minore. igiī opꝫ pportionalr: ꝙ ſicut vna qualitas creſcit: ita ꝯria decreſcat: ꝛ p ꝯñs in aliq̄ inſtāti eēnt equales: ꝛ ſi poſſent ſe cōpati in talibus gradibus equalib⁹ nō apparet: quare nō poſſent intēdi eq̄liter ꝛ cōpati ſe in gradibus minoribus equalibus adinuiceꝫ: ꝛ in maioribus vſq; ad ſūmū: ꝛ ita in gradibus intēſiſſimis: ꝯñtia pꝫ: ſi deus approximaret actiua ꝯria: vel vnum tm̄: ꝛ ex alia pte ꝯſeruaret formā: ꝛ iſta pportiōaliter intēderet actū alterius actiui approximati: ꝛ tunc formas illas naturis ſuis relinqueret: aut. n. iſte in eē permanerēt poſtea ſibi relicte: ꝛ tūc nāliter ſe cōpatiūtur ex pte ſua: ꝛ habeī intētū: vel vna aget in aliam: cū tñ ſint equales: ꝛ ita nō obſtante ꝯtrarietate ſemp agunt adinuicē: ꝛ deſtruūt ſe finaliter: ꝛ nō cōpatiunī ſe etiā in gradibus remiſſis datis nō plus q̄ꝫ in alijs gradib⁹ equalibus. ⁋ Quarto ſm ꝙ arguit Okam. Ab omni forma īherēte ſubto alicui adequato vere denominari pōt ſubm tale: quale pōt aliqd eſſe per inherentiam talis forme: ſ3 hoc nō ſit veruꝫ de ſubto nō adequato: nā ethiops eſt albus ſm dentes: nō tñ eſt albus: ita ꝙ ſi forma ſit pfecta pfecte denominari pōt ſubm hui⁹ eſſe tale: ſi imperfecta imperfecte: ſi igiī calor ꝛ frigus ſunt ſimul in gradibus remiſſis in eodē ſubto adequato: illud erit ſimul calidū ꝛ frigidum: ſ3 nō in ſummo. 4⁹ arg. ſicut arguit Ocꝫ.

⁋ Quinto. Tunc odiū dei in gradu remiſſo eadē rōne poſſet ſtare cū amore dei: quod videī inconueniēs. ⁋ Sexto. Si dati gradus nāliter ſe cōpatiunī: addaī igiī alteri pars ſimilis vel maior p potētiā dei: ꝛ relinquat eas formas naturis ſuis: aut igiī pmanebit vtraq; in dato gradu: aut nō: ſi ſic. igiī nō erat nālis repugnātia inter tales formas ex nā taliū formaꝝ: nec etiā tantarū. ſi nō: opꝫ ꝙ vna deſtruat vel diminuat aliaꝫ: ꝛ ſi hoc. igiī multo fortius ageret ad corruptionē alteri⁹ poſt ea minoris: qꝛ ſi forma maior illius ſpēi non pōt reſiſtere ꝛ defendere ſe ꝯtra formā tanti gradus ꝯrie ſpēi: nec minor illa: ꝛ ſic vel in nullo gradu ſe cōpatiūtur: vel in quolibet. ⁋ Septimo. Si ꝯria coextendātur: ſequiī ꝙ aliqs ſit calor in centuplo maioris vtutis q̄ꝫ frigiditas data: ꝛ tñ ꝙ nec iſte calor: nec aliqd hñs illū pōt agere in hñs frigiditateꝫ datā niſi intēdendo eam: qđ videī magnū incōueniēs: pbaī ꝯñtia: ſit. a. ille calor: ꝛ frigiditas data in alio ſubto ſit. b. volo ꝙ habens calorē. a. ſit vnū calidū remiſſuꝫ: in quo tu ponis calorē ꝛ frigus coextendi: tunc ſi calor in. a. gradu compatiī ſecū in eodē ſubiecto frigus: in quo ponis ꝙ compatiunī ſe: ponit. n. opinio certū frigoris cōpoſſibilem gradui. a. caloris in eodeꝫ ſubto adeq̄to: ꝛ ſi iſte debet creſcere: opꝫ calorē minui: ꝛ ſi calor in iſto debet creſcere: opꝫ frigus minui ſm imaginationē iſti⁹ opinionis: capiatur igiī aliud frigus in cētuplo remiſſius frigore qđ p te eſt cum calore. a. ꝛ illud frigus in alio ſubo per caſum voceī. b. igiī ſm hāc poſitionē. b. coextēdiī cū calore itēſiore q̄ꝫ. a. ꝛ hec reſpōſio hꝫ ſuſtinere: ꝙ ſicut decreſcit frigus: ita pportiōaliter creſcit calor: ſit igiī c. corpus hñs frigus. b. ꝛ ſit. d. pᵐ calidū: cui⁹ calor eſt minor: ꝛ frigiditas maior. Tunc arguo ſic. d. eſt min⁹ calidū q̄ꝫ. c. igiī calor in. d. nō remittit frig⁹ in. c. qꝛ tūc intēderet calorē ſuū: ꝛ hoc nō: cū calor. c. ſit intenſior: igiī vl nō aget in. c. vel in eo intēdet frigus. b. ꝛ p ꝯñs nō poterit in. c. agere niſi intēdēdo frigus illius: quod erat pbādū: tenet vltima ꝯñtia: qꝛ ſi. d. ſit min⁹ calidū q̄ꝫ. c. ꝛ. d. in agendo p ſuū calorē in. c. nitiī ipſuꝫ aſſimilare ſibi: ꝛ hoc nō pōt niſi remittendo caloreꝫ ipſius: ꝛ hoc eſt qđ erat pbandū. ⁋ Octauo. Si calor ꝛ frig⁹ ſimul coextendanī. igiī q̄n vnū iſtoꝝ intendiī: aliud remittiī: ꝛ ecōtra. igiī eſſet dare mediuꝫ inſtans: in quo ſubm illud equaliter informareī formis ꝯtrarijs: ꝛ in quo aliqd eq̄liter cōponereī ex ꝯtrarijs: ꝯñs eſt cōtra Cōmentatorē. 10. metaphyſice. cōmento. 23. ꝛ primo de celo. cōmēto 7⁹. ⁋ Ex iſtis videī: ꝙ nunq̄ꝫ forme ꝯrie ſint ſimul in eodē ſubto pmo: etiā in actu incōple

to. ¶ Scḋo loco arguit̃ ꝫ eãdẽ ꝫnẽ ꝓbãdo ꝙ ꝫria in
actu cõpleto ⁊ quieto nõ ſolũ in fieri poſſint ſimul eẽ.
Utrũ in actu pfecto forme cõtrarie poſſint ſtare ſil. ¶ Primo arguit ſic Scotus in 2°. Si ꝫria nõ poſſent
nãliter eidẽ ſimul ineſſe: ſequit̃ ꝙ qñ ſubm aliqḋ trãſ
mutat̃ ꝯtinue de vna forma ꝫria in aliã forma corrũ
penda haberet vltimũ inſtãs ſui eſſe: vel forma gene
randa haberet p̈mũ ſui eſſe: ꝯñria eſt ſatis patens: naʒ
inſtans copulãs totũ tempus: in quo ſubm eſt ſub for
ma expellẽda: ⁊ totum: in quo eſt ſub forma generãda
vel erit vltimũ p̄cedentis vel p̈mũ ſequẽtis totum. n.
tempus hoc ⁊ tẽpus illud totaliter ſe excludũt ſi ꝫria
nõ ponant̃ ſimul. Et iterũ nullũ mediũ tempus eſt in
ter illa: alias ſubm per aliqḋ tẽpus careret vtraqꝫ for
ma: ⁊ per ꝯñs idẽ inſtans copulat vtrumqꝫ: ſed ꝯñs eſt
T. c. xi. falſum q̈tũ ad p̈mã ptẽ: vt pꝫ 8°. phyſicoꝝ: ⁊ ſimiliter
q̈tũ ad 2am: aliogn eẽt dare p̈mã mutationẽ ⁊ p̈m mu
tati eſſe: vel p̈mã ptẽ motus q eſt ſm formã poſterio
rem: vbi gr̃a frigefactionis ſi ſubm moueat̃ a calido in
frigidũ: qḋ eſt icõueniẽs. ¶ Cõfirmat̃. Qꝛ ſicut i mo
tu tali nõ eſt dare p̈mã remiſſionẽ forme abyciẽde: ſic
nõ eſt dare p̈mã gñationẽ forme inducẽde. ¶ Scḋo.
Agens nãle nõ remittit vnã formã niſi cãdo in eius
ſubto aliqd incõpoſſibile illi forme ſm aliquẽ gradũ:
⁊ ſm ꝙ cauſat illud in maiori ⁊ maiori gradu: corrũ
pit gradũ maiorẽ vl' minorẽ p̄exiſtẽtis forme. ¶ Ter
T. c. 32. tio. Phs 6°. phyſicoꝝ dicit: ꝙ oẽ qḋ mouet̃ hꝫ aliqd
vtriuſqꝫ extremi: ⁊ p ꝯñs oẽ qḋ mouet̃ ex ꝫrio in ꝫriũ
hꝫ aliqd vtriuſqꝫ ꝫrij: qḋ etiã habet̃ ex Cõmentatore.
5°. phyſicoꝝ cõmẽto. 12. ⁊ 54. ⁊ videt̃ mãifeſtũ ad ſen
ſum: ꝙ aque ſucceſſiue calefactibili aliqd caloris ineſt
manente adhuc frigiditate: nec totaliter corrupta: vſ
ad inſtãs: a quo incipit motus: ꝯcurrũt ſimul duo mo
tus eiuſdẽ ſubti. ſ. remiſſionis forme abyciende ⁊ intẽ
ſionis forme: que inducit̃: ⁊ neutrius motus eſt dare
p̈mã partẽ. ¶ Quarto arguit ſic Cathon. Cõſtat ꝙ qñ
agens agit in ſubm hñs formã ꝯtrariã nõ ſubito itro
ducat totã formã intenſiue: ſed in tẽpore ⁊ ptem ante
ptẽ: aut ḡ hoc ꝓuenit ex incõpoſſibilitate partiuꝫ for
me: ⁊ hoc nõ: qꝛ oẽs ſunt eiuſdẽ rõnis ⁊ nate ꝯponere
vnã formã pfectiorẽ: aut ex inſufficiẽtia agẽtis: ⁊ hoc
nõ eſt verũ. Tum qꝛ agens nãle in ſuſceptiuo diſpoſi
to põt ſimul inducere effectũ ſue actiuitati ꝓportiona
tum: niſi aliud obſtet. Tum qꝛ hoc tollit̃ põnẽdo ſuffi
cientiaꝫ. Aut 3° hoc ꝓuenit: qꝛ ſubm nõ põt ſimul eas
recipere: ⁊ hoc nõ eſt verũ: qꝛ in fine motus oẽs ſimul
inerũt: aut vltimo pp q̈litates vel diſpoſitiones ꝫrias
in paſſo repugnãtes forme iducẽde: ⁊ habet̃ ꝓpoſitũ:
qꝛ ſimul cũ parte forme itroducta eſt pars p̈oris repu
gnans parti itroducẽde: ⁊ ſic ſunt ſimul ꝫria in gradi
bus remiſſis. ¶ Quinto arguit̃ ab alijs. Omne quod
ſtat cũ motu ad aliquã formã: ſtat cũ termino motus:
hoc pꝫ: qꝛ talis motus nõ eſt niſi forma fluẽs ⁊ incom
T. c. 16. pleta. 3°. phyſicoꝝ: ſed forma ꝫria: ex q̃ ſubm tranſmu
tat̃ ſtat cũ motu: qꝛ ipſa eſt cã ſucceſſionis motus p̄di
Cap. 71. cti ſm Cõmẽtatorẽ. 4°. phyſicoꝝ dicentẽ: ꝙ cã ſucceſ
ſionis in motu eſt reſiſtentia: in motu aũt ad formam
non põt eſſe reſiſtẽtia niſi rõne forme ꝫrie exiſtẽtis in
ſubto. ¶ Sexto. Cõſtat ꝙ i mixto manẽt q̈litates ele
mẽtoꝝ remiſſe: ⁊ qḋ ſit de formis ſubalibus eorũdẽ.
aliogn nõ aliter diſponeret̃ mã ad formã mixti q̃ ad
formã elemẽti. ḡ cũ q̈libet ps mixti ſit mixta: ⁊ q̈lita
tes elemẽtoꝝ ſint ꝫrie: ſeqt̃ ꝙ in eadẽ pte mãe ſint q̈
litates ꝫrie in eẽ remiſſo. ¶ Septimo. Si ſint aliqua
agẽtia ꝫria apta agere mutuo approximata: ⁊ diſpõne
debita ad agẽdũ ⁊ patiẽdũ ⁊ iter illa minimũ: verbi
gr̃a: minimus aer: ⁊ ſint illa agẽtia calidũ ⁊ frigidum
ſub talib' gradib' ꝙ vtrũqꝫ poſſit agere in reliquũ p
tale mediũ minimũ: qḋ totũ eſt poſſibile: tũc diſtans
nõ poſſet agere in diſtãs niſi agẽdo in mediũ: vt pꝫ 2° Tex. cõ. 67. ⁊ infra.
de aĩa: ⁊ vtrũqꝫ iſtoꝝ agat in reliquũ: ſequit̃ ꝙ vtrũqꝫ
agat in mediũ: ⁊ tñ actiões ſint ꝫrie: illud minimũ ſi
mul totũ mouebit̃ motibus ꝫrijs: ⁊ p ꝯñs motus ꝫrij
ſunt ſimul in eodẽ: ⁊ forme p̄manẽtes ꝫrie erũt in eo
dem. ſ. caliditas ⁊ frigiditas. ¶ Octauo. Motus ſur
ſum ⁊ deorſum ſunt ꝫrij. 5°. phyſicoꝝ: ſꝫ iſti põt ſimul
eẽ. ḡ ⁊c. minor ꝓbat̃: qꝛ ſi lancea moueat̃ ſurſuꝫ: ⁊ muſ T. c. 50.
ca moueat̃ ſup lanceã verſum deorſus motu ꝓprio:
illa muſca ſimul mouet̃ ſurſuꝫ ⁊ deorſuꝫ. ¶ Idẽ põt
ꝓbari de aĩa humana: que lꝫ p accñs realiter tñ ⁊ ve
re ſimul mouet̃ ſurſum ⁊ deorſuꝫ verbi gr̃a: cũ qs ma
nus ꝯiũctas ſeparat eleuãdo vnã ſurſuꝫ: ⁊ aliã dep̈mẽ
do deorſuꝫ. ¶ Nono. Differẽtie diuidẽtes idẽ genus
ex oppoſito ſunt ꝫrie. 10. metaphyſice: ⁊ ille ſunt ſimul T. c. 24.
in eodem ſubto: qꝛ due ſpẽs: verbi gr̃a: calor ⁊ ſiccitas
ſunt in eodẽ ſubo: ⁊ iſte ꝯſtituunt̃ differẽtijs diuiſiuis
eiuſdẽ generis ex oppoſito. ḡ ⁊ tales differẽtie oppoſi
te ſunt in eodẽ ſubto: aſſumptuꝫ ꝓbat̃: qꝛ vel ille due
ſpẽs cũ ſint eiuſdeꝫ generis imediate ꝯtinent̃ ſub op
poſitis differẽtijs illius: ⁊ habet̃ ꝓpoſitũ: vel ambe cõ
tinent̃ ſub altera differẽtia: ⁊ tũc cũ differẽtia addita
generi ꝯſtituat ſpẽm: calor ⁊ ſiccitas erũt eiuſdem ſpẽi
ſubalterne: ⁊ tunc q̃rit̃: aut calor ⁊ ſiccitas ꝯtinent̃ in
diuerſis oppoſitis differentijs illius ſpẽi ſubalterne: ⁊
habet̃ ꝓpoſitũ: vel ꝯtinent̃ ſub altera: ⁊ tũc ſequit̃ ꝙ
erũt ſub altera vna ſpẽ inferiori ſubalterna: ⁊ tunc vt
p̈us q̃rat̃: an ꝯtineant̃ ſub oppoſitis differẽtijs illi' ſpe
ciei ſubalterne: vel ſub altera: ⁊ ſic ꝓcedet̃ in infinitũ:
vel erũt eiuſdeꝫ ſpẽi ſpãliſſime: vel deueniet̃ ad aliqḋ
genus: ſub cuius oppoſitis differentijs calor ⁊ ſiccitas
ꝯtinent̃ ⁊ cũ duo p̈ma ſint falſa: relinquit̃ tertiũ: qḋ eſt
ꝓpoſitũ. ¶ Decimo. Cũ habitu virtutis ſtat aliqs gra
dus vitij vel diſpoſitionis ad vitiũ: q̃ cuꝫ aucta eſt fit
habitus: ⁊ p ꝯñs eſt eiuſdẽ rõnis cũ habitu vitij. ḡ ꝫria
ſtant ſimul: ꝯñtia pꝫ: ſed añs ꝓbat̃: qꝛ ſi tẽperatus eli
gat actũ oppoſitũ: cauſabit̃ aliqd per illũ: alias p nullũ
aliũ ſimili rõne aliqd cauſaret̃: ⁊ ſic nunqꝫ poſſet oppo
ſitũ vitiũ generari: illud aũt qḋ cauſabit̃: vel erit vitiũ
vel diſpoſitio ad vitiũ: ⁊ illud ſtabit cũ v̈tute tẽperãtie
cũ virt' nõ corrũpat̃ p vnũ actũ oppoſitũ. ¶ Undeci
mo. Arguit̃ p phm. 5°. phyſicoꝝ dicẽtẽ: ꝙ mot' q ſunt T. c. 52.
ex extremis in mediũ ſunt põnẽdi inter motus ꝫrios.
Et eſt rõ vt dicit: qꝛ mediũ ad vtrũqꝫ dicit̃ quodãmõ:
vbi Cõmentator cõmento. 52. dicit. (Et phs iõ dixit
quodãmõ: qꝛ mediũ ẽ ꝫriũ vtriqꝫ extremo nõ ſimplr:
ſicut alteꝝ extremũ eſt ꝫriũ reliquo: ſꝫ mediũ eſt ꝫriũ
vtriqꝫ extremo p illḋ: qḋ eſt in eo: de reliquo extremo:
⁊ ꝫrietas ei' differt a ꝫrietate alteri' extremi in h̃: qm̃
ꝫriũ in eo. ſ. vnũ extremũ nõ eſt in ſua vltima pfectio
ne ſic̃ eſt in ipſo extremo. ¶ Et ſubdit ꝙ vtrũqꝫ extre
mũ iuenit̃ in medio nõ pfecte: vñ in trãſmutatione: q̃
fit de viridi ad albũ: viride eſt q̃ſi nigrũ: viride. n. non
trãſmutat̃ ad albũ niſi ſm ꝙ eſt in eo de nigro: nõ ſꝫ
ꝙ eſt in eo de albo: ⁊ etiã qñ viride tranſmutat̃ in ni
grũ trãſmutat̃ ſꝫ ꝙ eſt in eo de albo: ⁊ ſimiliter qñ al
bũ trãſmutat̃ in viride trãſmutat̃ in nigrũ qḋ ẽ in vi
ridi.) Hec Cõmẽtator. ¶ In qb' v̈bis mãifeſte pꝫ eũ
ſenſiſſe: ꝙ in colore medio ſit vtrũqꝫ extremoꝝ ꝫrio
rum: ſꝫ nõ in ſua vltima pfectione: ſed in eſſe imperfe
cto ⁊ remiſſo. ¶ Duodecimo. Qꝛ phs. 10. metaphyſi
ce ⁊ Cõmẽtator cõmento ibidẽ. 23. expſſe dicũt: ꝙ oĩa
media

media īter ɔ̄ria ſunt cōpoſita ex ɔ̄rijs:⁊ in pluribꝰ aliꝗs
locis idē videnẽ ponere. Ex quo ſequiẽ ꝙ ẽꝫ eoꝝ opi-
Tertio Joan dē. diſ. 17. q. 3. arti. pmo. nionē ɔ̄ria ſunt ſimul:ꝫ in gradibus remiſſis. ❡ Ter-
tio loco arguit Grego. ɔ̄tra illā ɔcluſionē: pbādo ꝙ da-
to ꝙ ɔ̄ria eſſent ſimul in eodē ſubiecto pmo: adhuc ex re-
motione vnius illoꝝ: aliud nō intendereẽ. Arguit igiẽ
pmo ſic. Qꝛ ẽꝫ illā opinionē nulla forma vere augmē-
tareẽ: ſed ſolū ẽm apparentiā tm̄: qꝛ in rei veritate for-
ma: que diciẽ augmētata nō eſt maioꝛ neqꝫ perfectioꝛ
ꝙ̄ prius: ſed ſolū apparet maioꝛ ꝓpter abſentiā ſui cō-
trarij: qḋ impedit eius apparentiā: ſicut cū pānus lineꝰ
aqua madefactus exponiẽ ad ſolē per abſtractionem
vel corruptionez aque ⁊ humoꝝ apparet albioꝛ ꝙ̄ prius
ẽm veritatez nō ſit albioꝛ in ſe. ❡ Scḋo. Qꝛ ſequiẽ ꝙ
nunꝙ̄ forma augeaẽ in aliquo ſubiecto quin ſimul in eo-
dem ſubiecto augeaẽ forma ɔ̄ria: ⁊ ſic ipoſſibile eſſet ali-
quod ſubm̄ fieri magis albū niſi ipſuz ſimul fieret ma-
gis nigrū: qḋ eſt abſonū: pbaẽ ɔ̄ña: nā ſequiẽ ẽm opi-
nionē: albedo augeẽ. ġ minꝰ ɔmiſceẽ nigredini: ⁊ vltra
ġ nigredo minus miſcetur albedini: ⁊ hec 2ª ɔ̄ña pꝫ:
qꝛ ipoſſibile eſt aliqḋ magis ɔmiſceri alicui: qḋ nō ma-
gis ɔmiſceẽ ſibi: ſicut ipoſſibile eſt: ꝙ aliqḋ ſit ɔmixtū
ſibi: ſeqẽ ġ: albedo minꝰ ɔmiſceẽ nigredini. ġ nigredo
illa minꝰ miſceẽ albedini: ⁊ vltra. igiẽ illa nigredo au-
geẽ. ġ de pmo ad vltimū ſequiẽ: albedo in h̄ ſubiecto au-
geẽ. igiẽ nigredo in hoc ſubiecto augeẽ: ⁊ ſeqẽ: in hoc ſub-
iecto augeẽ albedo ⁊ nigredo. ġ hoc ſubm̄ ſit magis al-
bum ⁊ magis nigrū. ❡ Tertio. Qꝛ cū forma remittiẽ:
aut iō diciẽ magis miſceri forme ɔ̄rie: qꝛ ſibi magis cō-
iungiẽ ⁊ intimaẽ: ⁊ h̄ eſt falſum: qꝛ ẽm opinionē iſtam
vtraqꝫ eſt in eodē ſubiecto adeq̄to: ⁊ ẽm veritatē ſi vtra-
qꝫ eſt ſimul in eodē ſubiecto adequato: vtraqꝫ totā mãm
ſibi ſubiectā imediate informat: ⁊ ꝑ ɔ̄ñs nō ſunt aliqñ
minꝰ ɔiūcte: aliqñ magis. ❡ Itē ſit ita eēt: vna nō ma-
gis diceret̃ remitti ꝙ̄ alia: nec econtra: qꝛ ſi vna alteri
magis vniẽ: neceſſe eſt ꝙ reliqua illi etiā magis vniaẽ:
vel iō dicitur magis miſceri forme ɔ̄rie: qꝛ forma illa
cui miſceẽ eſt in ſe maioꝛ ꝙ̄ ea cui pmo miſcebaẽ: vel
econuerſo ipſa eſt minoꝛ: ⁊ forma ɔ̄ria cui pmo miſce-
baẽ eſt equalis: vel prius: vel maioꝛ: verbi grã: ſi calidū
aliqḋ fiat minꝰ calidū: ⁊ per ɔ̄ñs remittaẽ caloꝛ eius: ſi
iō remittiẽ: vel minuiẽ caloꝛ eius: qꝛ miſcetur maiori
frigiditati: hoc nō pōt eſſe niſi vel qꝛ frigiditas augeẽ
⁊ caloꝛ remanet in ſe vniformis nō maioꝛ: nec minoꝛ
ꝙ̄ prius: aut qꝛ frigiditas in ſe remanet tāta: ⁊ caloꝛ mi-
nuiẽ: aut vtroqꝫ mō: qꝛ .ſ. caloꝛ ⁊ minuitur: ⁊ frigiditas
augeẽ: ⁊ qḋcunqꝫ hoꝝ detur: ſequiẽ ꝙ forma minuaẽ
in ſe: ⁊ etiā ẽm ſe ⁊ augeaẽ: imo dicere ꝙ forma nō au-
getur per additionē alicuiꝰ ſimilis: nec minuiẽ per ſub-
tractionē: ſeu corruptionē alicuius partis: ⁊ dicere cuꝫ
hoc ꝙ remittiẽ per maiorē mixtionē ɔ̄rij ẽm intelle-
ctū datū: eſt implicare ɔ̄dictionē. ❡ Pmꝰ etiā mo-
dus dari nō pōt ẽm ſe: qꝛ ſi caloꝛ nō minuitur: dato ꝙ
frigiditas augeaẽ nō erit caloꝛ remiſſioꝛ: ſed tm̄ frigi-
ditas erit intēſioꝛ: nec ſubm̄ erit minus calidū ꝙ̄ fuit
prius: ſed ſolū erit frigidius ꝙ̄ fuit ante: ſicut ſi dulcedo
pomi maneat in equali gradu: ⁊ rubedo augeaẽ: nō ex
hoc erit eius dulcedo minoꝛ: aut ipſuꝫ minus dulce ꝙ̄
prius: ſed erit tantūmō magis rubeū ꝙ̄ fuit: ⁊ per ɔ̄ñs
ſi hoc modo caloꝛ remittiẽ: caloꝛ non remittiẽ. ❡ Si
vō dicaẽ 2º ꝙ frigiditas manet in eodē gradu: ſꝫ caloꝛ
minuiẽ. ❡ Cōtra pmo. Qꝛ ẽm hoc frigiditas nō intē-
diẽ: ⁊ tm̄ miſceẽ minori ɔ̄trario: qḋ eſt ɔ̄tra opinionez.
Scḋo. Qꝛ ẽꝫ hoc poſito ꝙ ſicut minuiẽ caloꝛ minuere-
tur frigiditas: qḋ vtiqꝫ deus poſſet facere: tunc nec mi-
nuereẽ caloꝛ: nec frigus: ⁊ ſic vtrunqꝫ minuereẽ: ⁊ neu-
trū minuereẽ: qḋ eſt impoſſibile: ⁊ pꝫ ɔ̄ña: minuereẽ
enim per poꝰⁿ ⁊ nō minuereẽ: qꝛ nō eſſet minoꝛ mixtio
ɔ̄rij ꝙ̄ erat prius: vñ ſi ſit caloꝛ decē graduū mixtus fri-
giditati octo graduū: nō erit minoꝛ mixtio ɔ̄rioꝝ ꝙ̄ ſi
miſceaẽ caloꝛ nouē graduū cū frigore ſeptē graduū:
aut ſi erit minoꝛ mixtio ɔ̄trarioꝝ: caloꝛ erit intenſioꝛ:
⁊ ſimiliter frigus ẽm opinionem: qꝛ caloꝛ ille eſt intē-
ſioꝛ qui frigori eſt immixtus: ⁊ econuerſo de frigore: ⁊ ꝑ
ɔ̄ñs in hoc caſu vtraqꝫ forma augeẽ ⁊ minuiẽ: ⁊ ſi au-
geẽ nō minuiẽ: minuiẽ ġ ⁊ nō minuiẽ. ❡ Quarto. Si
iō caloꝛ minuiẽ: qꝛ frigiditati magis miſceẽ: ⁊ iō ꝑciſe
magis miſceẽ: qꝛ minuitur: ſequiẽ ergo ꝙ iō caloꝛ mi-
nuiẽ: qꝛ minuitur: ⁊ iō eſto ꝙ ɔ̄traria ſimul miſcerenẽ
in forma remiſſa: ⁊ ꝙ ad intēſionē vel remiſſionē for-
me ſequiẽ maioꝛ vel minoꝛ mixtio cū ɔ̄trario: non tm̄
hoc ꝙ eſt formā intēdi vel remitti eſt illud ipſum: qḋ
eſt eā magis vel minꝰ miſceri ɔ̄rio: q̄nimo talis maioꝛ
vel minoꝛ mixtio ꝑſupponit cauſaliter intenſionē vel
remiſſionē forme ẽm ſuas ꝑtes intrinſecas. ❡ Quin-
to. Cōſtat ꝙ deus poſſet annihilare totā frigiditatem:
que eſt in ſubiecto remiſſe calido ⁊ calorē remanentē mi-
nuere eodē mō: quo diciẽ minui exiſtēte ſimul cuꝫ eo-
frigiditate: h̄ poſito pꝫ: ꝙ caloꝛ remittereẽ: ⁊ ſubm̄ fie-
ret minus calidū: ⁊ tm̄ nō magis miſcereẽ cōtrario: ⁊ ꝑ
ɔ̄ñs nō eſt idipſum formā remitti: ⁊ eā magis miſceri
ɔ̄rio. ❡ Sexto. Si deus annihilaret totā frigiditatez
exiſtentē ẽm te in corpore remiſſe calido: ⁊ illud corpꝰ
approximaret alteri corpori calidiori: qḋ prius poterat
intēdere calorē: in iſto aūt intēdeẽ caloꝛ illius remiſſe
calidi: ⁊ habeẽ ꝓpoſitū: qꝛ tūc erit intēſio ſine minori
mixtione ɔ̄trarij: aut nō intēdeẽ: ⁊ tūc ſequiẽ ꝙ forma
ɔ̄ria per ſe iuuaret ⁊ nō impediret actionē agentis: qḋ
eſt ɔ̄tra nãm. ❡ Septimo. Si forma non eſt remiſſa
niſi ꝓpter mixtionē ɔ̄rij. ġ in quocunqꝫ eſt forma ſine
hō mixtione: ipſum eſt ſūme tale: ⁊ forma illa eſt intē-
ſiſſima: ɔ̄ñs eſt falſum: qꝛ cum in aere puro nō ſit aliq̄
frigiditas: nec ēt aliq̄ q̄litas media iter calorē ⁊ frigꝰ:
ſed pura q̄litas: ſequiẽ ꝙ caloꝛ in aere puro eſſet inten-
ſiſſimꝰ: ⁊ aer eēt calidiſſimus: ⁊ ignis nō eēt calidus in
ſūmo ſupra aerē. ❡ Octauo. Naꝫ aer pōt fieri magis
calidus: ⁊ iterū fieri minꝰ calidus redeundo ad gradū
caloris nāliter ſibi ɔuenientē: ⁊ tm̄ nec pmo mō: nec 2º
mō plus miſcebiẽ ſuus caloꝛ frigiditati: qꝛ vt dcm̄ eſt:
in eo nulla eſt frigiditas: nā forme elemētorum in ſua
ſimplicitate exiſtētiū ſunt ſimplices nulli forme ɔ̄rie
mixte: q̄cq̄d ſit de q̄litatibꝰ corpoꝝ mixtoꝝ: ſic ġ vide-
tur: ꝙ illa 2ª ɔclō ex triplici capite ſit falſa. ❡ Contra
3ᵃᵐ 4ᵃᵐ ⁊ 6ᵃᵐ ɔ̄nes arguit Aureo. dicens: ꝙ impoſſibi-
le eſt formā intendi per radicalē participationē ſubiecti
niſi habeat in eſſentia ſua ꝑtes ⁊ gradus: qḋ ꝓbat mul-
tipliciter: ⁊ pmo ſic. Impoſſibile eſt eſſe nouū motū ſi- Utr forme iñtēdant ꝑ partes ⁊ partes eſſentiales.
ne acq̄ſitione noui termini realis: alioqñ acq̄ſitio eſſet
ſine eo: ꝙ aliqḋ acq̄rereẽ: ⁊ factio abſqꝫ eo ꝙ aliqḋ fie-
ret: ſed ſi fiat intenſio per ꝑticipationē forme in ſubiecto:
motus intenſionis erit nouus abſqꝫ hoc ꝙ aliq̄ noua
realitas acq̄raẽ: nec .n. acq̄rereẽ realitas forme: qꝛ iam
ante erat: ens aūt acq̄ri ⁊ fieri nō pōt: qḋ .n. fit nō eſt: vt
pꝫ pmo phyſicoꝝ: nec acq̄reẽ aliq̄ pars forme: aut gra- T. c. 74.
dus eēntie: qꝛ partē ⁊ partē nō hꝫ: nec gradū ⁊ gradus
in eēntia ẽm iſtū modū ponēdi. Nec acq̄reẽ eſſe: qꝛ eē Qr non acq̄rantur aliud ⁊ aliud eſſe.
⁊ eēntia vel ſunt idē: vel ſaltē eſſe eſt ꝓpetas: vel actua-
litas eēntie: vñ intimiꝰ ſequiẽ eēntiā ꝙ̄ riſibile aut ali-
q̄ ꝓpria paſſio ſuū ſubm̄: ⁊ qḋcūqꝫ hoꝝ deẽ: ipoſſibile
eſt: ꝙ eē habeat gradus: ⁊ intēdaẽ q̄n eodē mō eēntia

babeat gradus. Tū 2°: qꝛ eē videꝛ hr̄e mēſurā ꝛ varie
tatē atq; determinationē a forma: ꝛ ita nō ſuſcipit niſi
forma variata variationē. Tū 3° qꝛ eſſe: de quo loqui
mur: eſt eſſe exiſtētie: qḋ nō eſt niſi vnū in vno ſuppoſi
to ꝛ ſequiꝛ formā ſubſtātialē: q̄ nec intēdiꝛ nec remit
Q nec parti tiꝛ: ꝛ p ꝯñs nec eſſe. Nec pōt poni ꝙ acqraꝛ noua ꝑti
cipatio acq cipatio ſeu radicatio in ſubto: qꝛ talis participatio vel
ratur. eēt relatio: ꝛ tunc nō ſuſcipit magis ꝛ minus: vel eſſet
abſolutū: ꝛ tūc aliqd abſolutū baberet ꝑtes ꝛ gradus
nō obſtante ſua ſimplicitate: ꝛ poſſet pari rōne idē dici
de forma. Tū 2°: qꝛ ipoſſibile eſt indiuiſibile magis ꝛ
minus intimari ſeu radicari ſiue ꝑticipari. Tum 3°: qꝛ
relatio nō ſuſcipit magis ꝛ minus niſi ꝑ fundamenta:
vñ ꝑticipatio intendi nō pōt niſi forma ꝑticipata intē
daꝛ. g̃ ipoſſibile eſt poni ꝙ charitas augeaꝛ ꝑ ſui ꝑtici
pationē in ſubto nō habēdo in eſſentia ſua gradus aut
ꝑtes. ¶ Scḋo principaliter arguit ſic. Impoſſibile eſt
formā ampli⁹ ꝛ magis ꝑticipari: niſi aliquo facto circa
formā: vel circa eēntiā ſubti: ꝛ circa eius diſpoſitionez:
ſed maioꝛ ꝑticipatio forme in ſubto nō fit ꝑꝑ aliquid
factū in eſſentia ſubti: qꝛ nō ſuſcipit magis ꝛ minus in
eēntia ipſa aīa: nec intēdiꝛ dū charitas augeꝛ: nec etiā
fit variatio circa diſpoſitiōes ſubti: quibus forma ma
gis ꝑticipeꝛ: qꝛ ſubm magis diſponiꝛ: aut. n. magis di
ſponiꝛ ꝑpter diſpoſitiones alterius rōnis: ita vt corre
ſpondeant gradibus: qbus forma intēdiꝛ: diſpōnes al
terius rōnis: hoc aūt eſſe nō pōt: qꝛ cū gradus ſint infi
niti: inter quēcunq; gradū maiorē ꝛ minorē oporteret
eſſe īfinita diſpoſitio alterius rōnis. Aut magis diſpo
niꝛ ꝑpter intenſionē eiuſdē rōnis: ꝛ tūc remanet eadē
difficultas quomō illa diſpoſitio intendaꝛ: cum ſit for
ma accidentalis. Si enī in ſui eēntia intendatur. pari
rōne quelibet forma accidentalis poſſet ſic intēdi. Si
vero per maiorē diſpoſitionez ſubiecti: quereꝛ de illa
ꝛ erit ꝑceſſus in infinitū. Et iterū ſi forma intendere
tur ꝑpter diſpoſitionē ſubiecti: in ſubto diſpoſitiſſimo
per neceſſitatē: eſſet forma in ſūmo: cuius oppoſitū pꝫ
in aere qui nō eſt luminoſus in ſūmo q̄tumcunq; ſit
ſūme diſpoſitus. ¶ Itē intellus poſſibilis eſt ſūme di
ſpoſitus ad ſuſceptionē actus ꝛ ſpeciei: nec tamen iſta
ſunt ſemper in eo in ſūmo: vnde manifeſtuz eſt ꝙ for
me participatio nō eſt amplioꝛ ꝑpter diſpoſitiōez ſub
iecti. ergo relinquiꝛ ꝙ fiat per hoc ꝙ forma aliqd ad
ſuā eſſentiā ꝑtinens acquiſiuit: ꝛ iſtis duabus rōnibus
dicit arguens: impoſſibilitas noſtre poſitionis inſolu
biliter eſt oſtenſa: ſed vt euidentius oſtendaꝛ arguit.
¶ Tertio ſic. Impoſſibile eſt verificari ꝯtradictoria
de ꝑdicamēto reali ſm diuerſa tēpora de ſubto: gn ſit
facta mutatio in aliquo reali ſm illa tēpora in ſubto:
ſed forma que intēdiꝛ ꝑus fuit remiſſa realiter: dein
de nō remiſſa realiter: ſed intenſa. g̃ neceſſe eſt vt aliq̄
realitas aduenerit ſubto: nō pōt aūt illa realitas eē ꝑs
ſubiecti: qꝛ anima partes non habet niſi loquamur de
charitate: nec pars diſpoſitionis: qꝛ aer eſt diſpoſitiſſi
mus reſpectu lucis: nec pars eſſe: aut ꝑticipationis for
me: cū iſta nō poſſit intendi niſi forma intendaꝛ. ergo
neceſſe eſt ꝙ in eēntia forme ſit facta realis variatio.
¶ Quarto ſic. Impoſſibile eſt ꝙ aliqd de nouo realr
ꝑficiaꝛ aut intendaꝛ: niſi adueniente aliqua realitate
ꝑficiente: alioquin mā poſſet perfici per nō realitatez:
ꝛ ſm h forma nō realiter differret a mā: vnde negans
hanc propoſitionē tollit viā: qua ꝑbaꝛ ꝙ forma ꝛ mā
realiter nō ſint idē: ſed albedo intenſa vere perficiꝛ ꝛ
actuaꝛ ꝛ intendiꝛ realiter. g̃ neceſſe eſt adueniſſe no
uā realitatē perficiētē. ¶ Quinto ſic. Impoſſibile eſt
ꝙ idē ſit realiter ꝑfectius ſe: vel excedens in perfectio
ne: ſed forma intēſa in perfectione excedit remiſſam.
ꝙ futuꝝ vt ſubeſt diuine pſcientie: eſt neceſſariū. ḡ nō
pn̄t plura vel pauciora attingi ſcia viſiōis. ¶ 5°. ad idē
A te cōcediť: ꝙ illud an̄s ē neceſſariū: deus ſcit aliqd
eſſe futuꝝ: ⁊ ꝯn̄s ēt eſt neceſſariū ſi inferať. ḡ illud erit
ꝓut ſubeſt diuine ſcie: ſcꝫ ꝓut eſt in ſua pſentialitate: ſꝫ
pſcia ⁊ pſcitis ſic exiſtent ib⁹ neceſſariis: ipoſſibile ē ꝙ
diua pſcia ſe extēdat ad plura vel pauciora. ḡ illa duo
dicta adinuicē ſibi repugnāt.) Hec ille. ¶ Contra 2ᵃᵐ
ꝯnē ⁊ 6ᵃᵐ arguit ſic. Omne qđ infallibilr̄ eueniet imu
tabilr̄ eueniet: deť eni ꝙ poſſit mutari euēt⁹. igiť falli
pōt: ne ponať ille euent⁹: idē eni importať p ifallibilr̄
euenire ⁊ imutabilr̄: ſꝫ certitudo diue ꝓuidētie de ne
ceſſitate cōcludit: ꝙ oēs effect⁹ ꝓuiſi quātūcūqꝫ ꝯtin/
gētes infallibilr̄ ſunt futuri: deť eni oppoſitū: ſtatiꝫ ſe/
quiť ꝙ diua ꝓuidētia nō ſit infallibilr̄ certa. ḡ certitu/
do diue ꝓuidētie cōcludit: ꝙ effect⁹ quātūcūqꝫ ꝯtin/
gētes ſic euenient: ꝙ mutari nō pn̄t. ¶ 2°. ad idē. Quis
ꝓuidentia diua pparet cās neceſſarias effectib⁹ quibuſ/
dā ⁊ aliis ꝯtingētes: tn̄ illi effect⁹ cauſaꝝ cōtingentiuꝫ
ſubſūt diue ꝓuidētie: q̄ ifallibilis ē ⁊ certa: ⁊ p ꝯn̄s nō
ſūt caſuales: nec ꝯtingētes in ordine ad diuā ꝓuiden/
tiā: q̄ꝫuis p reſpectū ad cās ꝓximas ſint ꝯtingētes: ſed
qđ nō ē ꝯtingēs ſꝫ imutabile p reſpectū ad cāꝫ infalli/
bilr̄: eſt nō ꝯtingēter. ḡ effect⁹ cauſaꝝ cōtingētiū imu/ Contra 3ᵃᵐ
tabilr̄ ⁊ infallibilr̄ ⁊ nō ꝯtingēter ſūt.) Hec ille. ¶ Cō di. 40. q. pᵃ.
tra 3ᵃᵐ ꝯnē arguit ſic diſ. 40. ꝓbādo: ꝙ iſte modus po/ inquiſitione
nēdi deſperationē hoīb⁹ inducat. Sicut eniꝫ ingt aliq 4ᵃ.
ſunt pdeſtinati: ſic ⁊ alii reprobati: qn̄ aūt aliqd eſt im
mutabile facta aliq̄ ſuppōne: fatuū eſt conari ad imu/
tandū illud: donec ſtat ꝯditio illa: vn̄ conat⁹ imutare
volētis dꝫ eē ad tollendū illā ꝯditionē: ſicut ſi neceſſe
eſt: ꝙ ſortes moueať ſi currat: q vult ipedire: ne moueа
tur: opꝫ eū ipedire: ne ſortes currat: ſꝫ manifeᵐ eſt ꝙ p/
deſtinatio ⁊ reprobatio ꝓut in deo ſūt nr̄o conatu im/
pediri nō pn̄t. ḡ ſi ſtātib⁹ illis impoľe ē qn ſaluet iſte: ⁊
damneť ille: fruſtra q damnat⁹ ē ad oppoᵐ conať: vn̄
dať hoī mā deſperādi ⁊ negligēdi ſeipſum: ⁊ tolliť oīs
exhortatio ſalutaris: ⁊ pſuaſio: ⁊ ſacramētoꝝ pceptio:
q: totū eſt vanū. ¶ 2°. Quātūcūqꝫ ꝯtingēter de⁹ pde
ſtinauerit petrū: ex quo pdeſtinauit mutari nō pōt: nec
petrus ſuo conatu poſſꝫ tollere ſuā pdeſtinationē: nec
iudas ſuā reprobationē: ⁊ ſic manet occaſio deſperādi
nam ſicut an̄s eſt imutabile: deus pdeſtinauit petruꝫ
ita ⁊ ꝯn̄s ſcꝫ petrus ſaluabiť: ⁊ ita de iſta conditionali:
ſi deus reprobauit iudam: iudas damnabiť. ¶ Cōtra Cōtra 4ᵃᵐ
4ᵃᵐ ꝯnē arguit ꝙ ipſa tollit oē cōſiliū: ⁊ conatum: ⁊ oē ꝯcl'onē ibidē
politicū negociū excludit. Manēte eni ꝯditiōe imu/ inquiſitiōe 2ᵃ.
tabiliter: fatuū eſt conari ad tollendū illud: qđ eſt imu
tabile illa cōditione manente: ſicut ſtante iſta cōditio/
ne ꝙ

ne:ꝙ ſortes currit fatuuz eſt conari:ꝙ nō moueaẗ:aut
de h̄ ꝯſiliari:ſed manifeſtū eſt ꝙ cōditio imutabilr̄ ꝑ
manet:ſcʒ dei p̄ſcia ⁊ ꝓuidētia.igiẗ ſi rerū euent⁹:⁊ fa
tum qḋ ꝓuidētie ſubeſt:eſt imutabile neceſſitate cōdi
tionata:fatuū eſt conari:aut ꝯſiliari de aliquo futuro.
¶ 2ᵒ. Uideẗ error gētiliū redire:q̄ excuſationē ſuoruʒ
actuū aſſumebāt ex fato q̄ſi nō poterit aliud euenire.
iuxta illud Aug. in ſ̄mone epiphanie dicētis:ꝙ negāt
varij hoīes ponētes fatū volūtatē:q̄ peccāt:cū fingant
neceſſitatē:q̄ pctā defendāt:manifeſtū eſt eni:ꝙ illud
nō dʒ iputari:ꝯ qḋ vane ⁊ fruſtratorie qs haberet cona
ri:ſed ſi fatū ex ꝯditione dīne ꝓuidētie imutabile eēt:
ita ꝙ ſtante diuina ꝓuidētia fatū imutari nō poſſit:co
nari in oppoſitū fruſtratoriū eſt ⁊ vanū:q꞉ cōditio ſēꝑ
ſtat:⁊ illā ꝑ conatū nr̄m mutare nō poſſum⁹.igiẗ pctm̄
nō erit iputandū.) Hec ille. ¶ Cōtra 8ᵃᵐ cōclōnē ar

Contra 8ᵘᵐ cōclōnēʒ idē dī. 41.q.1.ar ticulo.2.con tra opi.S. Tho.

guit dī. 41. Ille nāqʒ q̄ vellet oēs ſaluos fieri:⁊ ad co
gnitionē v̄itatis venire:⁊ oēs ad hoc efficit:vt ſint ꝑtici
pes ſue btitudinis:nō v̄r a ſeipſo limitare numeꝝ coꝝ
qui btitudine ꝯſequunẗ:imo q̄ꝫtū eſt ex ſeipſo nō vult
determinatū numeꝝ creaturaꝝ rōnaliū ſaluari:ſʒ po
tius vult oēs indifferenter ſaluari:qḋ ſi nō fiat:h̄ erit
aliūde:⁊ nō ex limitatione ſua:ſʒ manifeᵐ eſt:ꝙ deus
eſt hᵒ:vt pʒ ꝑ aplm̄.ſeq̄ẗ ḡ ꝙ numeꝝ electoꝝ de⁹ p̄or
dinando nō limitauit:ſʒ potius eſt limitatio aliunde.
¶ 2ᵒ. Ex p̄ordinatione ⁊ p̄finitione dīna aliquoꝝ:q̄ in
certo numero ſunt futura:p̄ñt formari ꝓpōnes de de
futuro affirmatiue ⁊ negatiue:ſʒ ex h̄ ꝙ cert⁹ eſt nūe
rus electoꝝ apud deū nō pōt vere dici:ꝙ talis ſaluabi
tur:⁊ talis nō ſaluabiẗ:alioqn introduciẗ mā deſperā
di:⁊ daẗ occaſio negligēdi ſeipſuʒ:dīna eniʒ ordinatio
nō fruſtrabiẗ:qn ſaluenẗ q̄ ad vitā ſunt ordinati:⁊ alij
ineuitabilr̄ damnenẗ:igiẗ numerus electoꝝ nō eſt li
mitatus ex p̄finitione dīna. ¶ 3ᵒ. Si deus electoꝝ nu
meꝝ limitaret ⁊ p̄finiret terminū:neceſſario aliquos
includeret: ⁊ alios excluderet deſtinādo ad mortē:ſʒ
ipiū eſt dicere ꝙ aliquos deſtinet ad pctm̄:⁊ mediāte
pctō ad mortē.ḡ impiū eſt dicere:ꝙ ꝑ libito volunta
tis limitet numeꝝ electoꝝ iſtos includēdo:⁊ illos ex
cludēdo:imo oēs deſtinanẗ a deo ad vitā:⁊ illi q̄ ſuis
exigētib⁹ meritis poſtmodū nō ſaluanẗ:vn̄ ⁊ illi de q̄
bus ſcriptū eſt Math. 22ᵒ.ꝙ nō fuerūt digni intrare
ad nuptias:tn̄ fuerūt inuitati ⁊ deſtinati ad eas. ¶ 4ᵒ.
Partes q̄ faciūt ꝑ ſe ad bonū vniuerſi:ꝑtinēt ad ꝑpe
tuitatē vnīr a deo eſſe p̄finite ⁊ p̄ordinate ſ̄m re:ſʒ con
ſtat ꝙ oēs rōnales creature indifferenter ſūt incorru
ptibiles corā deo.igiẗ oēs erūt a deo ordinate ad ꝯſecu
tionē vltimi finis:nec erit aliq̄ limitatio:ꝑ quā aliqui
includanẗ:⁊ aliq̄ excludāẗ q̄ꝫtū eſt ex ꝑte dei:ſʒ h̄ erit
poti⁹ aliunde.) Hec ille. ¶ Ad iſta argumenta r̄ndeẗ.
Et p̄mo ad p̄mū ꝯ p̄mā ꝯclōnē:dico ꝙ argumētū con
cludit:ꝙ volitio vel intellectio nō egrediunẗ ſ̄m rem
a po⁹ volitiua vel intellectiua:vn̄ ſcūs Tho. 2ᵒ. ꝯ gen
tiles ca⁹. 10. dicit:ꝙ nihil eſt ſuipſius p̄ncipiū:dīna aūt
actio nō eſt aliud q̄ꝫ ſua potētia:manifeᵐ eſt ꝙ potētia
nō diciẗ in deo ſic p̄ncipiū actiōis:ſʒ ſicut p̄nᵐ facti. Et
poſt pauca. (Si igiẗ ſint aliq̄ actiones in deo:q̄ non in
aliqḋ factū trāſeūt:ſʒ maneāt in agēte:reſpectu harū
nō diceẗ in deo potētia:niſi ſʒ modū intelligēdi:nō ſʒ
rei v̄itatē:hᵉ aūt actiōes ſūt intelligere ⁊ velle:potētia
igiẗ dei ꝓpe loquēdo nō reſpicit hᵉ actiōes:ſed ſolos
effect⁹.intellect⁹ igiẗ ⁊ volūtas in deo nō ſunt vt potē
tie:ſʒ ſolum vt actiōes.) Hec ille. ¶ Ex quo pʒ:ꝙ ille
egreſſus volitiōis a volūtate in deo nō intelligiẗ eſſe
ſ̄m rem:ſed ſ̄m rationē:q꞉ ſcʒ intellectus noſter ſʒ ꝙ

dicit ibidē ſcūs doctor diuerſis cōceptionib⁹ ꝯſiderat
potētiā ⁊ eius actionē:q꞉ illa nō intelligim⁹ in via ſ̄m
ꝙ in ſe ſunt:ſed in ꝯceptiōibus creaturaꝝ:in q̄bus ille
egreſſus eſt realis:⁊ iō dīnā actionē nō poſſumus intel
ligere niſi in cōceptione cuiuſdā egredientis a potentia:
licʒ nō intelligamus actū in diuinis egrediēdi a poten
tia. ¶ Ad 2ᵐ negaẗ cōditionalis quā facit:fundaẗ eni
ſuꝑ vno ꝑalogiſmo:q̄ ſepe arguēs falliẗ fallacia figure
dictionis:arguit eni ſic. Uelle petruʒ dānari nō eſt in
deo:⁊ velle tale pōt eē in deo.ḡ aliqḋ velle nō ē in deo:
qḋ tūc pōt eſſe in deo:patet ꝙ fallacia eſt figure dictio
nis:vt ſepe dictū eſt. ¶ Ad 3ᵐ dr̄ ꝙ illa ꝓpoſitio:res ſʒ
ꝙ ſubſunt diuine p̄ſcientie ſunt neceſſarie:pōt hr̄e du
plicē ſenſuʒ. Unus eſt:ꝙ res ſubiecta diuine ꝓuidētie
vel p̄ſcientie ꝑ diſpoſitionē iuariabileʒ:⁊ neceſſariam
ſubeſt illi:⁊ h̄ eſt veꝝ. Ali⁹ ſenſus eſt:ꝙ res ſubiecta di
uine p̄ſcie neceſſario hʒ diſpōnē illā necītate abſoluta:
⁊ h̄ falſuʒ ē:vn̄ ſcūs Tho de veritate.q.2.artic.12ᵒ.ad
4ᵐ dic̄. (Certis ſcia ſit iuariabilis:⁊ ſꝑ eodē mō ſe hn̄s:
tn̄ diſpō:ſʒ quā res referẗ ad dei cognitionē iuariabi
lis nō ſemꝑ eodē mō ſe hʒ ad ipſaʒ:referẗ enim res ad
dei cognitionē ſ̄m ꝙ eſt in ſua p̄ſentialitate:p̄ſentiali
tas aūt rei nō ſemꝑ ei ꝯuenit.) Hec ille. ¶ Tūc dico:
ꝙ lʒ res ꝓut ē ſubiecta dine p̄ſcie habeat aliquā diſpo
ſitionē quodāmō iuariabilē ⁊ neceſſariā:tn̄ illa res nō
neceſſario hʒ illā diſpōneʒ:ac ꝑ h̄ neceſſario abſolute
ſubeſt dine p̄ſcie:imo pōt nō ſubeſſe:⁊ aliqua alia:q̄ nō
ſubeſt:pōt ſubeſſe:antixp̄s eni pōt nō hr̄e illā p̄ñtialita
tē:qua referẗ ad dīnā p̄ſciam:q꞉ adhuc antixp̄s eſt in
ſuis cauſis:⁊ pōt ꝓduci ⁊ nō ꝓduci:ac ꝑ hoc nō p̄ſcit:
vel pōt nūq̄ꝫ fuiſſe p̄ſcit⁹. ¶ Ad 4ᵐ dico ſʒ ſcīm Tho.
de veritate.q.2.arti.12ᵒ. ad 5ᵐ. (Certis in aliquo ſenſu
cōcedaẗ:ꝙ deus pōt ſcire qḋ p̄us neſciuit:nō tn̄ pōt cō
cedi in aliq̄ ſenſu:ꝙ deus pōt ſcire plura q̄ꝫ ſciat:q꞉ cū
ꝑ h̄ ꝙ dr̄ plura importeẗ comparatio ad precedens: vel
p̄exñs:ſꝑ intelligiẗ in ſenſu cōpoſito.) Hec ille. ¶ Sic
eni ipſe dicit cū dr̄. (Deus pōt ſcire qḋ neſcit:loquēdo
ēt de ſcia viſionis:pōt duplr̄ intelligi. Uno⁹ in ſenſu cō
poſito.ſ.ex ſuppoſitione:ꝙ deus nō ſciuerit illud qḋ di
citur poſſe ſcire:⁊ ſic falſuʒ eſt:nō eni pōt vtrūqʒ hoꝝ
eſſe ſil:vt.ſ. deus neſciuerit aliqd:⁊ poſtea ſciat illud.
Alio⁹ in ſenſu diuiſo:⁊ ſic nō includiẗ aliq̄ cōditio:vel
ſuppoſitio ſub p̄tāte.vn̄ in h̄ ſenſu eſt veꝝ.) Hec ille.
¶ Idē ponit p̄ ſen.diſ.39.q.1.arti.2ᵒ ad 3ᵐ.vbi ſic ait.
(Certis aliquo mō ꝯcedaẗ:ꝙ deus pōt ſcire aliqd aliḋ
ab his q̄ ſcit:non tn̄ v̄r poſſe ꝯcedi:ꝙ poſſit ſcire plura
q̄ꝫ ſcit:q꞉ cū dr̄ plura:deſignaẗ ꝯparatio ad aliqd p̄exñs
cū q̄ h̄ nō erat:⁊ h̄ nō pōt eſſe:vt iſta duo ſint ſil̄ vera:
p̄us neſciuit ⁊ mō ſcit:nec h̄ ipſe de⁹:⁊ ita pʒ ꝙ cum dr̄
plura ſcire:ꝑtinet ad ſenſuʒ cōpoſitū:vn̄ magr̄ nō ſim
pliciter cōcedit:ſʒ opinionē narrat.) Hec ille. ¶ Ex q̄
bus pʒ:ꝙ ſcūs Tho. nō ꝯcedit illḋ:qḋ iſte arguēs ſibi
iponit:nō eni dicit ꝙ de⁹ poſſit plura ſcire q̄ꝫ ſciat:ſed
aliq̄ pōt ſcire:q̄ nō ſcit:loquēdo de ſcia viſiōis:⁊ ſi iſtḋ
vltimū vellit arguēs ipugnare:r̄ndeẗ ad ſuū argumen
tū:ꝙ res vt ſūt p̄ſentes ſunt imobiles q̄ꝫtū ad h̄:ſʒ tn̄
res ille p̄ñt in ſe ꝯſiderate carere tali p̄ſentia:⁊ i p̄tāte
dei eſt ꝙ non ſint habiture talē p̄ñtiā:⁊ ſilr̄ multe res
ſūt deo poſſibiles:q̄ non ſunt habiture p̄ñtialē exñtiā:
⁊ in p̄tāte dei eſt:ꝙ eēnt hiture:ac ꝑ h̄ ꝙ eſſent ab eter
no cognite a deo ⁊ p̄ſentes ei:⁊ ſic aliq̄ cogſcit ſcia viſio
nis q̄ pōt nō cogſcere:⁊ aliq̄ nō cogſcit:q̄ poſſʒ illo mō
cogſcere. ¶ Ad 5ᵐ ꝯcediẗ:ꝙ hᵉ ꝯditionalis:ſi de⁹ ſcit
h̄ futuꝝ eſſe:h̄ erit:tā añs q̄ꝫ ꝯñs ſūt necīa necītate im
mutabilitatis:nō aūt ſimplr̄ abſolute:niſi dū ſūt vera

vt ſepe allegatū eſt:cū tali aūt neceſſitate pſciētie ꝛ pſcitoꝝ ſtat ꝯtingentia ꝯñtis:imo ēt añtis:nō ꝙ preſciētia ſit cōtingens in ſe:ſed qꝛ nō neceſſariam habitudinē hꝫ ad ſcita:loquēdo de ſcia viſionis:ac ꝑ h̄ aliq̄ iſto mō ſunt ſcita:que pñt nō fuiſſe illo mō ſcita:ꝛ eꝯ aliq̄ poſſūt fuiſſe ſcita:q̄ nūq̄ ſunt:aut fuerūt:aut erūt ſcita.

Aliquid immutabilr euenire duplr.

¶ Ad argumenta ꝯ 2am ꝯclonē dr:ad primū qdem:ꝙ aliqd imutabiliter euenire poteſt duplr intelligi. Uno mō:ꝙ illud eueniet:ꝛ nō pōt mutari de vēturo in nō venturū:ꝛ iſto mō ꝯcedo:ꝙ oia q̄ ſūt futura ſm ordinē pme cauſe imutabilr euenient:ſi eni deus diſpoſuit aliqd eē futuꝝ:illud nō pōt mutari de futuro in nō futurū:niſi forte ꝑ poſitionē futuri in actu:ſecus ē de futuro ſm ordinē cauſe 2e:nam aliqd nūc eſt futuꝝ ſm diſpoſitionē cauſaꝝ ſecūdaꝝ:ꝛ ſi ille cāe tollant̄ añq̄ pducāt effectū:illud qđ erat futuꝝ:deſinit eſſe futuꝝ:nec tñ ponit̄ in actu:ſicut eni dicit ſcūs Tho. pma pte q.16.arti.7°.(Illud qđ nunc eſt:ex eo futuruꝫ fuit añq̄ eēt:qꝛ in cā ſua erat vt fieret:vñ ſublata cā nō eſſet futurum illud fieri.) Hec ille. ¶ Alio mō pōt intelligi aliqd imutabilr euenire:qꝛ ſcꝫ illud eueniet:ꝛ nō ē in poteſtate alicuius facere:qn illud eueniat.ꝛ ſic negat̄ ꝙ omnia futura imutabiliter eueniāt:nec argumentū illud pbat:nam ad hūc ſenſuꝫ negat̄ maior:nō enim idē importat̄ per infallibiliter euenire:ꝛ ꝑ imutabilr euenire iſto mō ſumptum:infallibilitas eni de ſui rōne importat negationē deceptionis ꝛ fallacie:que fallacia eſſe non poteſt niſi iſta duo ſint ſimul vera:hoc eſtimatur euenire:ꝛ hoc nō eueniet:que duo nūq̄ pñt verificari in deo reſpectu alicui°:ꝛ ideo nihil cognoſcit fallibiliter:nec aliquid eueniet fallibiliter. Imutabilitas aūt iſto vltimo modo accepta non ſolum dicit negationē mutabilitatis:imo negationē potētie ad oppoſitū:ꝛ iō non oia euenient iſto mō imutabilr:verū qꝛ iſte modus eſt improprius:ꝛ qꝛ pmus ſenſus eſt pprius:idarco ꝯcedit̄ ꝙ oē qđ eueniet imutabiliter eueniet:cum hoc tñ ſtat ꝙ multa euenient libere ꝛ cōtingēter:qꝛ imutabilitas nō excludit libertatē:vt ſepe dictū fuit.

Aliquid eſſe neceſſarium per reſpectū ad cām pmā dupliciter.

¶ Ad 2m dico:ꝙ aliqd eſſe neceſſariū ꝑ reſpectum ad cām pmā dupliciter intelligit̄. Uno mō qꝛ illud neceſſario eueniet a cauſa pma:ſꝫ nō neceſſario a cauſa 2a vtrobiq̄ꝫ loquendo de neceſſitate abſoluta:ꝛ ſic nunq̄ fuit mens ſci doctoris facientis illam rationem:quā arguens impugnat:ꝙ aliqđ futuꝝ contingēs ſit neceſſarium:vel imutabile illo modo ꝑ reſpectum ad cauſam pmā:ꝛ ſit ꝯtingens ꝑ reſpectū ad cām ſecūdam:ꝛ tamen procedit argumentum ad iſtum ſenſuꝫ:ꝛ iō negatur añs pro pma parte. Alio modo poteſt intelligi ꝙ talis effectus poteſt ſubterfugere ordinem cauſe 2e non autem cauſe prime:ita ꝙ bene ſtant ſimul:ꝙ cauſa ſecunda haberet ordinē ad illuꝫ effectuꝫ pducendū:ꝛ tñ ꝙ deficeret a pductiōe illi°:ſꝫ nō ſtet ſimul:ꝙ pma cauſa ſit ordinata ad illū effectū pducēdū:ꝛ ꝙ deficiat a pductione illius:ꝛ iſto mō concedit̄ ꝙ aliqs effectus eſt cōtingēs in ordine ad cām ſecūdā:ꝛ nō in ordine ad cām pmā:ſꝫ hꝫ neceſſitatē imutabilitatis in ordine ad cām pmā:ꝛ illa ſufficit ad infallibilitatē ꝛ certitudinem diuine pudentie:ꝛ ad hūc ſenſuꝫ ſi arguens arguat:dico ꝙ quicquid a diuina puidentia eueniet infallibiliter eueniet:ꝛ nō contingenter:loquendo de contingentia oppoſita neceſſitati ex ſuppoſitione:q̄ dicit̄ imutabilitatis:cum hoc tñ ſtat ꝙ multa eueniūt cōtingenter cōtingentia oppoſita abſolute neceſſitati.

Ad ea q̄ contra 3am ꝯclonem.

¶ Ad argumenta cōtra 3am ꝯclonem dico ad primū qdeꝫ:ꝙ ſolū pbat ꝙ ille qui ſaluat̄ imutabiliter ſaluat̄:ſic ꝙ nō pōt mutari de pdeſtinato i reprobatū:ꝛ ſilr ille q damnat̄ imutabiliter dānat̄:ſic ꝙ non pōt mutari de reprobo in pdeſtinatū:ꝛ iō fatuuꝫ eſſet conari vel ꝯſiliari qūo hoc vel illud mutaret̄:nō tñ pbat ꝙ pdeſtinat° ineuitabilr:ꝛ neceſſitate abſoluta ſaluet̄:ſic ꝙ nō ſit in ptāte alicuius:qn talis ſaluet̄:pdeſtinatus enim pōt talr facere ꝙ ipſe nūq̄ fuit pdeſtinatus:ſꝫ nō poſſit mutare ſuā pdeſtinationē:ꝛ debet conari ad faciendū bona:nec dꝫ negligere ſeipſuꝫ. Proportionaliter dicitur de reprobato:nō eniꝫ pōt caſſare:aut mutare:aut impedire ſuā reprobationē:tñ quia iſtud ſupponit ꝙ primo fuiſſet reprobatus:ꝛ poſtea pdeſtinatus:poteſt tamen facere:ꝙ non ſit reprobatus:pōt enim aliqua facere cum quibus nō ſtat reprobatio:ſcꝫ pſeuerare vſq̄ꝫ in finē:ſicut eniꝫ dicit ſcūs Tho. de veritate q.6.arti.3°.ad 7m.(Predeſtinatio alicuius patitur ſecū in pdeſtinato potentiā moriendi in pctō mortali:nō tñ cōpatit̄ actū:vel euentū illū.) Silr arti.4°. ad 4m dicit.(Demonſtrato aliquo predeſtinato:puta petro:iſta eſt ſm ſe poſſibilis:iſte nō habebit finalem grām:nō tñ eſt compoſſibilis iſti ppoſitioni.ſ.petrus eſt pdeſtinatus.) ¶ Ad 2m ꝑ idē.

Ad ea q̄ contra quartam

¶ Ad argumenta ꝯ quartā ꝯnē cōſimilr dōm eſt:oia eni iſtud vnicū hñt motiuū:ꝙ ſi puidētia:vel pdeſtinatio:vel fatū ſit imobile q̄cūq̄ꝫ mō:ſiue abſolute:ſiue ex ſuppōne.vel qūolibet aliter:vanū eſt conari ad oppom illi°:qđ puiſum eſt:aut pdeſtinatū:aut fatatū.ꝛ qdē iſtud ꝯñs pōt intelligi in ſenſu cōpoſito vel diuiſo:ſi in ſenſu cōpoſito:cōcedit̄:in diuiſo aūt negat̄:ſi enim in ſenſu cōpoſito capiat̄:tūc eſt ſenſus ꝙ vanū eſt conari ad faciendūꝫ ꝙ aliqd ſil' ſit puiſuꝫ ꝛ nō eueniat:vel fatatum:aut pdeſtinatū ꝛ nō eueniat. Iſtud aūt ꝯſtat vaniſſimū eſſe:ꝛ eſt error egyptioꝝ dicentiū:fatū poſſe imutari:ēt ſm ꝙ a diuina puidentia dependet:ꝛ h̄ vel aliqb° ſacrificijs:vel imaginibus:vel ſuffumigationibus:vt recitat ſcūs Tho.3°.ꝯ gentiles.ca°.96°. Et prima pte.q.116.artic.3°. Si aūt intelligat̄ ꝯñs in ſenſu diuiſo:eſt ſenſus ꝙ demonſtrato aliquo qđ de° puidit:aut fatauit:ſiue plocutus eſt:vanū ſit conari ad faciendū ꝙ hoc nō eueniat qꝛ ſcꝫ illud puiſuꝫ in ſe eſt neceſſariū euenire:ſic ꝙ nō ſolū iſta cōditionalis eſt neceſſaria:ſi de° preuidit hoc iſtud eueniet:imo qꝛ iſta eſt abſolute neceſſaria:h̄ eueniet:ꝛ iſte ſenſus eſt falſus:nō eniꝫ in vanū conat° fuiſſet Judas ad ſui ſaluationē:quā tñ de° puiderat non euenturā:nō eni hoc fuiſſet conari ad mutandū fatuꝫ vel pdeſtinationē:ſꝫ ad faciendū aliqd vel aliq̄:vñ ſequeret̄ ipſuꝫ fuiſſe pdeſtinatū:ꝛ nō reprobatū:nec fatatū ad mortē:ſed ad vitā:h̄ enim erat in ſua ptāte. Tūc igit̄ ad formā pmi argumenti dico:ꝙ iſta ppoſitio ibi aſſūpta.ſ.quādocūq̄ꝫ aliqd eſt imutabile ſtāte aliqua ꝯditione:vanū eſt conari ad tollēdū illud ſtante dicta cōditione:iſta inqt eſt vera:in ſenſu cōpoſito:eſt enim ſenſus ꝙ vanuꝫ eſt conari ad hoc ꝙ iſta ſimul ſtent.ſ. dicta cōditio:ꝛ nō eueniat illud:qđ ſequit̄ ex illa cōditione:in ſenſu aūt diuiſo eſt falſa:qꝛ ſignat ꝙ demonſtrata re:q̄ imutat̄ eueniet:ſuppoſita cōditione aliq̄ q̄ ſtat ꝛ eſt imutabilis: vanum ſit conari:ne illa res:cū talia accidūt eueniat:ꝛ argumentū in 2° ſenſu pcedit. Uñ ſciendū ē ꝙ lꝫ reſpect° rōnis:quē pdeſtinatio ponit in pdeſtinato:q.ſ. dr̄ pdeſtinat°:ꝛ refert̄ ad diuā voluntatē ꝛ intellectū:ſicut obiectū diuine noticie ꝛ volitionis:lꝫ inq̄tū ille reſpectus ſit imutabilis:ꝛ indefinibilis:nec ſit inceptibilis.aut nouiter pducibilis:tñ ille nō eſt neccē eē:nec neccario eſt in obo in ordie ad deū:nec in deo in ordie ad obm:imo abſolute loquendo poſſe eſt illum

eſt illum

eſt illū nō eē:nec fuiſſe vnq̄.¶ Et ſi dicaṫ:ꝙ imo q2 i ꝑteritū trāſiuit ille reſpect⁹:ꝛ ita nō pōt nō fuiſſe:dico ꝙ cū ille reſpect⁹ ſequaṫ actū diui intellect⁹:aut diue volūtatis:q actus nūq̄ trāſit in ꝑteritū:ſ3 ſꝑ eſt q̄ſi in egredi:ꝓportionalr loquēdū eſt de iſto reſpectu:ſicut de actu diuine volūtatis in ꝓma ꝯne dictū fuit. ¶ Et ſi dicaṫ ꝯ hoc:ꝙ ille reſpectus ſi menſuraṫ eternitate ſaltem ipſe eſt in eternitate:ꝛ qđ eſt in eternitate neceſſario eſt in eternitate tota:ſicut illud qđ eſt in aliq̄ inſtanti:neceſſario eſt in illo inſtanti:ſic ꝙ durante illo inſtanti nulla eſt potētia q̄ poſſit illud nō eē in illo inſtanti.¶ Ad hoc rñdet ſcūs Tho.ꝓ ſen.diſ.39.q.i.arti.ꝓ.ad 3ᵐ.vbi argumentū ſuū3 tale eſt.(Omne qđ eſt:ne neceſſe eſt eſſe dū eſt:vt dicit phūs:ſ3 ſcire dei nō eſt niſi vt ens actu:cu3 menſureṫ eternitate:in q̄ nihil ꝑterijt: vel ſuccedit.ꝫ vr̄ ꝙ nō poſſit nō eſſe:ꝛ ita videṫ ꝙ de⁹ nō poſſit nō preſcire illud qđ pſcit.) Rñdet.(Dicēdū (inquit)ꝙ illud:qđ eſt:neceſſe eſt eſſe dū eſt:tñ abſolute loquēdo nō eſt neceſſe eē:ita in deo ſcire neče eſt dū ſcit:nō tñ neče eſt eū ſcire niſi nečitate imobilitatis q̄ volūtatis libertatē nō excludit.)Et ibidē ad 4ᵐ ſic ait.(Omne eternū eſt neceſſariū neceſſitate imobilitatis:q̄ voluntatis libertatē nō excludit:ꝛ hec libertas ſignatur cū dr̄:deus pōt ꝯ nō ſcire:vel nō velle.)Hec ille.¶ Ita ꝑ oia dico de reſpectu:quē dic̄ ꝑdeſtinatio: aut pſcia:aut reprobatio:talis eni reſpect⁹ l3 ſit etern⁹: tñ pōt nō fuiſſe:q2 nūq̄ trāſit in ꝑteritum:ſ3 eſt q̄ſi in egredi:nec op3 ꝙ neceſſario ſit in eternitate:niſi neceſſitate imutabilitatis.Cum enim dr̄.Oē qđ eſt qñ eſt ꝛc̄.intelligiṫ ibi neceſſitas imutabilitatis:q2.i.qđ eſt in aliq̄ menſura:nō pōt deſinere eſſe in illa mēſura:durāte illa mēſura:ꝛ de hoc dictū eſt prius in alia queſtiōe. ¶ Ad 2ᵐ ſilr:dico eni ꝙ minor illius argumēti eſt q̄dā ꝯditionalis:cuius añs ꝯcediṫ in vno:ꝛ negaṫ in alio cū dr̄ fatū ex cōditione ꝓuidētie imutabile:vel ſic.ſtāte diuina ꝓuidentia fatū imutari nō pōt:quelib3 iſtaꝝ pōt habere duplicem ſenſu3.Primus eſt loquēdo de ꝓma:ꝙ iſtud eſt imutabile ꝯ3 veritatē:imo neceſſariū ſc3 deus ꝓuidit hoc fatū:vel hūc ordine3 fati.igiṫ iſte ordo eueniet:ꝛ iſte ſenſus eſt verus:ꝛ ſignat nečitatē ꝛ ineuitabilitatē vl imutabilitatē ꝯñe.Alius ſenſus eſt ꝙ ſi diua ꝓuidētia ꝓuidit hoc fatū:vel hūc ordinē fati:ille ordo eſt in ſe neceſſarius:vel ineuitabilis:aut imutabilis:ꝛ iſte ſenſus eſt falſus.Et eodē mō dico de iſta ꝓpōne.ſ.ſtāte diua ꝓuidētia fatū imutari nō pōt: iſta eni pōt denotare imutabilitatē ꝯñtis:vel imutabilitatē ꝯñe.ꝓmo mō eſt falſa.2°mō eſt vera:tūc dico ꝙ iſta ꝯditionalis q̄ eſt minor dicti argumēti.ſ.ſi ſtante diuina ꝓuidētia fatū mutari nō pōt:vanū eſt conari ꝛc̄ vera eſt:ſi denotet ꝙ vanū eſt conari ad imutandū ꝯñam:ſi aūt denotet:ꝙ vanū eſt conari ad imutādu3 ꝯñs.falſa eſt.ꝯñs eni3 eſt mutabile:nō aūt ꝯña loquēdo de tali mutabilitate ad ſenſu3 ꝓus expoſitū:q2 ꝓpe loquēdo nec hoc:nec illud eſt mutabile:ſed ibi ſumimus ꝓ euitabilitate mutabilitatē:ꝛ ꝓ oppoſito opp̄ᵐ. Igitur q2 arguens vtitur illa cōditionali 2° modo:quo falſa eſt:ꝛ iō argumētū nō ꝓbat qđ intendit:ſi eni3 ea vtaṫ ꝓmo mō:tūc vera eſt:ſed ꝯña nō valet:q2 maior loquiṫ de conatu ad imutandū ꝯñs:ꝛ minor de conatu ad imutandū ꝯñam.¶ Ad pᵐ ꝯ octauā ꝯnē dr̄:ꝙ maior eſt vera:ſi intelligaṫ de volūtate ꝯſequēte:non aūt ſi intelligaṫ de volūtate antecedēte:q̄cūq3 modo aūt ſumaṫ ſemꝑ minor ad itellectū maioris eſt falſa: iō argumētū nō valet.Cū eni dr̄:deus vult oēs hoīes ſaluos fieri:hoc pōt tripliciter intelligi ꝯ3 ꝙ dicit ſcūs Tho.ꝓma ꝑte.q.19.arti.6.ad ꝓmū.(Uno mō vt ſit accōmodata diſtributio ꝯm hūc ſenſu3:de⁹ vult ſaluos fieri oēs hoīes ꝗ ſaluanṫ:nō q2 nullus hō ſit:quem ſaluū fieri nō velit:ſ3 q2 nullus ſaluus ſit:quē ſaluū fieri nō velit:vt Aug.dicit.¶ 2° pōt itelligi vt fiat diſtributio ꝓ generibus ſinguloꝝ:ꝛ nō ꝓ ſingulis generꝝ:ꝯm hūc ſenſum deus vult de quolib3 ſtatu hoīum ſaluos fieri mares ꝛ feminas.iudeos ꝛ gētiles:magnos ꝛ paruos:non tñ oēs de ſingulis ſtatibus.¶ 3° ꝯm Damaſ. intelligiṫ de volūtate antecedēte:nō de volūtate ꝯſequēte:q̄ qdē diſtinctio nō accipiṫ ex ꝑte diue volūtatis ipſius:in q̄ nihil eſt ꝓus vel poſteri⁹:ſ3 ex ꝑte volitoꝝ. Ad cui⁹ intellectū eſt ſciendum:ꝙ vnūqđq3 ꝯm ꝙ eſt bonū:ſic eſt volitū a deo:aliqđ aūt pōt eſſe in ꝓma ſui ꝯſideratione:ꝯm ꝙ abſolute ꝯſidereṫ bonū vel malū: qđ tñ ꝓut ab aliquo adiūcto ꝯſidereṫ:qđ eſt ꝯſequēs: ꝯſideratio eius ꝯ̄rio ſe h3:ſicut hoīe3 viuere eſt bonū: ꝛ hoīem occidi malū ꝯm abſolutam ꝯſiderationē:ſed ſi addaṫ circa aliquē hoīem:ꝙ ſit homicida:vel viuēs in periculū multitudinis:ſic eſt bonū eū occidi:ꝛ malu3 eſt eū viuere:vñ pōt dici ꝙ iudex iuſtus antecedēter vult oēm hoīem viuere:ꝛ ꝯñter vult hoīem ſuſpēdi.Similr deus antecedēter vult oēm hoīem ſaluari: ſ3 ꝯñter vult quoſdā dānari ꝯm exigentiā ſue iuſticie: nec tñ illud qđ antecedēter volumus:ſimplr volum⁹: ſ3 ꝯ3 qđ:q2 volūtas ꝯparaṫ ad res ꝯ3 ꝙ ſūt i ſeipſis:in ſeipſis aūt ſūt i ꝑticlari:vñ ſimplr volum⁹ aliqđ ꝯ3 ꝙ illud volumus:cōſideratis oibus circūſtantijs ꝑticularibus:qđ eſt ꝯñter velle:vñ nō pōt dici:ꝙ iuſtus iudex ſimpliciter vult homicidā ſuſpēdi:ſ3 ꝯm quid vult eū viuere.ſ.inq̄tū eſt homo:vñ magis pōt dici velleitas: q̄3 abſoluta volūtas.)Hec ille.¶ Idē ponit ꝓ ſen.diſ.46.q.i.arti.ꝓ.Et de veritate.q.23.arti.2°.¶ Ad 2ᵐ negatur minor.Dico eni3:ꝙ iſta eſt vera:hic ſaluabitur ꝛ iſte alius dānabiṫ:nec daṫ mā deſperandi:aut ſeipſ3 negligendi.vt ibidē infertur:qđ qualiter ſit:dictū eſt ꝑ totum iſtum articulū.¶ Ad 3ᵐ dicitur ꝙ deus nullū deſtinat ad penā:ſed tamē aliquos nō deſtinat ad vitam:quos pſcitus eorum meritis ordinat ad pena3:vñ ſanctus Tho.de veritate.q.23.arti.2°.(Ipſe defectus peccati:quo qs redditur dignus pena i pñti vel in futuro nō eſt volitus a deo neq3 volūtate antecedēte:neq3 volūtate ꝯſequēte:ſ3 eſt ab eo ſolūmō ꝑmiſſus:nec tñ intelligendum eſt:ꝙ de reprobis dei intentio fruſtrari poſſit:q2 iſtum qui nō ſaluaṫ preſciuit ab eterno fore non ſaluandum:nec ordinauit ipſu3 in ſalutē ꝯm ordinem predeſtinationis:qui eſt ordo abſolute volūtatis: ſed q̄ntū ex parte ſua eſt dedit nām ad bonitate3 ordinatam.)Hec ille.¶ Ex quibus p3:ꝙ falſu3 eſt ꝙ oēs deſtinētur a deo in vita:imo ꝓ libito ſue volūtatis limitat numerū electoꝝ:vnde ſcūs Tho.de veritate.q.6.ar.4°.ad 7ᵐ.dicit ad cōſimile argumētū.(Bonitas nō cōicat ſeipſam:niſi ꝯm ordinem ſapie:hic eni3 eſt optimus cōicandi modus:ordo aūt diuine ſapie reqrit vt oia ſint facta in numero:pondere:ꝛ menſura:ꝛ ideo cōuenit diue bonitati:vt ſit cert⁹ ꝑdeſtinatoꝝ nūer⁹.) Hec ille.¶ Ad 4ᵐ negaṫ minor:ſi debite ſubſumaṫ ſub maiore.ſ.ꝙ oēs creature rōnales equaliter ꝛ indifferenter ꝑtineāt ad ꝑfectionē vniuerſi:vt eni3 dictum eſt i ꝓma ꝯne:vt dic̄ ſcūs Tho.vbi ſ.(Inter oēs creaturas ꝓncipalius ordinanṫ ad vniuerſi bonū creature rōnales:q̄ inq̄tu3 h⁹ incorruptibiles ſunt:ꝛ potiſſime ille que beatitudinē cōſequuntur:quia immediatius attingunt vltimum fine3 ꝛc̄.)vt prius.¶ Ad argumētum in principio queſtionis factum patet quid dicen

ꝓ perihar. Lec.14.

Hec ꝓpoſi. fatum ex conditione ꝓuidentie diuine eſt imutabile duplicem h3 ſenſum.

Deus vult omnes hoīes ſaluos fieri tripliciter.

dum ſit ex premiſſis. Diſ. .XLI.

¶ Utrum meritoꝝ pſcia ſit cauſa pdeſtinationis vel reprobationis. Queſtio. I.

CIrca quadrageſimamprimā diſtinctionē querit̃. Utrum pſcia meritoꝝ ſit cā pdeſtinatiōis vel reprobationis. Et arguit̃ ꝙ ſic. Nō eſt iniquitas apud deū: vt dr̃ Ro. 6°. iniquū autē eſt: vt equalib⁹ inequalia dent̃. oēs hoies equales ſunt ſ3 nām ꝛ ſm pctm̄ originale: attēdit̃ aūt inequalitas ſ3 merita vel demerita ꝓ prioꝝ actuū: nō igit̃ pparat de⁹ inequalia hoib⁹ pdeſtinā do: vel reprobādo niſi pp pſciaꝫ differentiū meritoꝝ.

In oppoſitum arguit̃ ſic. Deus predeſtinauit nos ſaluos fieri: ſicut ſaluat nos: ſed ſm aplm ad Titū. 3°. Non ex operib⁹ iuſticie q̄ fecimus nos: ſed ſm ſuaꝫ miſericordiā ſaluos nos fecit. nō ḡ pſcia meritoꝝ ē cā: vel rō pdeſtinatiōis.

In hac qōne erunt duo articuli. In pmo ponent̃ ꝯnes. In 2° mouebuntur dubitationes.

Quantum ad pmuꝫ ſit pma ꝯ. Nec merita aut demerita ſunt cauſe predeſtinationis ex pte actus pdeſtinātis. Iſtā ꝓbat ſanctus Tho. pma pte. q. 23. arti. 5°. (Cū pdeſtinatio (inqt) includat volūtatē: ſic inquirenda eſt rō pdeſtinationis ſicut inquirit̃ rō diuine volūtatis: dictū eſt aūt ſupra ꝙ nō eſt aſſignare cām diuine volūtatis ex pte actus volēdi: ſ3 pōt aſſignari rō ex pte volitoꝝ inq̄tuꝫ ſc3 deus vult aliquid eſſe ꝓpter aliud: nullus igit̃ fuit ita inſane mētis: q dicere merita eſſe cām diuine pdeſtinationis ex pte act⁹ pdeſtinātis: ſed h̄ ſub qōne vertit̃: vtꝝ pdeſtinatio ex pte effect⁹ hēat aliquā cām: ꝛ h̄ eſt q̄rere: vtꝝ pdeſtinauerit ſe datuꝝ effectū pdeſtinatiōis alicui pp aliq̄ merita.) Hec ille. ¶ Eādē ponit p ſen. diſ. 41. q. 1. arti. 3°. (Preſcia (inqt) meritoꝝ: vel aliquoꝝ operum nullo mō ē cā diue pdeſtinatiōis: qd̄ p3 ſi cōſideret̃ totū illud: qd̄ eſt in pdeſtinatione de eēntia ipſi⁹: ſ3 nihil ꝓhibet illud: qd̄ eſt effect⁹ pdeſtinatiōis ſc3 grāꝫ ꝛ gloriā: q̄ oblique ponunt̃ in ei⁹ diffōne hr̃e aliquā cām ex pte operū nr̃oꝝ: pdeſtinatio eni eſt pſcia ꝛ volūtas ſalutis aliq̄ꝝ: ſcia āt dei de ſalute aliq̄ꝝ nō cauſat̃ a ſcia aliquoꝝ opeꝝ: q2 ipſe nō venit in cognitionē ꝑ cām: ſ3 ꝑ ſeipſuꝫ: vñ nō pōt dici in eo: ꝙ ipſe ſcit hoc: q2 ſcit cāꝫ hui⁹: ſ3 inq̄tū intuet̃ eēntiā ſuā: q̄ ē oīuꝫ ſilitudo: videt vnūqdq3 in ſe taꝫ cāꝫ q̄3 cauſatū: ſilr̃ ꝛ volūtas ſua cū libera ſit magis ēt q̄3 aliq̄ voluntas nō h3 cāꝫ niſi finē voluntatis ſue: finis aūt volūtatis diuine eſt ſua bonitas: que eſt ipſemet: vñ dicit̃ cōuenienter: q̄re de⁹ vult hoc ꝓpter bonitatē ſuā: nō q2 ſciuit vel q2 factū eſt: ſed tñ effect⁹ diuine voluntatis ſc3 ipſuꝫ volitū ordinatuꝫ ad bonitatē ſuā pōt ꝓcedere ex aliq̄ cā quā de⁹ pſciuit ab eterno: ꝛ iſtuꝫ ordinē cauſe ad cauſatū deus vult: ꝛ vult ꝙ effect⁹ ſit q2 cā eſt: nō ita ꝙ cauſalitas referat̃ ad voluntatē ſed ad volitū: ꝛ iſta cā voliti ꝛ nō volēdi dr̃ rō quedā volūtatis ex parte effect⁹.) Hec ille. ¶ 2° ꝯclo. Effectus pdeſtinatiōis nō pordinat̃ alicui ꝓpter merita ꝑexiſtentia in alia vita eo mō: q̄ poſuit Orige. dicens humanas aias ab initio eē creatas: ꝛ ſ3 diuerſitatem ſuoꝝ operum diuerſos ſtatus eas ſortiri in hoc mundo corporibus vnitas. Iſtā ꝯnē ꝓbat ſcūs Tho. pma pte vbi. ſ. ꝑ dcm̄ apli ad Ro. 9°. dicētis. Cū nōdū nati eſſent: aut aliqd egiſſent boni aut mali nō ex operib⁹: ſ3 ex vocāte dictū eſt: q2 Jacob dilexi: Eſau autem odio habui. ¶ 3° ꝯ. Merita ꝑexiſtentia in hac vita nō ſunt rō vel cā pdeſtinationis effectus eo mō: q̄ poſuerūt pelagiani dicentes: ꝙ bñ faciendi initiū ſit ex nob ſed ꝯſūmatio ex deo: ꝛ ſic dicebant ꝙ ex hoc cōtingit ꝙ vni dat̃ effectus pdeſtinatiōis: ꝛ nō alteri: q2 vnus initiū dedit ſe pparādo ꝛ nō alius. Iſtā ꝯclonē ꝯtra pelagianos ꝓbat ſcūs Tho ꝑ dictū apli ibidē 2ᵉ Cor 3°. dicentē: ꝙ nō ſumus ſufficiētes cogitare aliqd ex nobis: nullū aūt interi⁹ pncipiū pōt q̄3 cogitatio: vñ non pōt dici ꝙ aliqd initiū i nobis exiſtat: qd̄ ſit rō effect⁹ pdeſtinatiōis. ¶ 4° ꝯ. Nec merita ſequētia effectum pdeſtinatiōis ſunt cā effect⁹ pdeſtinationis eo mō: quo dicūt aliq ſc3 ꝙ id deus dat alicui gratiā: ꝛ pordinauit ſe datuꝝ illi: q2 preſciuit eū vſurum bene grā hr̄: ſicut rex dat alicui equū: quē ſcit bene vſurum eo. Iſtā ꝯnē ꝓbat ſcūs Tho. ibidem. (Iſti (inquit) vir̄r diſtinxiſſe inter illud: qd̄ eſt grāe: ꝛ illd̄ qd̄ eſt ex libero arbitrio: q̄ſi nō poſſit eſſe idē ex vtroq3: manifeſtū eſt aūt ꝙ illd̄ qd̄ eſt ex grā: eſt pdeſtinatiōis effect⁹: ꝛ hoc nō pōt poni vt rō pdeſtinatiōis: cū hoc ſub predeſtinatione cōcludat̃. ſi igitur aliqd aliud ex pte nr̃a ſit rō pdeſtinatiōis: hoc erit pter effectū pdeſtinationis: nō eſt aūt diſtinctum qd̄ eſt ex libero arbitrio ꝛ ex pdeſtinatione: ſicut nō eſt diſtinctū qd̄ eſt ex cā 2ª: ꝛ qd̄ eſt ex pª: diuina eniꝫ ꝓuidētia ꝓducit effect⁹ per opationes cauſaꝝ ſecūdaruꝫ vñ ꝛ illud: qd̄ ē ex libero arbitrio: eſt ex pdeſtinatiōe.) Hec ille ¶ Itē de vitate. q. 6. arti. 2° ꝓbat iſtaꝫ ꝛ pcedentē ꝯnē ſic. (Hoc diſtat inter cām ꝛ effectū: ꝙ q̄cq̄d eſt cā cauſe opꝫ eſſe cāꝫ effectus: nō aūt q̄cq̄d eſt cauſa effectus opꝫ ꝙ ſit cā cauſe: ſicut p3 ꝙ cā prima per cāꝫ ſecūdā ꝓducit effectū eius: ꝛ ſic cā 2ª aliquo mō cauſat effectum cāe pme: cuius cauſe cā nō eſt: in pdeſtinatione aūt eſt duo accipe: ſc3 ipſam pdeſtinationē eternā ꝛ effectuꝫ eius tēporalē ſc3 grām ꝛ gloriā: quoꝝ alter h3 cām meritoriā actū humanū ſc3 gloriā: ſ3 grē cā nō pōt eſſe actus humanus per modū meriti: ſ3 diſpoſitio mālis quidē inq̄tū pparamur ad grē ſuſceptionē ſed ex hoc nō ſequit̃: ꝙ act⁹ nr̃i ſiue grāꝫ pcedant ſiue ſequant̃ ſint ipſius pdeſtinatiōis cā.) ¶ 5° ꝯclo. Licꝫ aliqs particularis effectus pdeſtinatiōis hēat cāꝫ ex pte nr̃a: tñ totalis effect⁹ pdeſtinatiōis in cōi nullā cāꝫ h3 ex pte noſtri. Iſtā ꝯclonē ꝓbat ſcūs Tho. pª pte ibidē dicēs. (Effectū pdeſtinationis ꝯſiderare poſſumus dupliciter. Uno mō in particulari: ꝛ ſic nihil ꝓhibet aliquem effectū predeſtinationis eſſe cām ꝛ rationē alterius: poſteriorem quidē prioris ſm rōnem cauſe finalis: priorem autem poſterioris ſm rōnem cauſe meritorie: que reducit̃ ad diſpoſitionē materie: ſicut ſi dicamus: ꝙ deus preordinauit ſe daturū alicui gloriaꝫ ex meritis: ꝛ alicui grām vt mereretur gloriā. Alio mō pōt conſiderari predeſtinationis effectus in cōi: ꝛ ſic impoſſibile eſt ꝙ totus predeſtinationis effectus in cōi habeat aliquam cauſam ex parte noſtra: q2 quicquid eſt in hoie ordinās ipſum in ſalutem totū comprehendit̃ ſub effectu predeſtinationis: etiam ipſa preparatio ad gratiā: neq3 enim hoc fit niſi per auxilium diuinuꝫ ſm illud Treñ. vlti. Cōuerte nos domine ad te: ꝛ cōuertemur.) ¶ 6° ꝯclo. Totalis effectus predeſtinationis cauſa eſt dei bonitas. Iſtam ꝓbat ſanctus Tho. pma parte ibidem: vbi poſt illa que dicta ſunt ſc3 ꝙ totalis effectus predeſtinationis non habet cauſam ex parte noſtra. ſubdit ſtatiꝫ. (Habet tñ hoc modo pdeſtinatio ex pte totius effectus pro rōne diuinam bonitatem: ad quaꝫ totus effectus predeſtinationis ordinatur vt in finem ꝛ ex qua ꝓcedit: ſicut ex principio mouente.) Hec ille. ¶ Idem ponit quo ad vltimā partez de veritate. q. 6. arti.

arti 2° dicens.(Ad inueniendũ (inquit) predeſtinationis cauſam oportet accipere: quod prius dictum eſt.ſ. q predeſtinatio eſt quedã directio in finem: quod facit ratio a voluntate mota. vnde ſm hoc poteſt eſſe aliquid predeſtinationis cã, put põt eẽ volũtatis motiuũ Circa qđ ſciẽdũ ẽ q aliqđ mouet voluntatẽ dupliciter vno mõ p modũ debiti: alio mõ p modũ meriti: p modũ autẽ debiti mouet aliqđ volũtatẽ dupliciter. vno° abſolute: alio modo ex ſuppoſitione alterius: abſolute quidem ipſe finis vltimus: qui eſt voluntatis obiectũ τ hoc modo mouet voluntatem: vt ab ipſo diuertere non poſſit. vnde nullus hõ poteſt velle nõ eſſe beãs. vt dicit Aug. in lib° de libero arbi. ſed ex ſuppoſitiõe alterius mouet ſm debitũ illud: ſine quo finis haberi non põt: ſed illud qđ facit ad bene eſſe finis: nõ mouet ſm debitũ voluntatẽ: ſed eſt libera inclinatio volũtatis in ipſum: ſed tñ ex quo voluntas ſã liberẽ inclinaẽ in ipm inclinaẽ in oia: ſine qb° hoc haberi nõ põt p modũ debiti: ex ſuppoſitiõe tñ illi°: qđ pmo volitũ ponebaẽ: ſicẽ rex ex ſua liberalitate facit aliquẽ militẽ: ſed qz non poteſt eſſe miles: niſi habeat equũ: efficiẽ debitũ τ neceſſarium ex ſuppoſitiõe liberalitatis predicte: q ei det equũ: finis aũt diuine voluntatis eſt ipſa ei° bonitas: q̃ nõ depẽdet ab aliquo alio. vñ ad hoc q habeaẽ a deo: nullo alio indiget: τ iđ volũtas ei° nõ inclinaẽ pmo ad aliqđ faciẽdũ p modũ debiti: ſed liberaliter τ. ſinãq̃ tũ ſua bonitas in ope manifeſtaẽ: ſed ex quo ſupponit: q deus aliquid velit facere ex ſuppoſitione liberalitatis ipſi° p modũ debiti cuiuſdã ſequiẽ: q faciat illud ſine quo res volita eẽ non poteſt: ſicut ſi facere vult hoiem q det ei rõnẽ: vbicũqz autẽ occurrit aliqđ ſine q̃ aliud a deo volitũ eẽ põt: hoc nõ pcedit a deo ſm rõnem alicuius debiti: ſed ſm merã liberalitatẽ: pfectio aũt grẽ τ glorie ſunt hec bona: q ſine eis nã eſſe põt: excedunt eni nãlis virtutis limites. vnde q de° velit alicui dare grãm τ gloriã: hoc ex mera liberalitate pcedit: in his autẽ q̃ tñ ex liberalitate pcedũt. cã volendi eſt ipſa ſuperabundans affectio volentis ad finẽ. in quo attẽdiẽ pfectio bonitatis ipſi°. vñ cã pdeſtinatiõis nihil aliud eſt q̃ bonitas dei: τ mõ pdicto põt ſolui q̃dã cõtrouerſia: q̃ inter quoſdã verſabaẽ q buſdã dicẽtib° oia a deo ſm ſimplicẽ volũtatẽ pcedere: q buſdã vero aſſerentib° oia pcedere ſm debitum a deo: quarũ opinionum vtraqz falſa eſt. prima tollit neceſſariũ ordinẽ: q ẽ iter diuinos effect° ad inuicẽ. 2ª vo ponit oia pcedere ſm neccitatẽ nãe: media autẽ via eſt eligẽda: vt ponam° ea q̃ ſunt a deo pmo volita pcedere ab ipſo ſm ſimplicẽ volũtatẽ: ea vero q̃ ad hoc requirũẽ pcedere ſm debitum: ex ſuppoſitiõe tñ q debitũ nõ oſtendit deum eſſe debitorẽ reb°: ſed ſue volũtati: ad cui° repletionem debeẽ illud: qđ diciẽ pcedere ſm debitũ ab ipſo.) Hec ille. ¶ Et ad 9ᵐ dic.(Electio dei: q̃ vnũ eligit τ aliũ reprobat rõnabilis ẽ: nec tñ oz q rõ electionis ſit meritũ: ſed electionis rõ eſt diña bonitas: rõ aũt reprobatiõis in hoib° ẽ peccatũ originale. vt dicit Aug. vel etiã fuit hoc: q eſt nõ habere debitũ ad hoc q eis grã cõferaẽ. rationabiliter.n. poſſum velle me debere aliqđ alicui qđ ſibi nõ debeẽ.) Hec ille. ¶ 7ª ꝯ. Ex diuina bonitate põt ſumi rõ pdeſtinationis aliquoꝝ τ reprobationis alioꝝ: τ ſola diña voluntas eſt ratio: q iſtos reprobet τ illos eligat in gloriã. Iſtã pbat ſcũs Tho. prima pte ibidẽ ad 3ᵐ dicens.(Ex bonitate diña rõ ſumi põt pdeſtinatiõis aliquoꝝ: τ reprobatiõis alioꝝ: ſic.n. diciẽ de° oia ppter ſuã bonitatẽ feciſſe: vt in rebus diuina bonitas repſenteẽ: neceẽ eſt aũt q diña bonitas: q̃ in ſe vna

Cauſa et origo nec q cã reprobatiõis τ pdeſt. ẽ q̃ aie fuerũt create prius τ conſeruate in celo vbi aliq̃ peccarũt aliquę vero nõ τ iđ

τ ſimplex eſt: multiformiter repſenteẽ in reb° pp hoc q res ad ſimplicitatẽ diuinã attingere nõ pñt: τ inde eſt q ad cõpletionem vniuerſi requiruñẽ diuerſi gradus reꝝ: quaꝝ q̃dã altũ: quedã infimũ locũ tenent in vniuerſo: τ vt multiformitas graduũ conſerueẽ in rebus deus pmittit aliqua mala fieri: ne multa bona impediaẽ. ſic igiẽ conſiderem° totũ humanũ gen° ſicut totã reꝝ vniuerſitatẽ. voluit q̃ de° i hoib° q̃tũ ad aliquos quos pdeſtinauit ſuã bonitatẽ repſentare p modũ miſericordie parcẽdo: τ q̃tũ ad alios: quos reprobat p modũ iuſticie puniẽdo: τ hec ẽ rõ. q̃re quoſdã eligit τ quoſdã reprobat: τ hãc cauſam aſſignat apls Ro. 9°. dicẽs.(Volẽs de° oſtẽdere irã. id eſt vindictã iuſticie: τ notã facere potẽtiã ſuã: ſuſtinuit id eſt pmiſit in multa patiẽtia vaſa ire apta i interitũ: vt oſtẽderet diuitias glorie ſue i vaſa miſericordie. q̃ pparauit i gloriã.) Et ad Titum 2°. dicit.(In magna domo nõ ſolũ ſũt vaſa aurea τ argentea: ſed lignea τ fictilia: τ quedã q̃dem in honorem q̃dã in contumeliã. ſed q̃re hos elegit in gloriã: τ illos reprobauit. non hꝫ rationẽ niſi diuinã volũtatẽ.) vñ Aug. dicit ſup Ioh.(Quare hũc trahat: τ illũ non trahat noli velle diiudicare: ſi nõ vis errare: ſicut etiã in rebus naturalibus põt rõ aſſignari: cũ prima mã in ſe ſit tota vniformis: quare vna pars ei° eſt ſub forma ignis: τ alia ſub forma terre a deo in principio condita vt. ſ. ſit diuerſitas ſpecieꝝ in reb° nãlibus: q̃re aũt hec pars mãe eſt ſub illa forma: τ illa ſub alia dependet ex ſimplici voluntate diuina: τ ſilr ex voluntate artificis depẽdet: q hic lapis ſit in iſta pte parietis: τ ille in alia q̃uis ratio artis habeat: q aliqui ſint in hac: τ aliqui in illa: nec tamẽ pp hoc eſt iniquitas apud deũ: ſi inequalia nõ ineq̃lib° pparat. hoc vero eẽt ꝯ rõnẽ iuſticie ſi pdeſtinatiõis effect° ex debito redderẽ τ non dareẽ ex grã: i his.n. q̃ grã daẽ põt aliqs pro libito ſuo dare: cui vult plus: vel min° dũmodo nulli ſubtrahat debitum abſqz preiudicio iuſticie: τ hoc ẽ qđ dicit paterfamilias Math. 20. Tolle qđ tuũ eſt τ vade: an nõ licet mihi qđ volo facere.) Et hoc de primo articulo.

aliq̃ predeſt. aliqui vero reprob. ſunt ante q̃ nati ſint. Alij vero bonũ τ malum vſũ liberi arbitrij vt adeo putarent cãm pdeſtinatiõis τ reprobationis eſſe dixerunt: cui° mẽ ẽ Henri. 4° quolibꝫ. q. 18. dicẽtis qđ aliqua cã ex pte pdeſt. τ repro. querẽda ẽ que ẽ liberi arbitrij q actiue τ nõ ſolũ paſſiue cooperatur.

Quantum ad ſcđm articulũ arguiẽ ꝯtra ꝯnes Et quidẽ contra primã partẽ ꝯnis 7ᵉ arguit Aureolus. in qua diciẽ q gnãlis cã quare deus aliquos pdeſtinat: τ alios reprobat eſt: vt appareat miſericordia in electis. τ iuſticia i reprobis. Primo ſic. Illud non debet poni propter relucentiã diuine miſericordie: vel iuſticie: ſine quo iſta τ illa manifeſtatur τ lucet: ſed dato q nullus eẽt damnatus: adhuc miſericordia τ iuſticia diuina ſufficienter relucerent. nam i gloria electoꝝ vtrunqz relucet. miſericordia quidẽ quia ſcriptũ ẽ.(Scđm ſuã miſericordiã ſaluos nos fecit.) ad Titũ 3°. Iuſticia vero. qz ad Timoth. 4° dicit apls q repoſita eſt ſibi corona iuſticie: quã reddet illi dominus in illa die iuſtus iudex. igiẽ relucẽtia illaꝝ nõ videtur eſſe cauſa: q aliq ſint reprobati: τ alij electi. ¶ 2°. Nullũ p ſe intẽtũ põt eẽ cauſa: q aliqđ fiat in vniuerſo: qđ tñ p acciñs intendiẽ tñ: omne eni qđ fit ppter illud: qđ eſt p ſe intentũ: oportet q intendaẽ p ſe τ non p acciñs: ſed qz dei miſericordia τ iuſticia τ cetere diuie pfectiões eſt intẽtũ p ſe: reprobatio aũt maloꝝ ẽ intẽta p acciñs: malũ eni nõ intendiẽ p ſe: τ de malo culpe vtiqz manifeſtũ ẽ: malũ aũt pene ſupponit malũ culpe pcedere: τ idcirco vtrunqz p acciñs eſt intentũ. q̃ relucentia diuine iuſticie nõ eſt cã: q aliqs reprobeẽ. ¶ 3° Sicut nõ ſunt facienda a nobis mala: vt eueniant bona ſm aplm ad Ro. 3°. ſic nec a deo: ſed manifeſtũ eſt q reprobatio maloꝝ ſi eſſet abſqz oi cã. malũ eſſet. q̃

Contra primã pte 7ᵉ cõcluſiõis Au. di. 41. q. 1. ar. primo ꝯ op. San. Tho.

deus non reprobat ꝑpter hoc ſolū: vt appareat ſua iuſticia. ¶ 4°. Aut itendis per illud dictū: ꝙ reprobatio inq̄ꝫtū reſpicit malliciā ſit a deo ꝑpter relucentiā ſue iuſticie: aut inq̄ꝫtū reſpicit penā eternā ſuppoſita mallicia ⁊ pctō. Sed nō pōt dari primū. tū quia deus intenderet ꝑ ſe pctm̄. tū qꝛ actoꝛ eſſet ⁊ cauſa pcti: ⁊ per ꝯñs non deberet pctō hꝰ imputari. Nec pōt dari 2m: licet enim ſuppoſito pctō eluceſcat iuſticia punitiua. nihilominus ſupponit pctm̄. ⁊ ita cauſa reprobatiōis principaliter erit pctm̄: ⁊ non relucentia diuine iuſticie. cuiꝰ oppoſitū iſti dicūt. ¶ 5°. Juſticia punitiua in hꝫ differt ab alijs ſpēbus iuſticie: ꝙ nō poteſt eē ꝑ ſe intenta: nullus enim ꝑ ſe penā intēdit ꝗ iuſtus ſit: ſed tm̄ ex ſuppoſitione. p̄exiſtēte punibili culpa: ſecus āt de iuſticia diſtributiua. ğ nulla neceſſitas ē: ꝙ aliqͩ fuit in vniuerſo: vt iuſticia punitiua eluceſcat: ſed manifeſtū ē: ꝙ iuſticia dei: q̄ manifeſtat̄ in reprobatis: ē punitiua: ⁊ vindicatiua. ğ reprobis non pōt eē finalis ⁊ vltimata manifeſtatio talis iuſticie: imo illa ſupponit aliā: ſi pctm̄ p̄ceſſiſſet ⁊ culpa.) Hec ille. ¶ 2° arguit̄ ꝯ 2am partē: q̄ ponit: ꝙ nō eſt a'ia cā in ſpeciali. quare iſte ſit reprobatus: ⁊ ille p̄deſtinatꝰ: niſi ſimplex dei volūtas. ⁊ ꝙ hoc ē pro libito eiꝰ. Primo ſic. Omnis ꝗ ꝑ libito voluntatis aliquē affligit ⁊ punit: ⁊ i pctm̄ labi ꝑmittit ſolum ad hoc vt puniat ⁊ affligat: crudelis ē ⁊ iniuſtus: delectat̄ eni ꝑ ſe in penis: ſed ſi ꝑ libito volūtatis deꝰ aliquē reprobaret: ſequit̄ ꝙ delectaret̄ ꝑ ſe in pena: ⁊ ꝑ ſuo libito vellet affligere ⁊ punire: ⁊ ad hūc finē ꝑmitteret de hoībus ꝙ peccarēt: vt ſaturaret̄ penis eoꝝ. igit̄ deus erit crudelis ⁊ iniuſtꝰ. Et cū hꝫ abſonū ſit: magis abſonū ſit dicere: ꝙ aliquem reprobaret pro libito voluntatis. ¶ 2° ad idē. Licet in carentibꝰ ſenſu ⁊ experiētia mali poſſit artifex diſponere ꝑ libito volūtatis abſqꝫ nota crudelitatis ⁊ iniuſticie: vtpote edificatoꝛ poteſt ponere lapides inferius illum: ⁊ ſuperius illū in loco magis honoꝛabili vel minꝰ abſqꝫ nota iniurie: ⁊ ſimiliter figulus ex eadē maſſa poſſit facere vas i honoꝛē: ⁊ vas in cōtumeliā: abſqꝫ hoc ꝙ iſti iniuriet̄: ⁊ ſimiliter deus abſqꝫ iniuria pōt ponere vnam partē mãe ſub forma ignis: ⁊ aliā ſub forma terre: nihilominꝰ in habentibꝰ experientiā mali ⁊ boni: honoꝛis ⁊ cōtumelie: illud fieri nō pōt abſqꝫ iniuria: debitū eni nãe ē. vt fiat ſub ꝑfectione: q̄ eſt apta nata ſibi ineſſe: ⁊ iō non eſt abſqꝫ iniuria facere hoīem i ſempiterna triſticia: ⁊ miſeria abſqꝫ demerito eiꝰ ꝑ ſolo libito volūtatis: ſed ſic eēt in ꝑpoſito ſm̄ iſtū modū dicendi. ğ non eſt veꝝ: ꝙ deus ſic reꝓbet: ⁊ eligat ꝑ libito volūtatis. ¶ Et ſi dicat̄ ꝙ apls vtit̄ exēplo d̄ figulo. ¶ Nō valꝫ vtiqꝫ. qꝛ logͥt̄ de maſſa ꝑ pctm̄ originale. q̄ ſuppoſito nulli iniuriat̄: ſi eo non redēpto ab originali: aliū miſericoꝛditer purget ⁊ redimat. Et ꝑpter hoc ſequit̄: ꝙ reprobet abſqꝫ culpa pro libito voluntatis: ſicut fingunt poſitores predicti. ¶ 3° Licet i gratuitis poſſit tribuere plus vel minꝰ. cui vult retributoꝛ iuſticie abſqꝫ vllo p̄iudicio iuſticie: nō tm̄ eſt verum: ꝙ poſſit cui vult penam infligere abſqꝫ culpa ſine iniuria: ⁊ ſic itelligit̄ verbū patriſfamilias. An nō licet mihi qͦ volo facere: ⁊c̄. plus. ſ. vel minꝰ cui voluero tribuendo: non autem cui voluero penam infligendo: ſed in reprobatiōe pena infligitur. ergo non poteſt eſſe abſqꝫ iniuria: ꝙ fiat reprobatio abſqꝫ cauſa pro ſolo libito voluntatis.) Hec ille.

Contra 2am partē 7e concluſionis idē ibidem. Utrū cā quare hic ſit reprobatus ille vero p̄deſtinatus ſit dei ſimplex volūtas.

Ad primum contra primā partē 7e ꝯ̄nis negatur maioꝛ: niſi addatur: ꝙ ſine illo eque bene: ⁊ tot modis diūa miſericoꝛdia ⁊ iuſticia reluceret: ⁊ cōceſſa maioꝛe cum illo addito: negatur minoꝛ. ſi eni nullus damnaret̄: nō reluceret in vniuerſo iuſticia punitiua eternaliter: ſicut mō relucet: licꝫ in ſaluandis reluceret iuſticia ꝑmiatiua. ¶ Ad 2m. negat̄ minoꝛ. nō. n. reprobatio ē mala: aut ꝑ peccātis intēta: imo ꝑ ſe: p̄ſciēs eni deus quoꝛundā pctā: q̄ ab ipſo nullo mō ſunt intēta: propoſuit eos non liberare in p̄ſentī immo deſerere: ⁊ in futuro punire: quod eſt reprobare. ¶ Ad 3m dico: ꝙ ſm̄ ſanctū Tho. de veritate. q. 5. arti. 4°. ad 10m. (Facere malū ꝑꝑ bonū in hoīe reprehenſibile eſt: nec deo pōt attribui: ſed oꝛdinare malū in bonum: hoc nō cōtrariat̄ bonitati: ⁊ ideo permittere malum ꝑpter aliqͦ bonū inde eliciendū deo attribuit̄.) Hec ille. ¶ Dico ğ ꝙ deꝰ reprobādo aliquos: vt ſua iuſticia reluceat: nō facit malū vt eueniat bonū: ſed ꝑponit ꝑmittere mala: vt aliq̄ bona inde eliciant̄: reprobare. n. nō eſt facere malū: nec reprobatio ē mala: imo ſūme bona. ſm̄. n. ꝙ dicit ſcūs Tho. de veritate vbi ſ: ad 4m. (Quilibet prudens ſuſtinet aliqͦ paruū malū: ne impediat̄ magnū bonū. quodlibet āt ꝑticulare bonū ē paruū reſpectu aliciuꝰ nãe vlis.) Silr ꝑma ꝑte. q. 22. arti. 2°. ad 2m dicit. (Aliter ē de eo ꝗ habet curā aliciuꝰ particularis: ⁊ de ꝑuiſoꝛe vli: ꝑuiſoꝛ enim particularis excludit defectum ab eo: quod eius cure ſubditur quantū poteſt: ſed ꝑuiſoꝛ vlis permittit aliquem defectum in aliquo particulari accidere: ne impediat̄ bonū totiꝰ. vñ corruptiōes ⁊ defectus dicunt̄ eē ꝯ nãm particularē: ſed tm̄ ſunt de intētiōe vlis inq̄ꝫtū defectꝰ vniꝰ cedit in bonū alteriꝰ: vel etiā totiꝰ vniuerſi.) Hec ille. ¶ Ex quo patꝫ. ꝙ reprobare aliquos ſine alia cā q̄ꝫ illa q̄ ponit̄ in ꝯ̄ne: nō eſt malū: ſed ꝑtinet ad optimū ꝑuiſoꝛē: cū. n. bonū vniuerſi ſit poſt diuā bonitatē optimū bonū. iō cū bonū eiꝰ: qͦ cōſiſtit in multiplicitate ⁊ varietate graduū bōitatis ipediret̄: ſi nullꝰ ꝑmitteret̄ cadere in pctm̄. aut ſi nullus eternaliter puniret̄. iō bonū eſt talia ꝑmittere ꝑꝑ bonū vniuerſi: q̄ꝫuis cedat in malū aliquoꝝ particulariū vniuerſi: quoꝝ bonis preponderat bonū vniuerſi. vnde ſcūs Tho. de veritate vbi ſ. arti. 5°. ad 3m. dicit. (Deus plus amat quod ē magis bonum: ⁊ ideo magis vult preſentiam magis boni q̄ꝫ abſentiā minus mali: qꝛ ⁊ abſentia mali quoddam bonū eſt: ⁊ ideo ad hoc: ꝙ aliqua bōa maioꝛa eliciant̄ permittit aliquos etiā in mala culpe cadere: que maxime ſm̄ genus ſunt odibilia: q̄ꝫuis vnū eoꝛū ſit magis odibile alio.) Hec ille. ¶ Ad 4m dico ꝙ reprobatio inquātū reſpicit punitionē eſt ꝑpter relucentiā iuſticie: ⁊ inquātū reſpicit maliciā: licet. n. vtrū q̄ꝫ reſpiciat ſicut ⁊ diuina ꝑuidētia. tm̄ aliter ⁊ aliter. vt enim dicit ſcūs Tho. vbi ſ. arti. 4°. (Dupliciter aliquid ſubeſt prouidentie. Uno modo ſicut illud: ad qͦ aliquid oꝛdinat̄. Alio modo ſicut illud: qͦ ad aliud oꝛdinat̄: in oꝛdine autē eoꝝ: q̄ ſunt ad finē: oīa itermedia ſūt finis: ⁊ ad finē: vt dicit̄ 2°. phyſicoꝝ. ⁊ 5°. metaphiſice: ⁊ iō quicqͩ eſt in recto oꝛdine ꝑuidentie cadit ſub prouidentia: nō ſolum ſicut oꝛdinatū ad aliū: ſed ſicut illud: ad quod aliud oꝛdinat̄: ſed illud quod exit a recto oꝛdine cadit ſub ꝑuidentia ſolum ſm̄ ꝙ oꝛdinat̄ ad aliud. non ſm̄ ꝙ aliud oꝛdinatur ad ipſum. ſicut actus virtutis generatiue: qua hō generat hoīem perfectū i nã: eſt oꝛdinatus a deo ad aliqͩ aliud. ſ. ad foꝛmam humanā. ⁊ ad illum oꝛdinatur aliqͩ. ſ. vis generatiua: ſed actus deficiens: quo interdū monſtra generant̄ in nã: oꝛdinatur quidē a deo ad aliquā vtilitatē: ſed ad hoc nihil aliud oꝛdinat̄: incidit enim ex defectu alicuius cauſe: ⁊ reſpectu primi eſt ꝑuidentia approbationis: reſpectu ſecundi eſt ꝑuidentia conceſſionis: quos duos modos ꝑuidentie Phy. 2. c. 2. Me. a. 1. c. 2.

dentie

Cap. 28. dentie Damaſ. ponit lib° z°.) Hec ille. ❡ Dico igiẜ: ꝙ
cū reprobatio ſit pars ꝓuidētie: vt dicit ibidē pͥma pte
q. 23. arti. 3°. ipſa reſpiciat maliciā pͥmo mō: ⁊ penā z°
modo: ⁊ reſpiciendo vtrunqꝫ eſt ꝓpter relucentiam iu
ſticie. Illa āt que iſte obycit friuola ſunt: nō eni ſequiẜ
ꝙ ſi reprobatio reſpicit maliciā ꝓpter relucentiā iuſti
cie: ꝙ de⁹ ſit cā malicie: vel actoꝛ pctī: qꝛ ſm ꝙ diciẜ de
veritate vbi ſ̄ ad pͥmū. Non omne: qδ ꝓuideẜ a deo
fit a deo aliquo modo: niſi intelligatur de prouidentia
approbationis: malum aūt non cadit ſub prouidentia
approbationis: ſed cōceſſionis tm̄. ❡ Ad 5m. negaẜ mi/
noꝛ. dico eni ꝙ quelibet ſpecies iuſticie eſt pp ſe appe/
tenda: ſiue punitiua: ſiue diſtributiua: vel cōmutatiua.
Et cū arguiẜ: ꝙ null⁹ appetit penā ꝓpter ſe ⁊c̃. Dico ꝙ
pena non eſt idē: qδ iuſticia punitiua: ⁊ iō ꝓbatio nihil
valet. Dico tm̄ ꝙ ſm ſcm̄ Tho. 4° ſen. diſ. 50. q. z. ar.
4° q̄ſtiūcula 3a. ad p̄m. (Letari de malo alterius inq̄/
tū hō ptinet ad odiū: nō aūt letari ō malo alteri⁹ rōne
alicuius adiūcti: ⁊ iō de⁹ lꝫ nō delecteẜ in penis inquā
tum hō. tn̄ delectaẜ in eis inq̄tū ſunt ꝑ ſuā iuſticiā or/
dinate.) Hec ille. ❡ Patet ḡ ꝙ pena alteri⁹ nō pp ſe
appetenda eſt: ſed ꝓpter ordinē iuſticie in ea relucētē.
accidens: ſ3 ipſa ſuba ſua. qd̄ ſoli⁹ dei eſt: τ iō ſolius eius
eſt creare. ❡ 4ª rō eſt. Q2 cū oēs cauſe 2ᵉ agentes a
pmo agente habeāt hoc ipſu3 q agant: vt in li°. de cau
ſis pbatur: op3 q a pmo agente oībus ſecūdis modus
τ ordo imponatur: ei aūt nō imponit̃ modus vel ordo
ab aliquo: cum aūt modus actionis ex mā depēdeat: q̄
recipit actionē agētis: ſolius pmi agētis erit abſq3 mā
preſuppoſita ab aliquo agente agere: τ alijs oībus ſecū
dis agentibus mām miniſtrare. ❡ 5ª rō ducēs eſt ad

Quomodo ens a nō ente diſtet. vide hoc. in 2°. diſ. p°. q. 3°.

impoſſibile. Nã ſ₃ elongationẽ potẽtie ab actu eſt ꝓportio potentiaꝝ de potentia in actum aliquid reducẽtium: quãto enim potẽtia plus diſtat ab actu: tanto maiori potentia indiget. ſi ergo ſit aliqua potentia finita que de nulla potẽtia preſuppoſita aliquid operetur: oportet eius eſſe aliquã ꝓportionem ad illam potentiã actiuã que educit aliquid de potẽtia in actum: et ſic erit aliqua ꝓportio nullius potentie ad aliquã potentiam: qđ eſt impoſſibile: nihil enim ad ens nulla eſt ꝓportio: vt hr̃ 4° phyſicoꝝ. Relinquitur ergo ꝙ nulla potentia finita põt aliqđ creare neq₃ virtute ꝓpria: neq₃ ſicut alterius inſtrumentũ.) Hec ille. ¶ Eãdẽ rõnẽ ſc₃ 5^am in numero iſtarũ ponit ꝯ̃ gentiles ca° 44°. (Unũqđq₃ agẽs tanto virtuoſius eſt in agendo: quãto potẽtiã magis remotã ab actu i actũ reducit: ſicut maiori virtute opus eſt ad calefaciendam aquam q̃ꝫ aerem: ſed illud quod oĩo nõ eſt: infinite diſtãs eſt ab actu: nec eſt aliquo mõ in potentia. igĩ ſi mund° factus eſt poſtq̃ꝫ oĩo ꝑus nõ erat: op₃ virtutem factoris eſſe infinitam. Hec autem rõ ſm eos: qui ponunt eternitatẽ mundi: valet ad probandam infinitatem diuine virtutis: cõfitentur enim deũ cãm eſſe mundane ſubſtãtie: q̃uis eã ſempiternam arbitrentur dicentes hoc mõ deũ eternũ ſempiterni mũdi cãm exiſtere: ſicut pes ab eterno fuiſſet cã veſtigij: ſi ab eterno fuiſſet impreſſus in puluere. Hac autem poſitione facta ſm rõnẽ ꝓdictã: nihilominus ſequiĩ dei virtutem eſſe infinitam: nam ſiue ex tpe ſm nos: ſiue ab eterno ſm eos res ꝓduxerit: nihil põt eẽ in re: qđ ipſe nõ ꝓduxit: cum ſit vlẽ eſſendi ꝑncipiũ: et ſic nulla p̃ſuppoſita mã: vel potentia ꝓduxit. Oportet aũt ꝓportionẽ virtutis actiue accipe ſm ꝓportionẽ potentie paſſiue: nam quãto potentia paſſiua maior p̃exiſtit vel intelligiĩ: tanto minori virtute actiua in actũ compleĩ. Relinquiĩ ergo cũ virtus finita ꝓducat aliquẽ effectum p̃ſuppoſita potentia materie: ꝙ dei virtus: que nullam potentiam p̃ſupponit ſit iñfinita.) Hec ille. ¶ Itẽ li°. 2°. ca°. 21°. arguit ſic. (Cũ oẽ agens agat ſm qđ eſt actu: op₃ modũ actionis eſſe ſ₃ modũ actus illius rei. Unde calidũ qđ magis eſt i actu caloris magis calefacit: cuiuſcũq₃ igitur actus determinatur ad genus: vel ad ſpẽm et accñs eius: virtutẽ op₃ eſſe determinatam ad effectus ſiles agenti inq̃ꝫtum hẽr eo ꝙ oẽ agens agit ſibi ſile: nihil aũt: qđ hab₃ eſſe determinatum: põt eſſe ſile effectui eiuſdem generis vel ſpeciei niſi ſm rationem generis vel ſpẽi: nam ſ₃ ꝙ eſt hoc aliqđ: vnũ qđq₃ eſt ab alio diſtinctũ. nihil ĝ cuius eẽ finitũ eſt: per actionẽ ſuã põt eſſe cã alterius: niſi q̃ꝫtũ ad hoc qđ h₃ gen° aut ſpẽm: nõ aũt q̃ꝫtũ ad hoc ꝙ ſubſiſtit ab alijs diſtinctum: oẽ igiĩ agens finitũ preſupponit ad ſuã actionẽ hoc: vñ ſuum cauſatum indiuiduatũ ſubſiſtit. nõ ergo creat: ſ₃ ſolũ h̃ eſt illius: cuius eẽ eſt iñfinitũ: qđ eſt oĩs entis cõprehendens ſilitudinẽ: vt ſupra oñſum eſt.) Hec ille. ¶ Et eãdem ꝓbationẽ tangit prima pte. q. 45. arti. 5°. ad ꝑmũ vbi ſic ait. (Perfecte ꝑncipãs aliquã nãm facit ſimile: nõ quidẽ ꝓducendo illã nãm: ſed applicãdo eã ad aliqđ: nõ enim hic hõ põt eſſe cã nãe humane abſolute: quia ſic eſſet ſuiipſius cã: ſ₃ eſt cã: ꝙ nã hũana ſit in h̃ hoĩe gnãto: et ſic p̃ſupponit in ſua actione determinatã nãm per quã eſt hic hõ: ſed ſicut hic hõ ꝑticipat nãm humanã: ita qđcũq₃ ens creatũ participat: vt ita dixerim: nãm eſſendi: quia ſolus deus eſt ſuum eẽ: nullũ igitur ens creatũ põt ꝓducere aliquod ens abſolute niſi inq̃ꝫtum eẽ cauſat in hoc: et ſic op₃ ꝙ p̃intelligaĩ id: per qđ aliqđ eſt h̃ actioni: q̃ facit ſile in ſubſtãtia.) Hec ille. ¶ Eaſdem rõnes tangit 4°. ſen. diſ. 5. q. 1. artic. 3°. queſtiuncula 3°.

Uerũ tñ ibidem dat viã ſoluendi: ſi quis vellet oppoſitũ ſuſtinere cũ magiſtro: qui poſuit ꝙ creature potuit cõicari potẽtia creandi. et ſimilr 2°. ſen. diſ. 1. q. 1. arti. 3°. Sed in operibus poſterioribus dixit ꝓ ꝯ̃ne iſta vbi mãm plenius digeſſit q̃ꝫ in ſcriptis. ¶ 6^a ꝯ̃. Suppoſita eternitate ꝑmi mot° argui poſſet infinitas diuine virtutis. Iſtã ꝯclõnẽ ꝓbat Ariſto. 8°. phyſicoꝝ in illo ca°. Tex. cõ. 78. (Ex aũt neceſſe eſt impoſſibile): et itẽdit talẽ demõſtrationẽ ſm expoſitionẽ ſci doctoris ibidem. (Tria ſunt in quolibet motu: quoꝝ vnũ eſt illud qđ moueĩ: aliud eſt ipſum mouẽs: tertiũ vero tẽpus: i quo fit motus: op₃ aũt ꝙ oĩa illa ſint finita: aut oĩa infinita: aut ꝙ quedã ſint finita: aut infinita: vel duo tñ vel vnũ. ponaĩ ĝ ꝑmo ꝙ. a. ſit mouens: et. b. ſit mobile: et tempus infinitũ ſit. c. et ponaĩ ꝙ aliqua pars ipſius. a. que eſt. d. moueat aliquã partẽ. b. que ſit. e. His ergo poſitionib° factis ꝯcludi põt: ꝙ. d. mouet. e. in tẽpore nõ eq̃li ipſi. c. in quo. a. mouebat. b. ſ₃ in tẽpore minori: probatũ eſt enim in. 6°. phyſicoꝝ: ꝙ totũ mobile in maiori tpe ꝑtranſit aliqđ ſignũ q̃ꝫ pars eius. cũ ĝ tps qđ eſt. c. ſit infinitũ relinqĩ ꝙ tps ꝑ qđ. d. mouet. e. nõ erit infinitum ſ₃ finitum: et ſit illud tps. z. vt ſicut. a. mouet. b. in tẽpore. c. ita. d. moueat. e. in tẽpore. z. finito: cũ aũt. d. ſit ps ipſius. a. ſubtrahẽdo ab. a. et addẽdo ipſi. d. totalr ipſum. a. auferẽĩ et cõſumetur cũ ſit finitũ: oẽ enim finitũ ꝯſumiĩ ꝑ ſubtractionẽ: ſi eadẽ quãtitas ſemꝑ ſumaĩ: et ſilr ꝯſumeĩ ipſum. b. ſi ꝯtinue ſubtrahaĩ aliqđ ab ipſo: et apponaĩ ipſi. e. quia. b. ẽt ponebaĩ eſſe finitũ: ſ₃ q̃ꝫtũcũq₃ auferaĩ a tempore: qđ eſt. c. etiã ſm eandem quãtitatẽ auferendo nõ conſumeĩ totũ. c. qđ poniĩ eſſe infinitũ: ĩo pħs ex hoc concludit ꝙ totũ. a. mouet totum. b. in tempore aliquo finito qđ eſt ps ipſius. c. qđ qdem ſic ſequiĩ ex ꝑmiſſis: quia ſ₃ ꝓportionẽ: qua addiĩ ad mobile et ad motorẽ: additur etiã ad tẽpus motus. cũ ĝ ſubtrahendo a toto mobili et motore: et addendo ad ptes ipſoꝝ quouſq₃ ꝯſumaĩ totum mobile et totũ mouẽs: ita ꝙ totũ qđ erat in toto addaĩ parti: ſeqĩ ꝙ ꝓportionaliter addẽdo ad tps: reſultabit tps finitũ: in quo totũ mouẽs mouebit totum mobile: et ſic op₃ ꝙ ſi mobile eſt finitũ: et mouẽs finitum ꝙ tps ſit finitũ. ſic ergo nõ eſt poſſibile: ꝙ a finito mouente moueatur aliquid motu infinito: ſcilicet ſm tps infinitum: et ſic patet ꝙ non contingit finitum mouẽs mouere aliquid tẽpore infinito.) Hec eſt ſñia Ariſto. ſm ſanctum Tho. Quõ aũt illa demõſtratio ꝓcedat. ibidẽ declarat ſcũs doctor dicẽs. (Tps motus (inqt) põt dupliciter accipi in motu locali ꝑcipue: vno modo ſm partes mobilis. alio mõ ſm ptes magnitudinis ſuꝑ quã trãſit mot°: manifeſtum eſt igiĩ ꝙ ꝑus vna pars mobilis trãſit aliqđ ſignũ magnitudinis q̃ꝫ totũ mobile: ſilr totũ mobile ꝑus trãſit vnã ptẽ magnitudinis q̃ꝫ totã: apparet aũt manifeſte ex ꝓceſſu Ariſto. ꝙ hic loqĩ de tpe motus: ſm ꝙ tps motus accipiĩ ſ₃ partes mobilis: et nõ ſm ꝙ accipitur ſm ptes magnitudinis: accipit enim in ſua demonſtratiõe: ꝙ pars mouẽtis moueat partẽ mobilis i minori tpe q̃ꝫ totũ moueat totũ: qđ nõ erit verũ ſi accipiamus tempus motus ſ₃ ptes magnitudinis: q̃ tranſeuntur motu: eadẽ enim eſt ꝓportio partis motoris ad ptem mobilis: q̃ eſt ꝓportio totius motoris ad totum mobile: vnde equali velocitate pars mouebit ptẽ: q̃ totũ mouet totũ: et ſic in eq̃li tẽpore ꝑtranſiet ps mobilis aliquã magnitudinem motã a pte motoris: et totũ mobile motum a toto motore: vel forte in minori tpe moueb̃ĩ totũ q̃ꝫ pars: quia potentia vnita maior ẽ q̃ꝫ diuiſa: et quãto maior ẽ po° motoris velocior ẽ mot°: et tps ẽ min°. op₃ ĝ ꝙ h̃ itelligaĩ ſ₃ ꝙ

accipitur

Tex. cõ. 71.

accipiť tēp⁹ motus ſm ptes mobilis: qꝛ vna ps mobilis minori tpe ptrāſit aliqḋ ſignū ꝙ̄ totū mobile: ⁊ h̄ B eſt ipoſſibile: q tempore infinito moueať niſi mobile infinitū: ipoſſibile aūt ē: q mobile infinitū moueať a motore finito: qꝛ ſp v̄tus mouētis ē maioꝛ ꝙ̄ v̄tus mobilis. vñ neċē ē: q mobile infinitū moueať a motore infinito: ⁊ ſic ſic ipoſſibile ſeqť ex B: qḋ poniť q motoꝛ finitus moueat mobile finitū motu: q ſit ifinit⁹ ſm ptes mobilis. ita remoto B incōueniēti oꝫ vlteri⁹ cōcludere: q mot⁹ infinit⁹ ſit mobilis ifiniti a motore ifinito. ¶ Sed cōtra hoc pōt aliqs obijcere. Dicit ſcūs Tho. (Cū Ari. nō pbauit in B li°. 8. motū p̄mū eē ifinitū ſm ptes mobilis: ſicut mot⁹ corpis ifiniti dr̄ infinit⁹: qꝛ to-

Tex.co.40. tā vniuerſū corporeū finitū eſt: vt pbatū fuit in 3° phyſicoꝝ: ⁊ pbabiť in p̈ celi. vñ nō videť eſſe demōſtratio Tex.co.35.

Ariſt. verificata ad ppoſitū cōcludendū. ſ. vt p̄m⁹ motoꝛ qui mouet motum infinitum ſit infinitus. ¶ Sed dicēdū q illud. qḋ eſt cā prima mot⁹ infiniti oꝫ q ſit p ſe cā infinitatis mot⁹: qꝛ ſemp cā que eſt p ſe: prioꝛ ē ea que eſt p aliud: virt⁹ aūt cauſe p ſe determinať ad effe-

2°.phi.le.6. ctū p ſe: ⁊ nō ad effectū p accidēs: ſic. n. ſupra Ariſt. docuit cōparare cauſas effectib⁹: cū aūt cōtingat motū eē infinitū dupliciter. ſ. ſm ptes mobilis: ⁊ ſm ptes lōgitudinis: ſuper quā trāſit motus: infinitū per ſe ē in motu ex partib⁹ mobilis: p accidēs aūt ex partibus longitudinis: qꝛ quātitas mot⁹: que attendiť ſm ptes mobilis cōpetit ei ſm ppriū ſubiectū: ⁊ ita ineſt ei p ſe: quātitas autē mot⁹: q accipiť ſm ptes longitudinis: accipiť ſm reiterationē mot⁹ ipſi⁹ mobilis. put. ſ. totū mobile ſuū ſup vnā partē lōgitudinis iterato ptrāſit aliā. Illud ergo: qḋ eſt p̄ma cā infinitatis mot⁹: h̄ꝫ virtutē ſuper infinitatē mot⁹: que eſt p ſe vt. ſ. poſſit mouere mobile infinitū ſi cōtingat: ⁊ ideo neceſſe ē q ſit infinitū. ⁊ q̄uis p̄mū mobile ſit finitū: tñ h̄ꝫ quandā ſilitudinē cū infi-

Tex.co.5. nito vt dictum eſt. 3° phyſicoꝝ. Ad hoc autē q aliquid ſit cauſa motus infiniti p reiterationem motus: que ē p accidens: nō oportet q habeat virtutem infinitā: ſed ſufficit ſi habeat virtutē imobilem finitam: quia ſemper manēte eadem virtute poterit reiterare eundem effectum: ſicut ſol habet virtutē finitam: ⁊ tamē poſſet mouere inferioꝛa elemēta tempoꝛe infinito: ſi motus eēt ſempiternus ſm poſitionē Ari. nō enim eſt prima cauſa infinitatis motus: ſed ſm q ab alio mota ad mouendum tempoꝛe infinito ſm poſitionē predictā.) Hec ille. ¶ Ex quibus patet quō duratio motus per infinitū tempus arguit infinitatē motoꝛis in vigore: ⁊ non ſolū in duratione. Eandem rōnem tangit primo cōtra Gentiles ca°. 43°. ¶ Septima ꝯ̄. Infinitas diuine potentie concludiť ex actiuitate noſtri intellectus. Iſtam probat ſanctus Tho. cōtra Gentiles vbi ſupra. (Intellectus noſter (inquit) ad infinitum intelligēdo extēdiť: cuius ſignū eſt q quātitate qualibet finita data intellectus noſter maioꝛē excogitare poteſt: fruſtra aūt eſſet hec oꝛdinatio intellectus ad infinitū: niſi eēt aliqua res intelligibilis infinita: opoꝛtet igiť eſſe aliquā rem intelligibilē infinitā: quā opoꝛtet eē rerum maximam. ⁊ hanc dicimus deum. deus igiť eſt infinitus nō

Cōtra cōclu ſionem 3am Aur. diſ. 43. q. 1. in opinio ne ſan. Tho. Utrum mate ria formā li mitet. ſolū in eē. imo ⁊ virtute. ¶ Item effectus nō poteſt extendi vltra ſuā cauſam: intellectus aūt noſter non poteſt cē niſi a deo: qui eſt prima oium cauſa. non igitur poteſt cogitare aliquid intellectus noſter maius deo. Si igiť omni infinito pōt aliquid maius cogitare: relinquiť deū finitum nō eſſe.) Hec ille. ¶ Sed contra iſtas ꝯ̄nes arguit Aureolus diſ. 43. multipliciter. Et primo cōtra 3am ꝙ̄tum ad hoc: q ibidē dicit: materiā eſſe cām limitationis ⁊ finitatiōis foꝛme. Si eni materia fuerit cā illius limitationis: cauſabit eā ſm aliquē modū cauſalitatis ⁊ genus cauſandi: ſed manifeſtū eſt: q non cauſat eam p modū cauſe efficientis: nō enim mā aliquid efficit i foꝛma: ⁊ iterū agens q foꝛmā extrahit eſt cauſa effectiua nō ſolū foꝛme: ſed limitationis ſue. Neqꝫ pōt dici. q ſit cauſa foꝛmalis: qꝛ materia nulli⁹ eſt foꝛma: ⁊ iteꝝ foꝛme non eſt foꝛma. Neqꝫ poteſt dici: q ſit cauſa finalis. foꝛma enim ē finis materie: ⁊ nō

econtra. vt patet 2° phyſicoꝝ. Neqꝫ poteſt dici: q cauſet limitationē iſtam ſm modū cauſandi materie: qꝛ Tex.co.25.

cauſalitas materie cōſiſtit in recipere ⁊ non in dare: ⁊ p ꝯ̄ns non dabit materia limitationē foꝛme: ſed etiaꝫ potius recipiet limitatā. ergo nihil eſt dictu. q materia limitet foꝛmā. ¶ Secundo ad idē. Qūcunqꝫ aliquid habet equalē amplitudinē ⁊ illimitationē cū alio: non diciť illud limitare: ſed mā ⁊ foꝛma ſunt equalis amplitudis ⁊ illimitatiōis: ſi. n. cōſidereť h̄ꝫ eē reale: nūꝙ̄ foꝛma eſt realiter illimitata. nec etiā mā: imo ſunt adinuicē pportionata: ⁊ quodlibet ē terminatū. ſi vero accipiantur ſm eē intellectū: ſm q iſti videnť imaginari. ſic non ſolū foꝛma: vt eſt cōis ē illimitata ⁊ ampla ⁊ predicabilis de multis: imo etiā mā vt ſic intellecta: cū ſit de cōceptu ſpēi indiuidua eni nō ſolū cōicant i foꝛma: imo i tota rōne ſpecifica cōſtituta ex mā ⁊ foꝛma ergo nō pōt dici: q mā limitet aut finiat foꝛmā. ¶ 3°. Illud qḋ per nullā potētiā pōt fieri illimitatum. imo ſemper remanet limitatū: nō indiget aliq extrinſeco limitante. qm̄ omne tale opoꝛtet eſſe limitatū ex nā ſua alioquin ſi eſſet indifferēs: poſſet p aliquā potentiā trahi ad illimitationē: cū nō ſit aliquid potētiale fine agēte potēte reducere ad actum: ſed manifeſtū eſt: q foꝛma p nullam potētiā poteſt fieri illimitata: nō eni pōt deus facere foꝛmam iſtius lapidis ſignati eſſe infinitā ex quo patet q ex ſe eſt finita. ergo nō indiget mā aut aliquo extrinſeco ad hoc q limiteť: ſolū. n. per hoc foꝛma illimitata diciť: qḋ pōt intelligi: vt cōis ⁊ predicabilis: ⁊ idē contingit de materia in conceptu ſpecifico in re aūt qlibet eſt p ſe limitatū: cū neutrū eoꝝ ſit p ſe vle. ¶ Quarto. Si materia limitaret foꝛmā: ſeqť q foꝛma fieret infinita: ſi eſſet abſtracta a materia. ſed videmus q accidētia abſtracta ab oi ſubſtantia in hoſtia cōſecrata adhuc remanent limitata. ⁊ ſi deus ſepararet a quātitate oia accidentia: nō fieret quātitas illa infinita: ꝙ̄ remanet in ſacramento altaris: nec etiam illa albedo. qꝛ impoſſibile ē: q aliquid trāſeat de finitate ad infinitatē: aut ecōuerſo manēs realiter idē. ergo poni nō pōt: q mā limitet foꝛmā. ¶ Secūdo loco arguit cōtra candē ꝯ̄nis pbationē in hoc: q dicit deū eē ipſum eē ſubſiſtens: quaſi eē dicat aliquā realitatē ad-

dītā eſſentie in omnibus creaturis. Querendū enim ē inquit quid intelligūt per hō eſſe. aut enim illud quod Utrū in crea turis eſſe ab eſſentia diffe rat.

ſignificat ē 2° adiacens cum diciť. deus eſt. aut illud qḋ ſignificat ē ens predicatū de omni re. put omnis res eſt quedā entitas ⁊ quoddam eſſe. ſed non pōt dari primū: quia eē 2° adiacens nō eſt niſi affirmatio ſubiecti ⁊ ſignificat verū. ponere autem tale eſſe ſubſiſtere per modum ſeparati cuiuſdam. ⁊ illud eſſe deum. nihil eſt dictu. quia tunc ſequatur q deus nō eſſet niſi affirmatio quedā omnis rei. vel potius omnis res affirmata. quia cum dicimus: lapis eſt. illud eſt nihil addit ad lapidem: ſed lapideitatē affirmat. Nec poteſt dici 2m. quia tale eſſe non eſt aliud ꝙ̄ quidditas cuiuſlibet rei. niſi foꝛte dicatur: q deus eſt omnes quidditates per modum cuiuſlibet ſimilitudinis eminentie ⁊ foꝛ-

me exemplaris: quod tamen iſti nõ intellexerunt eaz dicant: ꝙ in omnibus alijs a deo eſſe contrahitur per eſſentiã: ⁊ limitatur quaſi res alia ab eſſe. In deo aũt eſſe non recipiť in alio: ſed eſt purũ ⁊ ſubſiſtẽs. ergo nihil ẽ dictu: ꝙ deus ſit tale eſſe. ℂ 2° ad idẽ. Cũ dicitur lapis eſt: ⁊ de⁹ eſt: eẽ qḋ predicať de lapide: eque eſt idẽ cũ lapide q̃tum ad primũ ſignificatum: ſicut illud qḋ predicať de deo eſt idem cum deo: ſed conſtat ꝙ lapis eſt ſubſtãtia: ⁊ quoddã ſubſiſtẽs. ergo lapis eſt quoddam eẽ ſubſiſtens nõ receptũ in aliquo. ſequiť ergo ꝙ ſit infinitũ: ſi ratio illa ꝓcedit. Hec ille. ℂ Contra 5am ꝯnez arguit. Q2 licet iquit ꝓductio ex nihilo poſſit demonſtrare iſinitatẽ diuine potẽtie: nõ tñ in virtute iſtius ꝓpoſitionis. ſ. ꝙ que eſt ꝓportio nulli⁹ potẽtie paſſiue ad potẽtiã paſſiuã. talis eſt ꝓportio actiue deducentis ad actũ. nulla enĩ eſt ꝓportio iter ſonũ ⁊ colorẽ. nec tñ ſequiť ꝙ potẽtia attingẽs ſonũ excedat illã: que attingit colorẽ abſq3 ꝓportione. vnde in iſta deductione aliquid poniť in ꝯne: qḋ nõ poniť in premiſſis: ex hoc enĩ ꝙ nullius potẽtie ad aliquã nulla ẽ ꝓportio: nõ ſequiť aliud niſi ꝙ inter virtutẽ: q̃ agit ex aliqua potẽtia: ⁊ illã q̃ agit ex nulla potẽtia: nulla ſit ꝓportio: ⁊ hoc vtiq3 verũ eſt: q2 ſunt alterius rõnis ſicut potẽtia viſiua ⁊ auditiua: ſed nõ ꝓpter hoc ſequiť: ꝙ hec iproportionaliter excedat illã: nõ enĩ quecũq3 ſunt improportionabilia in iſinitũ ſe excedũt. q2 diameter ⁊ coſta ſunt iproportionabiles: nec tñ in iſinitũ excedunt ſe. vnde ſi recte deberet cõcludi: oporteret ſic dici: nulli⁹ potẽtie ad aliq̃ nulla eſt ꝓportio: imo iproportionabiliter ſe excedunt: ⁊ tunc forte cõcluderet: ꝙ virtus illa iproportionabiliter excederet: que attingeret illud: qḋ aliud iproportionabiliter excedit aliquã potẽtiã: cũ nihil ens nõ excedat: magis ergo poteſt cõcludi oppoſitũ ex iſto medio: videm⁹ enĩ ꝙ quanto res min⁹ eſt in potẽtia: tanto facili⁹ ⁊ a minori virtute reduciť ad actũ. ergo ſi ſit in nulla potentia: videtur poſſe reduci a minima virtute. Hec ille. ℂ Cõtra 6am ꝯnẽ arguit multipliciter. Et primo oſtẽdit: ꝙ ſcũs Tho. nõ attingit in illa expoſitione ad mentẽ phi. cõſtat enim ꝙ virt⁹ finita manẽs incorruptibilis poteſt mouere in iſinitũ ſm ꝙ iſti dicũt: ſed manifeſtũ eſt: ꝙ motus celi etern⁹ ⁊ infinit⁹ ſit per reiterationẽ quandã ⁊ replicationẽ: celũ enim ⁊ omnes eius partes finite ſunt: ſed cõtinue replicantur ſm circulationes: vt patet. ergo ad hõ motũ eternũ ſufficiet virtus finita: ⁊ per ꝯñs motor primi mobilis nõ eſt virtutis infinite: nec repugnabit: ꝙ ſit virtus corporea: cuius oppoſitũ phus intẽdit. ℂ 2°. ad idẽ. Illa infinitas mobilis que exigit virtutẽ infiniti motoris nõ eſt ſimilitudinaria eo modo quo circulus diciť infinitus: ſed eſt vera eo modo: quo magnitudo aliqua diciť iſinita: ex hoc ꝙ habet partes alias: ⁊ alias numero infinitas: ſi talis eſſet poſſibilis dari: ſed cõſtat ꝙ celũ non diciť infinitũ proprie 2° modo: ſed tãtũ primo mõ ſimilitudinarie ꝑ reiterationem: vt patet 3° phyſicoꝝ. ergo cõcluſiſſe de primo mobili: ꝙ habeat partes in infinitũ ſũptibiles ꝑ reiterationẽ: ꝙ nõ poſſit moueri niſi a virtute infinita: ꝑ eo ꝙ maior debet eſſe virtus mouẽtis q̃ mobilis: ⁊ pro eo ꝙ in iſinitũ 2° modo exigit talẽ virtutem eſt nihil cõcluſiſſe: imo per equiuocationẽ fuiſſe deceptũ. vt patet. ℂ 3°. ad idẽ. Nulla infinitas temporis exigit virtutẽ infinitã: niſi illa q̃ eſt ꝑ ſe ſm iſtos: ⁊ ideo temp⁹ finitũ per reiterationẽ non exigit illã: ſed tantũ illud: quod eſt infinitũ ꝓpter partẽ mobilis continẽtie aliã ⁊ aliã nullo modo reiteratã: ſed manifeſtũ eſt: ꝙ iſta infinitas nõ eſt in motu celi: cũ non habeat

Contra 5am cõcluſionem idẽ vbi ſupra arti. 3° in op. Sancti Tho. Utrũ creatio ex hoc ꝙ nulla eſt ꝓportio. iter nullã potentiã ⁊ aliq̃ diuine potentie infinitatẽ arguat.

Contra 6am idẽ vbi ſupra arti. 2° ꝓpo. 6°.

Tex. 5.

magnitudinẽ infinitã: ergo nõ requiritur virtus infinita. nõ igitur probat primũ motorẽ incorporeũ phs per hõ ſi ita intellexit ſicut iſti ſibi iponunt. Hec ille. ℂ 2° loco oſtẽdit. ꝙ iſta ꝯ ⁊ ꝓcedens ſupponunt vnũ contra mentẽ Ar. ſ. ꝙ primũ principiũ vel deus moueat primum celũ executiue cõtra mentẽ eius ⁊ ſui Cõmentatoris: qui volunt ꝙ primũ principiũ mouet modo finis ⁊ forme dirigẽtis ſicut poſuit Auicen. nec etiã mouet executiue ſicut iſti imaginanť: ſed poti⁹ medio modo ſcilicet vt amatũ ⁊ ars eminẽs: in qua cõplacẽt immutabiliter oẽs motores executiui celoꝝ: q̃rũ primus mo do perfectiori ⁊ magis vniuerſali. alij vero modo particulari ⁊ ſub ipſo. Et ꝙ iſta fuerit mens eoꝝ probat ex ſex auctoritatib⁹ ⁊ duabus demõſtrationib⁹. ℂ Prima auctoritas eſt phi 12° me᷑ dicentis: ꝙ primũ principiũ mouet vt appetibile: ⁊ deſideratũ ⁊ amatũ. ⁊ Cõmentator ibidẽ cõmento. 36. ꝙ corpora celeſtia ſunt animata ⁊ ꝙ intellectuali appetitu appetũt in hoc motu aliqḋ maius bonũ ipſis: ⁊ ex hoc ſequiť vt dicit arguens: ꝙ corpora celeſtia nõ appetũt nec intelligunt inq̃tũ corpora: ſed inq̃tũ forma abſoluta vnita ipſis appetit ⁊ intelligit vltimũ finẽ: ⁊ ita illud bonũ nõ mouebit executiue. ℂ Scda auctoritas eſt phi dicentis eodẽ libro ꝙ principiũ motus celeſtis eſt imaginatio per intellectũ. vbi dicit Cõmentator cõmẽto. 36°. expreſſe: ꝙ primus motor mouet vt deſideratũ ⁊ voluptuoſum: ſed imaginatio per intellectũ exiſtentẽ in ipſo celo mouet tanq̃ motor executiu⁹. ℂ Tertia auctoritas eſt phi ibidem dicẽtis: ꝙ prim⁹ motor mouet ſicut amatũ. Et Cõmentator eodẽ comẽto ponit: ꝙ primũ celũ mouetur a primo motore: ſicut amans moueť a ſuo amato. ex quo infert iſte: ꝙ ſm mentẽ eius in celo eſt aliqua vis amatiua diſtincta a primo motore. ℂ Quarta eſt. Nã Cõmentator cõmẽto 4°. ponit in celo vltra motorem primũ qui mouet mõ finis. aliũ motorẽ cõiunctũ: quẽ vocat animã mouẽtẽ executiue. ℂ Quinta eſt. Nam cõmẽto 43°. dicit ꝙ ꝑfectio vniuſcuiuſq3 motoris cõſiſtit: in intelligẽdo primã cauſam. vbi expreſſe ponit vltra motorẽ executiuũ cauſam primã mouẽtẽ ꝑ modũ finis. ℂ Sexta eſt. Nã in tractatu de ſubã orbis ca°. 3°. dicit ſic. (Cũ Ar. cõſiderauit corpus celeſte eẽ eternũ: omne autẽ motũ moueť ꝑ virtutẽ exiſtẽtẽ in eo: inuenit ꝙ illa virtus erat anima nõ admixta materie abſtracta ⁊ ſeparata a corpore: ⁊ inuenit ipſam eſſe virtutẽ appetitiuã: ⁊ cũ conſiderauit de virtutib⁹ appetitiuis celeſtibus: inuenit eas moueri ad appetibile nobilius ipſis: ⁊ declaratum fuit ei: ꝙ cauſa continuationis motus nõ eſt ad quod moueť: ſed aliud appetibile: ⁊ quia continuatio non peruenit niſi ad illud appetibile tanq̃ a motore nõ moto: ſequiť ꝙ illud nõ eſt corpus: nec potentia in corpore. Declaratũ eſt autẽ in libro de anima: ꝙ omne tale eſt intelligẽtia abſtracta: corp⁹ ergo celeſte intelligit hãc intelligentiã: intelligere enim trãſmittit ipſum ad illud appetibile.) Hec Cõmentator. Unde patet ſua expreſſa intentio de duplici motore: vno quidẽ nobiliſſimo qui mouet vt appetibile ⁊ finis. ⁊ alio coniuncto quem vocat animam mouentem executiue. ℂ Idez etiã dicit apparere ex eoꝝ demonſtrationibus ⁊ rationib⁹. Prima eſt. Quia Commẽtator 2° celi cõmẽto 3° loquens de intelligentia mouente orbẽ: ponit ꝙ illa vnitur corpori celeſti: vt forma nãlis ⁊ ex illa ⁊ corpore celeſti conſtituitur tertiũ ens nãle quod vocatur celeſte animal: ſed manifeſtum eſt: ꝙ talis compoſitio repugnat primo principio. ergo dici nõ poteſt: ꝙ fuerit mens eius primum principium mouere celum

Utrum deus moueat p^m. celum executiue.

Prima auctoritas ꝙ deus moueat tantum per modũ finis

3. li. co. 54°.

Tex.co.36. 137. rꝫ celum executiue. Secūda eſt. Quia phus dicit. 12°. meᵗᵉ ꝙ primū principiū nullo modo moueat: vt appe- tēs: vel vt amans: ſed tm̄ vt appetibile ⁊ amatū: ⁊ aſſu- mit pro rōne: qr nihil mouet vt oīno non motum: niſi qđ mouet per modū finis ⁊ amati: finis enim mouet agentē ⁊ motorē executorē: primū autem principium nullo modo mouetur in aliquo genere motionis: quia nō eſſet primū: ergo nō mouet niſi ratiōe finis: ꝙ ſi at- tribuatur ſibi executio mot⁹: ratio philoſophi erit nul- la: per quam concludit: ꝙ moueat in ratione amati tā-

Utꝝ de⁹ amā- do ſe moue- at ſe. tum: vt motor non motus. ¶ Et ſi dicatur ꝙ mouet amando ſe: ⁊ ita mouetur a ſua voluntate. Non va- let: tum quia philoſophus nunꝙ̄ dixit ibi ꝙ moueat: ſicut amans ⁊ deſiderās: ſed ſolum dicit ꝙ mouet: vt appetibile ⁊ amatū. tum qr impoſſibile eſt: ꝙ primū principiū moueatur a ſua voluntate: nullo modo enim mouetᷣ nec ſm rem. nec ſm rōnem: nec a ſe nec ab alio: qr ratio motꝰ a fine eſt ratio imperfectionē importās. Hec ille. ¶ Cōtra vltimā ꝯcluſionē arguit ſic. Cōſtat enim ꝙ itellectus pōt fingere multa: que ſunt impoſſi- bilia eſſe: volūtas etiā poteſt eſſe ipoſſibilium: vt dicit

Cap.5. phs 3° ethicorum. vñ nō apparet ꝙ rōnes ille cōcludant Hec ille. ¶ Ad iſta reſpōdetᷣ: ⁊ primo ad ea: que cōtra tertiā cōcluſionē pmo loco iducta ſunt. Ad pmū gdem dr̄ ꝙ mā nō cauſat limitationē forme: niſi per modū cauſe mālis. Et cū dr̄ ꝙ cauſalitas māe cōſiſtit in re-

Quō mā for- mā limitet. cipere ⁊c. Dico ꝙ lꝫ mā nihil det forme: ſed etiā reci- piat: tamē forma eo ipſo ꝙ recipitᷣ in mā nō hꝫ omnem modū perfectionis ſibi poſſibilē ſm rationem ſue ſpēi: ſed limitatᷣ ad capacitatē ſuſceptibilis. ⁊ ita etiam dico de quolibet alio ſubiecto alicuius forme vel actus: vñ ſanctus doctor 3°. ſen. diſt. 13. q. 1. arti. 2°. queſtiūcula 2ª dicit. (Limitatᷣ aliquid ex capacitate recipiētis: vnde illud qđ nō habꝫ eſſe receptū in aliquo: ſed ſubſiſtens: nō hꝫ eſſe limitatū: ſed ifinitū ſicut deus. ſi autem eēt aliqua forma ſimplex ſubſiſtēs: que nō eſſet ſuū eē: ha- beret quidē finitatē quantū ad eſſe: qđ eſſet particula- tum ad formā illam: ſed illa forma nō eſſet limitata: qr nō eſſet in aliquo recepta: ſicut ſi intelligatᷣ calor per ſe exiſtēs: ⁊ ſm hoc etiam forme vniuerſales itellecte hn̄t infinitatē: ſed ſi forma talis ſit in aliquo de neceſſitate limitata eſt quātū ad eſſe debitū illi forme: nō ſolū quātū ad eſſe ſimplr̄: qr nō ſolum nō hꝫ plenitudinem eſſendi ſimplr̄: ſed nec totū eſſe qđ nature illius eſt poſ- ſibile: ſed poſſibile eſt ꝙ nō ſit limitata quātū ad rōnē illius forme: vt. ſ. habeat illā formā ſm omnē modum cōpletionis illius: vt nihil ſibi deſit de ptinētib⁹ ad pfe- ctionem forme illius: ⁊ hoc erit ſi ex parte recipientis nō ſit defectus: vel ex parte agētis.) Hec ille. ¶ Ex qui- bus pꝫ: ꝙ mām limitare formā nō eſt mām aliqd dare forme: ſed potius eā recipere ꝓportionaliter ſue capa- citati: ⁊ nō ſm totū eſſe debitū nature illius forme: vñ tale limitare nō dicit actionē: nec ꝓprie cauſalitatē: ſꝫ modū cauſalitatis ſubiectiue vel mālis. Eandē autem ſententiā ponit de veritate. q. 29. arti. 3°. Et 3° parte. q. 7.

Forma ſm eē reale ē maio- ris āplitudīs ꝙ̄ mā. arti. 11. ¶ Ad ſcđm negatᷣ minor. dico enim ꝙ forma ſm eſſe reale eſt maioris amplitudinis ꝙ̄ mā: quia forma quādoꝗ̄ poſſet habere perfecti⁹ eſſe: ſi eſſꝫ extra mām ꝙ̄ cum eſt in tali mā: ⁊ ideo probatio quā iſte adducit nō eſt ad ꝓpoſitū: licꝫ enim forma nō ſit illimitata quo ad eſſe: ſed limitata ꝙ̄diu eſt in mā: tamē ꝙ forma ha- beat tam impfectum eſſe ⁊ nō totū illud: qđ eſt ſibi debi- tum: hoc eſt ex defectu māe: que non pōt illud ſuſtine- re. ¶ Nec valet illud qđ dicit de ꝓportione: verū. n. ē ꝙ forma ꝓportionatur māe ſue ſic: ꝙ eſſe eius nō ex-

cedit eſſe ſubiecti: nō tamē ſic ꝓportiōatur: quin poſſꝫ habere nobilius eē ſine tali mā ꝙ̄ habeat in ea. ¶ Ad tertiū negatur minor: dico enī ꝙ alique forme poſſent fieri illimitate: nō qdem quo ad eſſentiā ſuam: nec quo ad eſſe ſimplr̄: ſed tamē aliqua albedo poſſet fieri illi- mitata quo ad rationē albedinis: ⁊ quo ad eſſe debitū ſue nature: puta ſi deus crearet albedinē ſubſiſtētē ex- tra omne ſubiectū. ſ. extra ſubſtantiam ⁊ quantitatē: qđ vtiꝗ̄ deus poſſet facere ſm ſcm̄ Tho. 8° quolibe. q. 4.

De⁹ albedi- nē ſine quo- cūꝗ̄ ſbo cre- are pōt. artic. 3° vbi ſic ait. (In albedine (inquit) ⁊ in qualibet alia corporali qualitate eſt duo cōſiderare. ſ. ipſam na- turā albedinis: per quā ſpēm ſortitur: ⁊ indiuiduatōem eius: ſm ꝙ eſt hec albedo ſenſibilis ab alia albedine di- ſtincta. poſſet ergo fieri diuino miraculo: vt nā albedis ſubſiſteret abſꝗ̄ oī quātitate: tm̄ illa albedo nō eēt: ſi- cut hec albedo ſenſibilis: ſed eēt quedam forma intelli- gibilis ad modū formarū ſeparatarū: quas poſuit pla- to: ſed ꝙ hec albedo ſenſibilis idiuidua eēt ſine quanti-

Nulla for⁹ ſenſibilis pōt īdiuidua eē ſine quātita- te: quantitas aūt id hꝫ ex ſe. tate: fieri nō poſſet: ꝙ̄uis quātitas idiuidua poteſt eſſe ſine ſubſtātia: qr quātitas non ſolum indiuiduatur ex ſubiecto: ſicut alia accidētia: ſꝫ etiā ex ſitu: qui eſt de ra- tione quātitatis dimēſiue: que eſt quātitas potētiā ha- bens ⁊c.) ¶ Et nota ibi multa de hoc: ⁊ quomodo de⁹ poſſet talē albedinē ponere in angelo: ⁊ quomodo eſſꝫ qualitas ſpūalis. Ex qbus ⁊ ex dictis ad primū pꝫ: quō albedo poſſet eē ifinita: ⁊ quomodo nō. Nec eſt ſimile de forma lapidis: aut alia forma ſubſtātiali. cuius eſſe eſt idiuiſibile: ⁊ ideo ſi ſepararetᷣ a mā: nō eſſꝫ infinita ſimilr̄ de anima. Illud autem qđ dicit iſte: ꝙ. ſ. forma nō aliter dr̄ illimitata: niſi qr poteſt intelligi vt cōis: falſum eſt. ¶ Ad 4ᵐ dicēdum ſicut ad 3ᵐ. Nullū enim accidēs eſt ibi ſine ſubō excepta ꝙ̄titate: vt ꝓbat ſcūs doctor 3ª parte. q. 77. arti. 2°. Et 4° ſen. diſt. 12. q. 1. arti. pmo. Et 4°. cōtra Gētiles cap. 63. Cū autem arguit de quātitate: que eſt ſeparata ab omni ſubiecto. Dico ꝙ il- la nō eſt ifinita ſm eſſe ſue nature debitum: qr diuina virtute manutenetᷣ in eſſe: qđ habebat in ſubſtātia pa- nis: vt ponit ſcūs Tho. tertia pte. q. 77. artic. p. ad 3ᵐ ⁊ 4ᵐ. poſſet tamē dari ſibi eſſe totum cōpetēs nature ſue ſpēi diuina virtute: ſicut ⁊ alijs accidētibus: ⁊ tunc eſſꝫ ifinita nō quidem ſm quantitatem numeralem vel di- menſiuam: ita ꝙ careret terminis in actu: ⁊ eſſet infini- ta priuatiue: ſed eſſet infinita negatiue quantum ad ra- tionem quātitatis continue linee pedalis: quia nihil p- tinens ad perfectionem illius ſpeciei ſibi deeſſet: ⁊ ſimi- liter quātum ad eſſe debitum ſue ſpeciei: nō tamē eēt extēſior ꝙ̄ mō ſit quātitas pedalis in bacculo. ¶ Et cum dicit: ꝙ impoſſibile eſt ꝙ aliquid tranſeat de infi- nito ad infinitum ⁊c. verū eſt loquēdo de infinito quan- tum ad eſſe ſimpliciter: vel de infinito priuatiue: aliter negatur. ¶ Ad ea que ſecundo loco inducit contra eā-

Diſt. 8. q. 1. dem cōcluſionem alias dictū eſt latius. ¶ Ad primū dico: ꝙ cum dicim⁹ deum eē ipſum eē ſubſiſtēs: per ly eſſe intelligimus eſſe: quod eſt actus eſſentie: nō autem eſſe quod ſignificat eſſentiam decem generum: nec eē quod ſignificat compoſitionem: aut affirmationem in- tellectus: vel veritatē propoſitionis: quod quidem eſſe eſt in anima nō in re: ⁊ iſtam diſtinctionem ponit ſan- ctus doctor 3°. ſen. diſ. 6. q. 2. art. 2°. Et p ſen. diſt. 33. q. 1. arti. p. ad primū. ¶ Sciēdū tm̄ ꝙ arguēs falſe itelligit ſanctū doctorē in hoc paſſu: cum enim dicit ſcūs Tho. ꝙ deus eſt ipſum eē ſubſiſtēs: non intelligit ꝙ ſit quid ſeparatum eo modo: quo vniuerſale eſt ſeparatum a ſin- gularibus ſm fantaſiam platonicorū: ſed eo modo quo forma ſeparatur a mā ⁊ omni ſuſceptiuo: ⁊ ideo cum

Iſte infert: q̄ diuinū eſſe ſit eſſe oīs rei: vel affirmatio:
aut q̄dditas oīs rei: decipitur nō diſtinguēs de duplici
abſtractiōe: aut ſeparatione. ¶ Ad ſcdm dico: q̄ cū dr̄
lapis eſt. ly eſſe pōt deſignare actū eēndi lapidis: ⁊ tūc
falſum eſt q̄ eque ſit idē lapidi: ſicut eſſe quo deus eſt
qd̄ ſignatur cum dr̄. deus eſt. ſcdo pōt deſignare verita
tem ꝓpoſitionis formate de lapide: ⁊ ſic falſum eſt: q̄
illud eſſe ſit deus vel lapis. 3°. pōt deſignare eſſentiā
lapidis: ⁊ tūc negatur q̄ illud eſſe ſubſiſtat. nā eſſentia
lapidis nō ꝓprie ſubſiſtit: ſed eius ſuppoſitū: vt pꝫ pria
parte. q. 29. arti. p̊ ⁊ 2°. ⁊ ideo argumētū nō valꝫ. ¶ Ad
ea que cōtra q̄ntā ꝯcluſionē iducunt̄ dicēdū: q̄ dedu
ctio: quā facit ſanct⁹ Tho. bona eſt: ⁊ diuine potētie in
ſolubiliter īfinitatē ꝓbat. Cū aūt arguēs illā ꝓbatio
nem calūniat̄. dico q̄ deficit in trib⁹. Primo q̄dē: q̄
exemplū vel inſtātia: quā facit nulla eſt: nos enim loq̄
mur de potētia actiua ꝯparādo duas potētias actiuas
adinuicē: quaꝝ. ſ. vna nō poteſt agere niſi ſuppoſita po
tentia paſſiua. alia vero nihil ſupponit. Iſte aūt in exē
plo de viſu ⁊ auditu: que attingunt colorē ⁊ ſonum: ar
guit de potētijs paſſiuis. ſ. ſenſitiuis: ideo īſtātia eſt ſa
tis ꝓterua. 2° q̄ falſum eſt q̄ color ⁊ ſonus oīno ipro
portionaliter diſtēt: aut ſe excedāt: cū ſint ſpēs eiuſdē
generis. Sciēdū enim q̄ aliqua diſtare ꝓportionalr̄
pōt duplr̄ itelligi: ⁊ ꝯñr aliqua iproportionaliter diſta
re duplr̄ dicet̄. Primo q̄dē modo aliqua ꝓportiona
liter diſtant: que habēt determinatā habitudinē ⁊ cer
tam ſm̄ ſuas quātitates adinuicē: ita q̄ quantitas vni⁹
exceditur a quātitate alterius in cōſimili exceſſu: quo
vnus numerus aliū excedit ſm̄ q̄ duplū triplū q̄dru
plum ſunt ſpēs ꝓportionis. Alio modo: q̄ lꝫ nō ſe tali
ter excedāt qualiter numerus excedit numerū: tamen
inter quātitates eoꝝ eſt aliqua: quecunq̄ fuerit realis
habitudo: vtpote q̄ vnū ſe hꝫ ad aliud vt actus ad po
tentiā: vel vt perfecti⁹ eo: vel vt oppoſitū: vel vt effect⁹
ad cauſam: vel hm̄ōi: ⁊ talis ꝓportio ſcdo modo dicta eſt
īter quecūq̄ duo entia vniuerſi: q̄ datis q̄buſcūq̄ re
bus: vel vna eſt ab alia: vel ambo ab aliquo tertio: ⁊ cō
ſequēter erit ibi vel equalitas vel diſtātia ꝓportiona
lis: que ergo diſtāt iproportionalr̄ per oppoſitū ad pri
mū modū: nō opꝫ q̄ īfinite diſtent. nā aliqua duo fi
nita illo modo improportionaliter diſtant: ſicut dicit
arguēs de coſta quadrati: ⁊ ei⁹ diametro: cū tamē nun
q̄ inter duo finita ſit diſtātia īfinita: vt ponit ſanctus
Tho. 3° cōtra Gētiles cap. 57. Illa vero que diſtāt im
proportionaliter primo modo ⁊ ſcdo modo infinite di
ſtant: talia enim nō poſſunt eſſe niſi ens ⁊ puꝝ nō ens.
nā talia iproportionabili⁹ diſtant q̄ deus ⁊ creatura: ſi
cut ponit ſanct⁹ doctor de potētia dei. q. 3. arti. 4°. vt al
legaui in ꝓbatiōe q̄nte ꝯcluſionis: deus enī ⁊ creatura: lꝫ
diſtēt iproportionaliter per oppoſitū ad primū modū
nō tamē iproportionaliter per oppoſitū ad ſcdm: imo i
ter deū ⁊ creaturā eſt ꝓportio ſcdo mō dicta: vt ponit
ſcūs Tho. p̊ma parte. q. 12. arti. p̊. ad 4m. Et 4°. ſen. diſ.
49. q. 2. arti. p̊. Et de veritate. q. 8. art. p̊. ad 7m vbi dicit
(Proportio ꝓprie loquendo nihil aliud eſt q̄ habitu
do quātitatis ad q̄titatē: ſicut cū vna eſt equalis alte
ri vel tripla: ⁊ exinde trāſlatum eſt nomē ꝓportiōis: vt
habitudo cuiuſlibet rei ad alterā rem ꝓportio nomiet̄
ſicut mā dr̄ eſſe ꝓportionata forme: inquātū ſe habet
ad formā vt mā eius: nō ꝯſiderata aliqua habitudine
quantitatis: ⁊ ſilr̄ itellectus creatus eſt ꝓportionat⁹ ad
videndā diuinā eſſentiā: inquātū ſe hꝫ ad eā quodā
modo: vt ad intelligibilē formā.) Hec ille. ¶ Si ergo
dei ad creaturā eſt qualiſcūq̄ ꝓportio: que tamē īfini
te diſtant: multo plus diſtabūt in infinitū aliqua potē
tia ⁊ nulla potētia: inter que nullo modo eſt habitudo
aliqua realis. Ex quo pꝫ: q̄ inſtātia de colore ⁊ ſono ad
ꝓpoſitū nulla eſt. 3° deficit arguens in hoc qd̄ dicit: q̄
quāto res min⁹ eſt in potētia tāto facilius ⁊ a miori vir
tute reducat̄ ad actū: pꝫ enī q̄ difficilius eſſet facere
ſtatuā ex aqua q̄ ex cupro vel ligno: ⁊ tñ ſtatua dr̄ eſſe
in potētia in cupro: non aūt in aqua: q̄ ſm̄ phm̄ 9°. me
taphyſice. ⁊ recitat̄ a ſancto doctore p̊mo ſen. diſt. 42. Tex. cō. 2.
q. 2. arti. 3°. ⁊ de potētia dei. q. 1. arti. 4°. Hoc ſolū dici
mus eſſe in potētia in aliquo: qd̄ pōt educi vno moto
re de illo. Unde arguēs videt̄ fuiſſe deceptus credēdo
q̄ illud ſit magis in potētia: qd̄ eſt in potētia remotio
ri: vtpote q̄ ſtatua magis ſit in potētia in aqua q̄ in cu
pro: ⁊ vitulus magis in trunco q̄ in mēſtruo vace: qd̄
pꝫ. nam illud dicit eſſe magis in potētia: qd̄ difficilius
eſt educibile: ⁊ maiorē virtutē requirit actiuā. illud au
tem qd̄ minus eſt in potētia: facilius ⁊ a minori virtu
te: vbi pꝫ deceptio: licꝫ enī difficilius ſit ex aqua ime
diate ꝓducere vitulū: hoc nō eſt ideo: q̄ in aqua vitu
lus magis eſt in potētia: ſed q̄ potētia materie magis
eſt ab actu forme vituli elongata: cū eſt ſub forma aq̄
q̄ dum eſt ſub forma mēſtrui: cū igitur illud q̄ nul
lo mō eſt in potētia: nec ꝓpinq̄. nec remota ſit ab actu
remotiſſimū: maior virtus in infinitū requiritur ad ꝓ
ducendū aliquid de nihil: ⁊ ex nulla potentia: q̄ ad ꝓ
ducēdū vitulū de trūco. ¶ Ad argumēta cōtra ſextā
cōcluſionē p̊mo iducta dr̄. Et ad p̊m q̄dē dico: q̄ maior
eſt falſa per accidēs: nec illā ponit ſanct⁹ Tho. ita cru
de: ſꝫ addit aliq̄d: dicit enī q̄ virt⁹ finita manēs incor
ruptibilis pōt eſſe cā motus īfiniti: nō tñ p̊ma: ſed tāq̄
ab alio mota: ⁊ ideo ex illa maxima nō pōt cōcludi: q̄
ad motū celi īfinitū per accidēs: ſufficiat motor finite
virtutis: ſed potius q̄ ad hoc opꝫ ponere aliquē moto
rē: q̄ ſit cauſa p̊ma p̊mi motus ⁊ ei⁹ īfinitatis: ⁊ ꝯñr
q̄ ſit per ſe cā īfinitatis: que per ſe eſt in motu nō ſolū
illius: que ibi eſt ꝑ accidēs: ac ꝑ hoc q̄ ſit īfinite v̄tutis.
illa aūt infinita virt⁹ poterit ꝑpetuo mouere aliquā po
tentiā finitā īcorruptibilē: que ſic ab illa p̊ma virtute i
finita mota poterit perpetuare motū infinitū per ac
cidens. ¶ Ad ſecūdū dico: q̄ arguēs potius deceptus
fuit ex nō intellectu argumēti: q̄ ſanct⁹ doctor ꝑ equo
cationē: nō enim ſanctus Tho. ſolū oſtendit q̄ infini
tum mobile exigit infinitā virtutē i mouente: ſed etiā
q̄ motus infinitus per reiterationē circulationū: poſi
to q̄ mobile ſit finitū exigit īfinitū vigorē in mouēte
qd̄ eſt prima ⁊ per ſe cauſa qualiſcunq̄ infinitatis mo
tus p̊mi: vt pꝫ in demōſtrationis explanatione. ¶ Ad
tertiū negatur minor: dico enim q̄ ſanctus Tho. hoc
nō ponit ita crude. ſ. q̄ nulla īfinitas motus ⁊c̄. ſed in
telligit q̄ īfinitas motus vel tēporis: que eſt ꝑ accidēs
nō exigit in motore ꝓximo virtutē infinitā: ſed in mo
tore primo eā exigit: q̄ ille nō poteſt eſſe prima: ⁊ ꝑ ſe
cauſa īfinitatis per accidens: q̄ effectus per accidens
nō reducitur directe ad cauſā per ſe directe ⁊ determi
nate. ſed effectus per ſe: ⁊ ideo ſi primus motor eſt pri
ma ⁊ per ſe cauſa infinitatis motus vel temporis: vtiq̄
q̄ ipſe erit p̊ma: ⁊ per ſe cauſa īfinitatis: que eſt in mo
tu vel tēpore per ſe: ⁊ hoc vel cauſa in actu: aut in potē
tia: ⁊ iſte ſenſus patet ex verbis ei⁹ ſupradictis. ¶ Ad
argumēta ſcdo inducta dicitur: q̄ ſolum concludunt:
q̄ de mente Ar. fuit celum moueri a duobus motori
bus. ſ. a primo motore: ⁊ ab alio ꝓximo: ⁊ hoc cōcedit
ſcūs Tho. 12° metaph. exponēdo Ariſto. vñ in illo ca°.
(Mouet aūt ſicut appetibile ⁊c̄. dicit ſic.) Dr̄ aūt p̊m
mouēs

Aliq̄ ꝓportionaliter diſtāt dupliciter.

Primū celū a duobus motorib⁹ mouetur.
Tex. 6.
Tex. cō. 36.

mouẽs mouere: ſicut appetibile: qꝛ motus celi eſt propter ipſuꝫ: ſicut ꝓpter finẽ cauſatus ab aliquo mouẽte ꝓximo: vt aſſimilet ſe ei in cauſando ⁊ educat in actũ illud qḋ eſt in virtute in primo motore: nõ eniꝫ eſt motus celi ꝓpter generationẽ ⁊ corruptionẽ inferiorũ: ſicut ꝓpter finẽ: cũ finis ſit nobilior eo qḋ eſt ad finẽ.) Hec ſunt verba ſancti doctoris. ¶ Ex qb⁹ pꝫ qḋ dixi: ſꝫ ex illis nõ habeẜ qn p̄mus motor moueat celuꝫ motu locali: ⁊ nõ ſolũ moueat appetitũ aĩe celeſtis. Nã Ariſ. in illo cap. expreſſe ponit: ꝙ p̄mus motor mouet localiter primũ mobile. dicit eniꝫ ſic. (Qm̄ aũt eſt qdẽ mouens ipm̄ imobile ens actu: ens hoc nõ cõtingit aliter ſe habere nullatenꝰ: latio. n. p̄ma mutationuꝫ. hꝰ aũt q̃ eſt circulatio. hac aũt mouet.) Hec ille. ¶ Et nõ ſoluꝫ ponit hꝰ: imo ꝙ ſuba celi. ⁊ oĩa entia nãlia dependẽt ex illo p̄mo motore. ait eni poſt illa ṽba. (Ex tali igiẜ p̄ncipio depẽdet celuꝫ ⁊ nã.) ¶ Eadẽ etiaꝫ eſt ſnia Auer. vnde in 10°. metaph. cõmẽto. 7°. ponit hec verba. (Qḋ qḋ eſt principiũ eſſe: eſt p̄ncipiũ numeri: ⁊ qḋ eſt principiũ numeri: eſt principiũ eſſendi: idẽꝫ enim ↄtingit ex hoc in oĩbus generibꝰ: ⁊ cũ hoc ita ſit ſicut apparet per inductionẽ. manifeſtũ eſt: ꝙ vnũ in quolibꝫ genere eſt aliqua nã ſimplr: que qꝛ eſt principiũ eſſe illoꝝ eiuſdẽ generis: eſt principiũ numeri eaꝝ: ⁊ intẽdit ꝙ cum hic incertũ fuerit: qḋ declaratũ eſt in phyſicis: hoc eſt primuꝫ motorẽ eternũ ⁊ abſolutũ ab omni mã. Et declarauit poſt hoc ꝙ nõ ſolũmodo eſt principiũ tanq̃ꝫ motor: ſed tãq̃ꝫ forma ⁊ finis: ⁊ declarabiẜ ꝙ illud ẽ vnuꝫ de quo fuit declaratũ hic: qḋ eſt principiũ ſubſtãtie: ſic eſt declaratũ: ꝙ eſt actus vltimus: cui nõ admiſcetur potẽtia oĩno.) Hec ille. ¶ Item 12° metaph. ↄmẽ. 36°. dicit ſic. (Dictũ eſt 8° phyſicoꝝ: ꝙ mouẽs celeſtia corpora in nulla exiſtit mã: ⁊ ꝙ eſt forma abſtracta: q̃ꝓpter mouẽs hoc eſt itellectus: qꝛ agit motũ ⁊ eſt motꝰ finis: hec aũt differũt a nobis. ſ. illud qḋ mouet nos in loco ſm ꝙ eſt agẽs: ⁊ qḋ mouet nos ſꝫ ꝙ eſt finis: ⁊ hꝫ duplex eſſe. ſ. in aĩa ⁊ extra animã: qḋ autẽ eſt in aĩa: eſt agẽs motũ: ſm vero ꝙ eſt extra animã eſt mouẽs ſm finẽ. verbi grã. qm̄ balneũ duplicẽ hꝫ formã in anima ⁊ extra aĩam: ⁊ ꝓpter illã formaꝫ: que eſt in anima: deſideramus illam formã: que eſt extra animam. igitur forma balnei inquãtum eſt in aĩa: eſt agens deſideriuꝫ ⁊ motũ: ſm aũt ꝙ eſt extra aĩam: eſt finis motus non agens. ſi igiẜ forma balnei non eſſet in mã: tunc moueret ſm agẽs: ⁊ ſm finẽ ſine aliqua motione ↄtingẽte: ⁊ ſic eſt intelligẽdũ de mouẽtibꝰ corpora celeſtia. ſm igitur ꝙ iſta itellecta ſunt forme eoꝝ: ſunt mouentia ſm agens: ſm aũt ꝙ ſunt eoꝝ fines: mouentur ab illis ſꝫ deſideriũ.) Hec ille. ¶ Et cõmẽto. 38. idẽ ponit oſtendens quomodo ille primus motor eſt forma ſubſtãtialis ſimplex imãlis: ⁊ ideo intelligiẜ a celo nõ per ſpẽm impreſſaꝫ ſuo itellectui: ſed illemet eſt forma itellectꝰ celi: ⁊ diligiẜ a celo ꝓpter ſe: p̄ncipia aũt alioꝝ motuũ preter motũ diuturnũ dilecta ſunt ꝓpter aliud: vñ vꝫ ponere in quolibet celo vnã intelligẽtiaꝫ ſeparatã: ⁊ cũ hoc animã: que eſt forma orbis. Et ibidẽ ponit quomodo deus mediãte primo celo mouet alios: ⁊ mediãtibꝰ celis mouet iferiora: ↄcludẽs ꝙ deus videtur habere curã circa oĩa entia quantũ ad ſpẽm. Et cõmẽto. 39. dicit. (Intelligẽtie abſtracte debẽt eſſe principiũ coruꝫ: quoꝝ ſunt p̄ncipia: duobꝰ modis. ſm ꝙ ſunt mouẽtes: ⁊ ſm ꝙ ſunt finis.) Hec ille. ¶ Cõmẽto ẽt 42° dicit ſic. (Quia primus motor hꝫ potentiã infinitaꝫ: mouet eniꝫ in tẽpore ifinito: ⁊ neceſſe eſt vt habẽs potẽtiã infinitã nõ ſit corpus: ipoſſe eni eſt vt ſit corpus: aut potẽtia in corpore. In fine etiam dicit: ꝙ ille motor celi eſt cauſa permanẽtie celi. Et 6° metaphiſice cõmẽto ſcḋo dicit: ꝙ corpora celeſtia ſunt cauſa iſtoꝝ ſenſibilium: ⁊ ſubſtãtia abſtracta eſt cã corporũ celeſtiuꝫ. ¶ Iteꝫ 2° metaphiſice cõmẽto 4° ponit hec verba. (Oporꝫ vt maxime verũ ſit illud: qḋ eſt cauſa veritatis in quolꝫ genere entiuꝫ: ⁊ magis digna in eſſe ⁊ in veritate q̃ꝫ illa: quorũ eſt cauſa in illo genere: manifeſtũ eſt ꝙ ſi eſt hic prima cauſa omniũ entiũ: vt declaratũ eſt in ſcientia naturaliũ: ꝙ illa cauſa eſt magis digna ⁊ in eẽ ⁊ in veritate q̃ꝫ oĩa entia: oĩa enim entia nõ acquirunt eſſe ⁊ veritatẽ niſi ab iſta cauſa. eſt igitur tm̃ ens ⁊ veruꝫ ꝑ ſe: ⁊ veruꝫ per ſe: ⁊ oĩa entia ⁊ vera per eſſe ⁊ veritatem eius.) Hec ille. ¶ Patet igitur ex dictis Auerro. ⁊ Ariſtotelis eos nõ illã mẽtẽ habuiſſe: quã iponit eis arguens: qui tria falſa eis imponit. Primuꝫ eſt ꝙ deus ſeu primũ principiũ nullo modo agat motũ circulareꝫ celi: ſed tantũ cauſet deſideriũ ad mouendũ in itellectu cõiuncto corpori celeſti ſeu anime celeſti: ⁊ hoc iponit eis diſt. 42. q. i. ¶ Secũdũ eſt qḋ iponit eis. ſ. ꝙ phꝰus ⁊ Cõmẽtator nõ poſuerũt primũ motorẽ infinituꝫ in virtute: ſed ſolũ entitatiue: ⁊ valore: ⁊ multitudine pfectionum. hoc imponit eis diſt. 43. ⁊ 44. ¶ Tertiũ eſt ꝙ deus nõ eſt cauſa effectiua ſubſtãtie celi aut diſpoſitionuꝫ eius. hoc iponit eis diſt. 3°. Qḋ aũt falſe iponat iſtud vltimũ: ſpãliter pꝫ. nam in tractatu de ſubſtãtia orbis ſic dicit Cõmẽtator. (Agentiuꝫ quoddã eſt priꝰ acto duratiõe ⁊ tẽpore: ⁊ ſic eſt deus omni eo: qḋ fit in ſpera mundi reſpectu iſtius agentis: quoddam autẽ eſt prius naturaliter: ſed nõ tẽpore: ſicut eſt orbis ⁊ orbeꝫ agens ⁊ faciens ipſum in diſpoſitionibus neceſſarijs: ⁊ cum hoc ignorauerint quidaꝫ: dixerũt Ariſtotelẽ non dicere cauſaꝫ agẽtem celum: ſed cãm mouentẽ tantũ. ⁊ hoc eſt valde abſurdũ: nõ enim dubium quin agens ipſum ſit mouẽs ipſuꝫ: qḋ enim mouet ipſum motu ꝓprio largitur ei primo diſpoſitiones: per quas acquirit motuꝫ.) Hec ille. ¶ Sed ad hoc dicit Aureo. diſtin. 3° ꝙ nõ loqtur Cõmẽtator de agere effectiue: ſed de agere determinatiue inquãtuꝫ deus vel intelligẽtia eſt rõ ꝙ celum ſit in diſpoſitionibꝰ ſuis: nũq̃ꝫ autem dicit ꝙ largiatur ſibi entitatẽ: nec ꝙ efficiat eſſe eius. ¶ Sed pꝫ ꝙ iſta excuſatio: imo potius accuſatio nulla eſt. Tũ qꝛ Cõmentator loquitur ibi de agere: quo agitur id qḋ fit: vt pꝫ: qꝛ exemplificat de illis: que fiũt infra ſperaꝫ generabiliũ: tale autẽ agere eſt dare eſſe. Tũ quia 2° metaphiſice cõmẽto 4°. ponit ꝙ oĩa ſunt entia per eẽ prime cauſe: ita ꝙ eſt eis cauſa eſſendi: vt dictum fuit: patꝫ igitur illa argumẽta: que cõtra ſextã cõcluſioneꝫ vltimo iducta ſunt ex falſo itellectu Cõmẽtato. ⁊ Ari. ꝓceſſiſſe. ¶ Ad ea vero que cõtra 7ᵃᵐ cõcluſionẽ iducta ſunt dr̄: ꝙ lꝫ itellectus poſſit intelligere multa: que nõ ſunt: ⁊ volũtas velle impoſſibilia: tamẽ obiectũ intellectus nõ poteſt excedere in ambitu ſue cõmunitatis virtuteꝫ cauſe inſtituentis intellectum: quãtum ad eminenteꝫ cõtinentiam: ita ꝙ ens intelligibile ſine implicatione cõtradictionis cõtineat aliquid maius deo: ſic auteꝫ eſſet: ſi deus eſſet finitus: quia omni finito intellectus noſter poteſt concipere maius ſine implicatione cõtradictionis: ⁊ cõſequẽter intelligeret aliquid: in quo ſaluatur ratio ſui obiecti maius deo: qḋ non eſt poſſibile: ⁊ ſic pꝫ: ꝙ ad hoc ꝙ itellectus noſter poſſit infinita concipere ſucceſſiue: quoꝝ ſcḋꝫ erit maius p̄mo: ſignũ eſt: ꝙ cauſa itellectũ inſtituẽs eſt ifinita: vñ ſanctus Tho. p̄ma pte. q. 7. ar. 2° ad 2ᵐ dicit. (Et hoc ipſuꝫ ꝙ virtus itellectus extendit ſe quodãmodo ad infini

Tex. co. 38.

8° phy. com. 86.

Com. c. 36.

Deus eſt effectiua celi ſm cõmẽ.

tum: pcedit ex hoc q̄ itellectus eſt forma nõ in mã: ſʒ vel totaliter ſeparata: ſicut ſunt ſubſtãtie angelorũ: vl̃ ad minus potẽtia intellectiua nõ eſt actus alicuius organi in aĩa intellectiua corpori coniuncta.) Hec ille. ¶ Et ſic vlterius ſuppleat: q̄ deus qui eſt cã itellect⁹ eſt multo plus ſeparatus ac ꝯñter infinitus. Et hec de primo articulo dicta ſufficiant.

fortitudinē virtutis formatiue in ſemine filius aſſimilatur patri: nō ſolū in nā ſpeciei: ſʒ ēt in multis accidētibus: e conuerſo vero ꝓpter debilitatem predicte virtutis deficit predicta aſſimilatio vt dicit̃ in libro de animalibus: voluntas autem diuina eſt agens fortiſſimum: vnde oportet eius effectum ei omnibus modis aſſimilari: non ſolum vt fiat illud: quod deus vult fieri qd̕ eſt quaſi aſſimilari ſm̄ rationem ſpeciei: ſed vt fiat illo mō: quo deus vult illud fieri: vt neceſſario vel contingenter: cito vel tarde: qd̕ eſt quaſi quedam aſſimilatio ſm̄ accidētia. Et hūc quidē modū rebus diuina voluntas prefigit ex ordine ſue ſapiētie: ſm̄ aūt ꝙ diſponit aliquas res ſic: vel ſic fieri: adaptat eis cauſas illo mō: quo diſponit: quem tn̄ modum poſſet rebus inducere etiā illis cauſis nō mediantibus: ⁊ ſic nō dicim⁹ ꝙ aliqui diuinoꝝ effectuū ſint cōtingentes ſolūmodo ꝓpter cōtingentiā cauſaꝝ ſecūdaꝝ: ſed magis ꝓpter diſpoſitionem diuine voluntatis: que talem ordinē rebus prouidit.) Hec ille. ¶ Itē eadē .q. arti. 4°. ad 15m. dicit. (Volūtas ad volitū habet duplicē reſpectū. pm quidem hʒ ad ipſum inquātū eſt volitū. 2m vo habet ad illud inquātum eſt ꝓducendū in actu ꝑ voluntatē: ⁊ hic quidē reſpectus ꝓſupponit pmū: p eniʒ intelligim⁹ voluntatē velle aliqd: deinde ex hoc ipſo ꝙ vult illud intelligimus: ꝙ ꝓducit in rerū nā: ſi volūtas ſit efficax. Primus ḡ reſpectus diuine voluntatis ad volitū nō eſt neceſſarius abſolute ꝓp improportionē voliti ad finē qui eſt rō volēdi: vt dictū eſt: vn̄ nō eſt neceſſariū abſolute ꝙ velit illō: ſʒ ſecūdus reſpect⁹ eſt neceſſarius ꝓp efficaciā diuine volūtatis: ⁊ exinde eſt ꝙ de neceſſitate ſequit̃: ſi deus vult aliqd volūtate bn̄placiti: ꝙ illō fiat.) Hec ille. ¶ Eaſdē ꝓbationes ponit pma pte .q. 19. arti. 8°. Itē ſup 6°. metaphiſice in fine illius capli. (Qd̕ aūt ſint pncipia ⁊ cāe) ſic ait. (Ex eadē cā dependet effectus: ⁊ oīa que ſunt ꝑ ſe accidētia illius effectus ſicut eni hō eſt a nā: ita ⁊ oīa eius ꝑ ſe accidentia: vt riſibile: ⁊ mentis diſcipline ſuſceptibile: ſi aūt aliq̄ alia cā nō faciat hoīeʒ ſimplr: ſed hoīem talē: nō erit eius conſtituere ea: que ſunt ꝑ ſe accidētia hoīs: ſʒ vti eis: politicus eni q faciat hoīem ciuilē: nō facit eū mentis diſcipline ſuſceptibilem: ſʒ hac eius ꝓprietate vtitur ad h̄ ꝙ hō fiat ciuilis: ſicut aūt dictū eſt: ens inquātū eſt ens hʒ cāʒ ipſuʒ deū: vn̄ ſicut diuine ꝓuidētie ſubditur ipm ens: ita ⁊ oīa accidentia entis inquātū eſt ens: inter q̄ ſūt neceſſariū ⁊ cōtingēs. Ad diuinā igit̃ ꝓuidētiā ptinet nō ſolū: ꝙ faciat h̄ ens: ſʒ vt det ꝯtingētiā vl̕ neceſſitateʒ: ⁊ ſʒ ꝙ vnicuiqʒ ꝯtingētiā vel neceſſitatē dare voluit: ꝑparauit ei cauſas medias: ex qb⁹ de neceſſitate ſequatur vel cōtingēter. Inuenitur igit̃ vnuſqſqʒ effectus ſʒ ꝙ eſt ſub ordine ꝓuidētie neceſſitatē habere: ex quo cōtingit ꝙ hec ꝯditionalis eſt vera: ſi aliqd a deo ꝓuiſuʒ eſt: hoc erit: ſʒ aūt ꝙ effectus aliqs ꝯſiderat̃ ſub ordie cāe ꝓxime: ſic nō oīs effectus eſt neceſſarius: ſʒ qdā neceſſarius: ⁊ qdā cōtingēs ſm̄ analogiā ſue cāe: effectus aūt in ſuis naturis aſſimilant̃ cauſis ꝓximis: nō autē remotis: ad quaꝝ ꝯditionē ꝑtingere nō pn̄t. Sic igitur pʒ: ꝙ cū de diuīa ꝓuidētia loquimur: nō eſt dicēdū ſolū: hoc eſt ꝓuiſuʒ a deo vt ſit: ſed hoc eſt ꝓuiſuʒ a deo: vt ſit ꝯtingenter: vel vt ſit neceſſario: vn̄ nō ſeqt̃ ſʒ rōnē Ariſto. hic inductā: ꝙ ex quo diuina ꝓuidētia eſt poſita: ꝙ oēs effectus ſint neceſſarij: ſed ꝙ neceſſarium eſt effectus euenire cōtingenter vel neceſſario: qd̕ qdē eſt ſingulare in hac cā: ſcʒ diuina ꝓuidentia: relique eniʒ cauſe nō cōſtituūt legē neceſſitatis ⁊ cōtingētie: ſed ea cōſtituta a ſupiori cā vtuntur: vn̄ cauſalitati cuiuſlibʒ cauſe alterius ſolū ſubdit̃ ꝙ effectus ſit: ꝙ aūt ſit neceſſario vel cōtingenter dependet ex cā altiori que eſt cā entis inquātū eſt ens: a quo ordo ꝯtingentie ⁊ neceſſitatis in rebus ꝓuenit.) Hec ille. ¶ Et ſicut dicit de ꝓuidentia: ita dicendū eſt de volūtate diuina: cū ꝓuidētia volūtatē includat: vt alias diffuſius dicebat̃. Nec mirari dʒ qs de eo: qd̕ dicit: ꝙ qlibʒ effect⁹ ſʒ ꝙ ſubeſt diuine ꝓuidētie eſt neceſſarius: ꝑ hoc eni nō aliud intendit: niſi neceſſitatē ſuppoſitionis: que explicatur per conditionalē determinatā ꝑ iſtuʒ modū: q eſt poſſibilis ſic dicendo: neceſſe eſt ꝙ ſi hoc eſt a deo ꝓuiſuʒ: hoc eueniat: ⁊ nō neceſſitatē abſolutā. que explicat̃ ꝑ cathegoricā determinatā mō neceſſitatis: ſic dicēdo: hoc ꝓuiſum neceſſario eueniet: ⁊ ꝙ iſta ſit mens eius pʒ per ea que allegata de pmo ꝯtra gentiles ca°. 85°. ¶ Sed cōtra pdicta arguit multiplr Aureo. Et p cōtra 2m ptē pme ꝯnis ⁊ pmā 2e ꝓbādo: ꝙ deus nulluʒ velle intrinſecū habeat elicitiuū: aut ꝓductiuū creaturaꝝ: aut cadens ꝓprie ſuper eas. arguit igit̃ ſic. Illud qd̕ neceſſario ſequit̃ ex aliquo neceſſario ſimplr ⁊ abſolute: illud tale eſt ſimplr neceſſariū ⁊ abſolute: ſʒ manifeſtuʒ eſt ꝙ deo volente ꝓductionē mundi: aut aliqd aliud ꝓ aliq̄ inſtanti de neceſſitate ꝓductio ſequit̃ in ipſo inſtanti: alioqn ſtante voluntate poſſet nō ſequi ꝓductio ⁊ ꝑ ꝯñs nō eēt efficax volūtas: ⁊ poſſet fruſtrari: qd̕ oio deo repugnat: conſtat aūt ꝙ ſi tale velle intrinſecum ponat̃ in deo: illud eſt neceſſariū ſimplr ⁊ abſolute: cū ſit ipſemet deus: qcqd eni eſt deus de neceſſitate abſoluta eſt deus. ḡ ꝓductio mundi ſecuta eſt de neceſſitate abſoluta ex aliquo neceſſario abſolute ⁊ ſimplr: ⁊ ꝑ ꝯñs ipſa eſt neceſſaria: ⁊ de nec̄itate de⁹ ꝓduxit qcqd imediate ꝓduxit: vn̄ in hoc fundat̃ demōſtratio Auicenne: ⁊ ſuoꝝ ſequaciū: q poſuerūt ꝙ qcqd deus ꝓduxit de neceſſitate ꝓduxit. ¶ Sed forte dicet̃: ꝙ licʒ velle diuinū ſit neceſſariū in ſe ⁊ abſolute: nō tn̄ ꝓut tranſit ſup ꝓductionē mundi: aut aliquā creaturā: vn̄ trāſitus nō eſt neceſſari⁹ abſolute: ſʒ oio ꝯtingens: eſt tn̄ neceſſarius ex ſuppoſitione: ex quo determinauit ſe deus ad hoc volēdū ab eterno. ¶ Si ita dicat̃. Nō valet: talis enim tranſitus nō pōt eſſe cōtingēs niſi fundamentū: vel termin⁹ ſit cōtingens: ſʒ manifeſtū eſt ꝙ termin⁹ nō eſt ꝯtingēs ſub rōne q̄ termin⁹: q2 ſub illa rōne nullum eſſe hʒ in ſe: ſʒ oīs creatura ſit ꝯtingēs reſpectu eē qd̕ hʒ in ſeipſa: nihilominus q2 an̄q̄ ſit: trāſit velle diuinū ſuper ipſam: vult enim deus ꝙ res: q̄ nondūʒ eſt fiat ſm̄ iſtum modū dicendi. Vn̄ an̄q̄ mundus fieret ſm̄ iſtos: veꝝ erat dicere: ꝙ de⁹ volebat mūdū fieri in tali inſtanti. cū igit̃ ꝓ illo inſtanti mūdus: aut ꝓductio eius nullū eſſe hēret in ſe: nec neceſſariū: nec cōtingens nō pōt dici: ꝙ inde oriat̃ neceſſitas vel ꝯtingentia illi⁹ tranſit⁹ diuine volitionis ſup ipm. habebat ḡ neceſſario ab ipſo fundamēto: ⁊ cū ipſū velle diuinū intrinſece nō ſit cōtingens: imo neceſſariū ⁊ imutabile: opʒ ꝙ ille tranſitus ſit ſimplr neceſſari⁹. Et poſſet rō ꝑ oppoſitum ſic formari. Quicūqʒ reſpectus aliqs hʒ eſſe ex ſolo fundamento ⁊ nō ex termino: ſi fundamentuʒ eſt neceſſariū abſolute: opʒ ꝙ reſpect⁹ ille de neceſſitate abſoluta ꝯſurgat: ſed ſi deus vult aliquā creaturā: que nondū eſt: fieri tranſitus ſue volitionis ſup hanc creaturā: cōſurgit ex ſolo fūdamēto: qd̕ ſe tenet ex pte dei. ⁊ nullo mō ꝯſurgit ex pte creature: q2 nullū eē hʒ niſi volitum: qd̕ qdē eſſe trahit ab iſto tranſitu: vn̄ creatura eſt volita: q2 ſuper ipſam tranſit velle diuinū. ḡ ſi velle diuinū in ſe eſt qd abſolute neceſſariū: opʒ ꝙ ille trāſitus: quo ſup creaturā trāſit: ſit neceſſari⁹ abſolute. ¶ 2° ſic. Si

talis

Marginal notes:

ꝑ. li. de generā. aīalium. ca. 5.

Lec. 3.

Tex. cō. 1.

ſupra di. 40. arti. 2°. ꝯcluſione 2°.

Cōtra 2am ptem pme cōcluſionis Aureo diſ. 47. artic. p. ꝓpo. 3°.

Utrum velle diuinū ſit ꝓductiuū creaturarum ꝓprie cadens ſuper eas.

talis trāſitus ab eterno fact⁹ eſt cōtingens. ē tñ neceſſa rı⁹ necītate ſuppoſitiōis: ex quo determinauit ſe: ꝙ ꝑ ſuū velle trāſeat ſup talē creaturā. querēdū eſt de hac determinatione qd addit ſup velle intrinſece ſūptū ⁊ abſolute: aut enī aliqd addit reale. aut aliqd rōnis: ſed nō pōt dici: ꝙ aliqd reale: alioqn aliqd reale eēt additū intrinſece diuinitati: qđ nullo mō patit̄ ſimplicitas diuinitatis: ⁊ iteꝝ illud reale ꝑ neceſſitatē eēt qd imutabile ⁊ abſolute neceſſariū: qꝛ qcqd ē ī deo: ē neceſſe eē. Nec pōt dici: ꝙ illud additū ſit tñ rōnis. tū qꝛ illo circūſcripto: adhuc vellet de⁹ qcqd vult. tū qꝛ ens rōnis principiū eēt realis ꝓductiōis: qđ nullo mō ē poſſibile. ġ illđ qđ fingit̄ de illo trāſitu: ⁊ de illa determinatiōe ab eterno ſtare nō pōt: pſertim cū oē velle: ⁊ ois act⁹ apprehēſiu⁹ vel appetitiu⁹ dicat̄ ſeipſo tranſire ſup obiectū. vñ nihil ē dictu: ꝙ de⁹ vult creaturā cōtingēter: niſi realitas illi⁹ volitiōis ſit oīo cōtingens. Hec ille. ❡ Cōtra

Contra 2^am cōcluſionem idez vide in ꝓpōe pria. Utrum velle diuinū hēat cōtingentē habitudinē ad obiecta ſecūdaria

2^am ptē 2^e ꝯnis arguit ſic. Illa habitudo quā hȝ diuinū velle ad ſecūdaria obiecta: cū dicim⁹: ꝙ de⁹ vult creaturas. vel ē idipſum realiter ⁊ rōne qđ ipſūmet velle. vel relatio rationis: ſed non poteſt dari: ꝙ ſit relatio rationis: quia illa nō habet eſſe niſi in intellectu obiectiue: ⁊ ſic nullo mō itellectu apphēdēnte illā habitudinē nō erit hꝯ habitudo: nec ꝑ ꝯñs de⁹ volet obiecta ſecūdaria: qđ eſt erroneū. Nec pōt dici: ꝙ ſit relatio realis: qꝛ dei ad creaturā nulla eſt relatio realis. Et iteꝝ nihil pōt eē reale in deo: qđ nō ſit de⁹ ſm regulā Aug. xi°. de trinitate dicēns: ꝙ qcqd hȝ de⁹: hoc ē: ⁊ ꝑ ꝯñs talis habitudo relatio realis poni nō pōt. Relinquitur ġ ꝙ ſit ipſūmet velle diuinū: ⁊ ꝑ ꝯñs ſi habitudo illa ē cōtingēs ⁊ velle cōtingēs erit: poſitū ē aūt ꝙ ipſūmet diuinū velle ī ſe ⁊ abſolute ſit neceſſariū. ġ neceē eſt: ꝙ illa habitudo: q̄ trāſit ſup obiectū qđcūqȝ ſit necīa. ❡ 2°. Ideo voluntas: ſtante habitudine neceſſaria reſpectu finis: hȝ habitudinē cōtingentē ad ea q̄ ſunt ad finē: qꝛ act⁹ ille quo vult ꝑcīſe finē: ē ali⁹ ab actu illo: q̄ vult illud: qđ ē ad finē ꝑꝑ finē: alio nāqȝ actu vult qs ſanitatē abſolute: ⁊ alio potionē ꝑꝑ ſanitatē. qđ apparet: qꝛ in ꝑ actu finis ē volit⁹ ꝑcīſe: in 2° vero nō ē volit⁹ ſȝ itētus: ⁊ ē circūſtantia act⁹: ⁊ nō poſſibile ē ꝙ act⁹: q tranſit ſup finē: ſit forſitan neceſſari⁹: ⁊ cū hoc ꝙ act⁹ trāſiens ſup illud qđ ē ad finē ꝑꝑ finē remaneat cōtingēs: ſȝ ī deo nō eſt niſi vnic⁹ act⁹. q̄ vult bonitatē ſuā ⁊ oēm creaturā. ġ ſi habitudo: quā hȝ illud velle ad bonitatē ſuā eſt necīa: ⁊ habitudo illa etiā erit neceſſaria: quā hȝ ad bonitates creatas. vñ eadē necītate cōplacet in oī bonitate ꝑticipata: q̄ cōplacet ī ſua bonitate. īpoſſibile ē igit̄ qn deus diligat oēm entitatē ꝑticipantē ſuā bonitatē. ❡ Et Cōfirmat̄. Qꝛ ſec⁹ ē de eo: qđ diligit̄ ꝑꝑ finē: q̄ſi ſit inductiuū finis ipſius: ⁊ de eo: qđ non inducit finem: ſed eſt quedā deriuatio ⁊ participatio ei⁹: nō enim diligit de⁹ creaturas: vt mediantibus ipſis acquirat perfectionē: ſed quia ſunt participantes ſuā perfectionem: vnde ea neceſſitate: qua cōplacet in ſe: complacet ī omni quiditate creabili vł creata: ⁊ ita nō hȝ ad bona creata habitudinē cōtingētē. ❡ 3°. Illa habitudo ē necīa: quā īpoſſibile eſt nō eē ⁊ fuit īpoſſibile ab eterno: ſȝ ſi diuinū velle itrinſecā hȝ habitudinē ad creationē mūdi: ita ꝙ deus voluerit ꝓ illo inſtāti: ꝙ mūdus fieret. habitudinē illā īpoſſibile fuit nō eſſe ab eterno: qꝛ dat̄ oppoſitū ꝙ fuit poſſibilis nō eē: ſeqtur ꝙ habitudo oppoſita potuit ineſſe videlicet: ꝙ deus potuit ab eterno nolle mūdū creare ꝓ illo inſtāti: quo creauit: ſi aūt potuit nolle ſequit̄: ꝙ illud nolle potuit eē de⁹: qꝛ deus ē ſuū nolle ⁊ ſuū velle: ⁊ quicqd eſt in ipſo: cōſtat aūt ꝙ qcqd potuit eē de⁹: de necītate eſt de⁹: ⁊ hodie ē deus: q̄re ſi aliq̄ velle intrinſeco potuit ab eterno nolle mūdū creare: ⁊ hodie oȝ ꝙ habeat illud nolle. cū igit̄ nō habeat cū iā creauit: ſeqt̄ ꝙ hře nō potuit tale nolle: ⁊ ita habuit voluntatē creādi de neceſſitate: ſic ꝙ īpoſſibile fuit aliter ſe hře: ſed hoc ē totaliter abſonū ⁊ erroneū. ġ nō pōt dici: ꝙ velle diuinū habeat habitudinē cōtingētem: imo nec aliquā habitudinē: ſȝ quā ſit veꝝ dicere: ꝙ de⁹ voluit: aut noluit creare mūdū. Hec ille. ❡ Cōtra 3^am ꝑtē 3^e ꝯnis arguit ſic ꝓbādo: ꝙ de⁹ nō determinat ſe ab eterno ad ꝓducēdū aliqd ꝑ aliqđ velle intrinſecū. Si enī intȝ de⁹ determinet ſe ad ꝓducēdū ꝑ aliqđ velle intrinſecū. aut illud velle reſpicit eq̄liter vtrāqȝ ptē contradictionis: videlicet ꝓducere ⁊ nō ꝓducere. aut reſpicit tñ alterā ptē. ſ. ꝓducere. ſȝ nō pōt dari ꝑmū: qꝛ ꝑ tale velle cū eēt indeterminatū ad ꝓducere: ⁊ nō ꝓducere. nō determinaret̄ de⁹ ad ꝓducere. Nec pōt dari 2^m. qꝛ ſi tale velle eēt determinatū ad ꝓducere tñ. querēdū erit: an velle ei oppoſitū. ſ. velle nō ꝓducere: potuerit in deo eē ab eterno. vel ita inſit ſibi velle ꝓducere: ꝙ nō potuerit ab eterno ineſſe ſibi nolle ꝓducere. non pōt aūt dari ꝑmū. qꝛ qcqd potuit ab eterno eē ī deo: hodie ē in deo: cū qcqd potuit eē ī deo: potuit eē de⁹: ⁊ qcqd potuit eē de⁹ actu: ſit de⁹. erit igit̄ ī deo nō ſolū ꝓducere velle: imo ⁊ velle nō ꝓducere: ⁊ ꝑ ꝯñs non magis intrinſece determinabit̄ ad ꝓducendū q̄ȝ ad nō ꝓducendū. Si aūt det̄ 2^m ꝙ. ſ. velle ꝓducere ſic ſit ī deo: ꝙ ab eterno nō potuit illud nō velle: aut velle nō ꝓducere. ſeqt̄ ꝙ vult ꝓducere necītate abſoluta: ⁊ ꝑ ꝯñs quicquid ꝓducit: abſoluta necītate ꝓducit: qđ erroneū ē: ſequit̄ ġ ꝙ nullo velle intrinſeco determinet̄ ad ꝓducēdum. ❡ 2°. Per illud nō determinat̄ de⁹ ad ꝓducendū: qđ in deo nō eſt: ſed velle ꝓducere qđ ꝓducat ī deo nō ē. qđ pȝ. Tū qꝛ tale velle īperfectionē īcludit: cū ſit in q̄dā tendētia ⁊ reſpectu nō habiti: ⁊ expectās ꝑ fine ipſam ꝓductionē: q̄ habita iā ceſſat: qđ oīno deo repugnat.

An velle ꝓducere ꝙ ꝓducit ſit in deo.

Tū etiā qꝛ vel ē tñ ī deo velle ꝓducere abſqȝ hꝫ ꝙ ſit in eo velle nō ꝓducere: ⁊ tūc cū oē qđ ē ī deo de⁹ ſit. īpoſſibile ē qđ velle nō ꝓducere fuerit: vel eē potuerit vnq̄ȝ in eo: ⁊ ꝙ illud velle ꝓducere potuerit nō fuiſſe: alias potuit aliqd eē de⁹: qđ nō eſt de⁹: ⁊ aliqd ē deus qđ potuit nō eſſe deus. vel vtrunqȝ velle ē in deo: velle. ſ. ꝓducere ⁊ velle nō ꝓducere: ⁊ hoc ē magis impoſſibile: quia querēdū erit qd vincet: ⁊ cū ſint equalia: nec de⁹ ꝓducet: nec nō ꝓducet: ⁊ ita altera ꝑs cōtradictionis nō erit vera: cōtra illud: qđ dicit ꝑmū ꝑncipiū. ġ nihil eſt dictu: ꝙ de⁹ aliq̄ velle intrinſeco determinetur ad ꝓducendū. ❡ 3°. Oē qđ determinat ſe: mouet ſe: ⁊ omne qđ determinat̄ mouet̄: ſed ꝑmū ꝑncipiū: qđ ē deus: eſt oīo imobile. non igit̄ pōt determinari ad aliquid volendū. nec pōt ſe determinare ad aliquid velle etiā ab eterno. ꝓducet ġ exteri⁹ abſqȝ hoc: ꝙ determinauerit ſe. vñ imaginans ꝙ de⁹ determinauerit ſe ab eterno ad volendū alterā ptē ꝯdictionis: q̄ſi eēt ī potētia ad vtrāqȝ ptē q̄ȝtū erat ex ſe: ſed determinauerit ſe ad alterā ꝑtē imaginat̄ iſti: hñt imaginari: ꝙ de⁹ moueat ſe: ⁊ actuet ſe: ⁊ ꝙ q̄ȝtū ē ex ſe: ſit in potētia: ⁊ multa alia abſona: q̄ implicant̄ in his dictis. vñ in hoc melius dixerūt phi q̄ȝ aliq catholici: cū ponerēt: ꝙ de⁹ ī ſeipſo erat determinat⁹ ad velle ꝓducere mundū ne ſi eſſet indeterminat⁹ ad velle hoc: ⁊ ad non velle: eēt in potētia: ⁊ indigeret alio extrahēte ipſū de potentia ad actū: ⁊ ꝑꝑ hꝫ catholice cōcedere oȝ: ꝙ ſiue de⁹ ꝓducat: ſiue nō ꝓducat: nulla imutatio: aut determinatio itrinſece ſit ī ipſo. ❡ 4°. Deus ꝑfectior ē in agēdo quocūqȝ

Contra 3^am cōcluſionem idē vbi ſupra ꝓpōe 4°. Utrū de⁹ determiēt ſe ad ꝓducēdū aliquid ab eterno ꝑ aliquod velle intrinſecum.

cebūt. nā ſine volūtate gnātio nō fieret: illud āt qđ ſic eos artabit ponit a pħis eē nā vlis. ſ. pma cā: qꝛ nulla alia pōt poni eos neceſſitās. ¶ Tū 3°. Qꝛ ſi eēt tm̄ vnꝰ vir ꝛ vna mulier añ cōpletū numeꝝ pdeſtinatoꝝ a deo ex ꝓpagatiōe hoīuꝫ nāli a pmis pentibꝰ cōtinuatiōe dina: niſi n. ipſi necīo volūtarie gignerent: ceſſaret gnātio hoīuꝫ: ꝛ dei ꝓpoſitū fruſtraret. De Adā quoqꝫ ꝛ Eua pusq̄ carnaliter ꝯuenirēt: pōt fieri ſile argumētū. ¶ Tū 4°. Quia aliter deꝰ nō poſſet neceſſitari creaturā rōnalē: vt eēt ipeccabilis: in ꝑpetuo quoqꝫ beata. ¶ Tū 5°. Quia aliter deꝰ nō eēt oīpotēs. lꝫ. n. deꝰ faceret q̄tū poſſet. vt tu ſimplr: vel certo tpe velles gppiā. poſſes h̄ nō obſtāte oīo illud nō velle: qꝛ p aliā ptē tpis dati illud poſſes velle. p aliā vo nō velle: imo nolle. ſicqꝫ poſſes reddere deū ꝛ hoīem ib̄m xp̄m falſū: mendacē ꝑiuruꝫ. ponat. n. ꝙ deꝰ pdicet p ſemetipſū: ꝯfirmet vel affirmet: ꝙ iſte libere faciet hoc vel illud: ꝛ ad hoc faciet q̄tū pōt. tūc ſi iſte nō neceſſitat p deū ad h̄ vel illud libere faciēdū: pōt dimittere hoc ꝛ illud. ¶ Tū 6°. Quia aliter poſſet hō fruſtrare ꝓuidētiā: ꝛ pdeſtinationē: aut voluntatē dei. imo facere deū miſerrimū ꝛ infeliciſſimū: cōſtat. n. ꝙ deꝰ pōt puidere: pdeſtinare: ac preuelle liberos actus humanos: ꝛ q̄ ex eis dependent. ¶ Scdo ſic principalr. Ille effectꝰ dr̄ ꝓduci necīo neceſſitate nāliter pcedēte: q eſt cauſatus a cā: q̄ plene poſita necīo ſeqt illud cauſari: ꝛ ſilr cā neceſſaria neceſſitate nāliter pcedēte dr̄ cā actiua: q̄ poſita cū oībus ſuis diſpoſitionibꝰ nāliter puys: qbꝰ cauſat ſuū cauſatū neceſſario: ꝛ idefectibiliter ſeqt illud cauſari. Iſte deſcriptiōes habent ex dictis Anſelmi p̄. Cur deꝰ hō caº. 7º. Et de cōcordia caº. 2º. Cū ḡ p volūtatē ſuā ſit cauſa efficiēs oīs actꝰ volūtatis create: ꝛ prioꝛ nāliter oī voluntate creata: ꝛ fruſtrari nō poſſit: ſeqt ꝙ oīs actꝰ voluntatis create ꝓducit ex neceſſitate nāliter pcedente: immo volūtas creata agit neceſſitate nāliter precedente quicquid agit. ¶ Dicetur forte: ꝙ licꝫ deus nunc velit aliquid eſſe futurum: non eſt neceſſe pro nunc ipſum ſic velle. ſed poteſt pro nūc non ſic velle. ¶ Sed h̄ nō valet. Primo qꝛ ſm hoc nulla eſſet oīo neceſſitas añs reſpectu alicuius effectꝰ: nec aliqs effectꝰ eſſet neceſſarius reſpectu ſue cauſe necītate nāliter pcedēte: qꝛ nulla cā 2ª pōt quicq̄ ſine coefficientia: ꝛ preefficiētia cauſe prime: q̄ eſt diuina volūtas. ſi igit in illa nō eſt neceſſitas añs. nec in aliqua alia pōt eſſe. ¶ Tum. 2°. qꝛ iſtū effectū nūc factū ſeu creatū a deo: neceſſe eſt nūc eſſe: q̄re ꝛ eiꝰ cām efficientē: puta diuinā volūtatem. vel ſi ipſa poſſit ꝓ nūc nō eſſe: pōt ꝛ iſte effectꝰ: qđ eſt ꝯ Anſelmū ꝛ pħꝫ: qꝛ oē qđ eſt: qn̄ eſt: necīo eſt. ¶ Tū 3°. Quia volūtas dei eſt cā cuiuſcunqꝫ pteriti: quare ipm eſt preteritū. ḡ ſicut reſpectu pſentiū ꝛ pteritoꝝ eſt neceſſitas añs ita ꝛ reſpectu futuroꝝ: aliter diuina volūtas eſſet mutabilis: quia ſm hoc reſpectu futuroꝝ ſic eſt libera ſm cōtradictionē: ꝙ ꝓ eodē inſtāti: quo ē reſpectu alicuius futuri: pōt nō eſſe: ꝛ cū illud futuꝝ fiat pſens: vel diſcedat in pteritū: erit neceſſaria neceſſitate oppoſita. ¶ Tū 4°. Quia diuina volūtas ex ſe ſola ſit neceſſaria: ꝛ neceſſitans cā reſpectu preſentis ꝛ pteriti: poterit etiā reſpectu futuri: cū oīo eodē mō itrinſece ſe habeat reſpectu eiuſdē rei primo future: 2° pſentis: 3° pterite. Si aūt ponat neceſſitās antecedēter reſpectu pſentis ꝛ pteriti nō ſufficiēter: nec totaliter ex ſe ſola: ſed ex adiutorio alicuiꝰ alteriꝰ: puta rei pſentis vel pterite: nō videt ſibiipſi plene ſufficiēs: nec plene oīpotens: ſi ēt res preſens aliquo mō iuuaret ad neceſſitatē in diuina voluntate reſpectu illiꝰ rei pſentis: videret ꝙ eēt aliqua eiꝰ cā: ꝛ aliquo mō ipſam cauſaret: quare prius nāliter eēt rē pſentē eē: ꝛ neceſſario ꝓ nūc eſſe q̄ volūtatē diuinā illā neceſſitatē ſuā intrinſecā nūc hr̄e. ſi etiā aliqđ adiutoriū extrinſecū pōt ꝑbere dine volūtati neceſſitatē intrinſecā reſpectu oīum pſentiū ꝛ preteritoꝝ: cur nō reſpectu alicuiꝰ futuri. ¶ Tū 5°. Quia ſi diuina voluntas: q̄ eſt nūc reſpectu alicuiꝰ futuri: poſſet ꝓ nūc nō eſſe illiꝰ volūtas. vt dicit reſpōſio. hoc tm̄ nō eſt i ptāte illiꝰ futuri. nec alicuiꝰ cauſe inferioris. nec aliquaꝝ cauſaꝝ. ſed tm̄ i libera ptāte dine volūtatis: ꝛ ipſa ē vlīter efficax ꝛ indefectibilis in cauſando: q̄re ꝛ necītas añs reſpectu oīum futuroꝝ. ¶ 3° principaliter ſic. In volūtate creata nūc volēte eſt q̄dā necītas ad volēdū ſaltē necītas cōis: ꝛ in voluntate diuina ſilr: q̄ facit volūtatē creataꝫ nūc velle: qꝛ ſm Anſelmū vbi ſ. oē qđ eſt: qn̄ eſt: necē eſt eſſe. De igit due necītates in his duabꝰ volūtatibꝰ dina. ſ. ꝛ humana: aut ſūt coequeue: aut diſperate ꝛ imptinētes ad inuicē. aut nō ſūt ita. ſi ſint tales. ambe reducunt ad tertiā tanq̄ ad cām cōem priorē ambabꝰ. igit dina volūtas necītat p aliq̄ cām priorē ad volendū aliqđ extra deū: qđ eſt falſū. Tū etiam qꝛ oīs necītas in creatura: ſicut ꝛ qđlibet aliud: ꝓducit a dina volūtate tanq̄ a cā efficiēte. igit oīs volēdi neceſſitas in voluntate creata efficit a dina volūtate. nō pōt ḡ dici illas duas necītates pdictas eē diſperatas: ꝛ ad inuicē coequeuas: nec etiā pōt dici: ꝙ necītas i hūana volūtate ſit cā prioꝛ ꝛ nāliter pcedēs reſpectu necītatis in dina volūtate. ḡ necītas in dina voluntate eſt cā necītatis in volūtate hūana. ¶ 4° ſic. Nulla volūtas creata in actibꝰ ſuis ē liberioꝛ volūtate xp̄i hūana: ſꝫ illā necītauit dina volūtas ad ſingulos actꝰ ſuos: q̄re ꝛ quālibet aliā quodāmō necītat. minoꝛ ꝓbat. qꝛ ſi voluntas hūana in xp̄o nō necīo cōſenſiſſet dine volūtati nāliter pcedenti. potuiſſet diſſēſiſſe ab ea ꝛ voluiſſe aliqđ aliđ: imo ꝯtrariū ꝛ peccaſſe. ¶ Cōfirmat. Qꝛ Anſelmꝰ 2°. Cur deꝰ hō. caº. 17°. dic̄ de xp̄o. (Si vis ſcire oīnꝫ q̄ fecit: ꝛ q̄ paſſus ē verā necītatē: ſcito oīa ex neceſſitate fuiſſe ꝛc̄.) ¶ 5°. Qꝛ Stephanꝰ pariſienſis ep̄s dānauit quēdā erroꝛē dicentē: ꝙ ad hoc ꝙ oēs effectꝰ ſint neceſſarij reſpectu cauſe pme: nō ſufficit: ꝙ ipſa cā pma nō ſit ipedibilis: ſꝫ exigit ꝙ cauſe medie non ſint ipedibiles. erroꝛ inquit ep̄s. quia tūc non poſſet aliquē effectū neceſſariū ſine poſterioꝛibꝰ cauſis ꝓducere. oēs igit effectꝰ etiā liberi ſunt neceſſarij reſpectu cauſe prime: qꝛ a voluntate ſua ꝓcedūt: que nō pōt aliqualiter ipediri. ¶ Et ſi qs inſtet dicēdo: ꝙ articulus pariſiēſis nō dicit vlīter oēs effectus: ſed in particulari ꝛ determinate effectꝰ. Fateoꝛ me neſcire quō in originali articulo ſcribebat: ſcio tm̄ ꝙ inter articulos multū correctos vlēm illā ſcriptā inueni: nec ex illa particulari vel indefinita refert: cū ex alijs veris vlibus ſequat euidēter. Si eni ad hoc: ꝙ aliq effectus ſint neceſſarij reſpectu cauſe prime: ſufficit ꝙ ipſa nō ſit impedibilis reſpectu aliquoꝝ effectuū: aut etiā alicuiꝰ: oēs effectus ſunt neceſſarij reſpectu illiꝰ. ¶ 6°. Quia ad hoc ſunt auctoritates ſcōꝝ. vn̄ Anſelmꝰ de cōcordia caº. 2°. (Neceſſe eſt ingt eē qcqd deꝰ vult ita eſſe: neceſſe eſt ꝙ vult hō in his: que deꝰ vult: ita ſubdidit ſibi humanā volūtatem: vt ſi vult fiant: ſi nō vult nō fiant. quoniam quod deus vult: non poteſt non eſſe.) Itēꝫ Augꝰ 3°. de libero arbitrio. (Volūtas ingt dei ē mihi neceſſitas.) Et 6°. ſup Gen̄. ad litterā caº. 22°. (Hoc necīo futuꝝ ē: qđ ipſe vult.) Et īfinite ſūt tales auctoritates ſcōꝝ. ¶ Dicet forte: ꝙ auctoritates loquūt de necītate ꝯñe nō ꝯñtis ſeu de neceſſitate cōditionali nō abſoluta: ſiue h̄ neceſ-

Utrū deꝰ poſſit nūc nolle ꝙ nūc vult.

Anſel. vbi ſupra pħs prio piermenias.

Digitized by Google

Ultrā auctores dicentes ꝙ deꝰ vult illud necessario eueniet itelligāt de necessario cōditionato ꝛ nō absoluto.

ſitate dicti:nō rei:ſeu cōiunctim:non diuiſim. ¶ Sed hec reſpōſio nō valet ingt iſte caº.28º. Prio qꝛ eſt falſa.2º qꝛ incauta.3º qꝛ diminuta. Prio ingt deficit quia falſa eſt.qꝛ falſe exponit auctoꝛitates:ſi.n.auctoꝛitates loqrēt tm̄mō de nec̄itate ꝯñe ſeu cōditionali: ita haberēt auctores cōcedere: ꝙ futura nō euenirent reſpectu cauſaꝝ iferioꝝ ſicut ſuperioꝝ ꝛ p̄me cauſe: qꝛ ꝯña ſeu cōditionalis i talibꝰ reſpectu cauſaꝝ ſecūdaꝝ ita ē neceſſaria ſic reſpectu p̄me:ſic.n. hec ꝯña ſeu cōditionalis ē nec̄ia:ſi deꝰ vult h̄ eē futuꝝ:h̄ erit:ita iſta cōditionalis eſt nec̄ia:ſi cā 2ª faciet hoc futuꝝ.vel p̄ſcit hoc futuꝝ.igiꝛ hoc erit. ¶ Itē. Ois doctrina debet eē alicuiꝰ dubiȷ:aut ignoti:ſꝫ iſta ꝯña ſeu cōditionalis nunq̄ fuit alicui dubia:aut ignota.ſ.ſi deꝰ p̄ſcit hoc eē futuꝝ:h̄ eſt futuꝝ:ꝛ eodē mō de volūtate:ſi deꝰ vult hoc eē futuꝝ hoc erit.qs igiꝛ ſapiēs ſcriberet vel doceret hoc:cū nō ſit docibile:ſꝫ p ſe ſcibile a quocūqꝫ habita noticia terminoꝝ:vel fide. ¶ Itē.Si auctores tm̄ intelligerēt illud:nullo mō ſoluēt ꝓpoſita:ſuppoſita nāqꝫ nec̄itate huiꝰ ꝯñe vel cōditionalis:quō p hāc ſoluiꝛ perplexitas q̄onis:qlibet.n.oſteſa ſibi nec̄itate hꝰ ꝯñe tm̄:dubitabiꝛ de libero arbitrio ꝛ merito ac demerito. aut de certitudine aut fallibilitate diue ſcie:ꝛ mutabilitate vel imutabilitate diue volūtatis vt prius. ¶ Itē.Cur tā multi auctores tā multa:tā ambigua: tā difficilia de iſta mā ſcripſerūt: ſi nihil aliud itelligere voluerūt: cū in vno verbo breuiſſimo ꝛ leuiſſimo ſe poſſent expedire:dicēdo:ꝙ i oibꝰ talibꝰ ē nec̄itas ꝯñe:ſeu vniꝰ cōditionalis. ¶ Itē. Quia ad eundē itellectū haberēt cōcedere: ꝙ chimera ꝛ oia nō futura de nec̄itate euenieīt: nā ita neceſſaria ē ꝯña:ſeu cōditionalis foꝛmata de eis:ſicut de vere futuris. Nā nec̄io ſeqꝛ:ſi deꝰ vult vel p̄ſcit ꝙ chimera ꝛ oia nō futura eueniēt:ḡilla euenient. Nec pōt aliqs dicere:ꝙ i p̄teritis ꝛ futuris ponaꝛ aīs in eē:i his aūt nō:ꝛ iō nō ſimilis neceſſitas hic ꝛ ibi:qꝛ ꝯña ſeu cōditionalis ipſa p ſe in vere p̄ſcitis ꝛ futuris non ponit aīs in eē:ſicut nec in alia mā ſeu alijs terminis qbuſcūqꝫ:ſꝫ tm̄mō nec̄itatē cōſecutiōis: ꝛ ſic facit alia ꝯña ſeu cōditionalis.loquēdo igiꝛ p̄ciſe de ſola nec̄itate p̄dicta:ſimilē oꝫ cōcedere de chimera: ꝛ oibꝰ nō futuris nec p̄ſcitis ſic de futuris p̄ſcitis: ꝯña.n.ꝛ conditionalis huiꝰ ſyllogiſmi nec̄ia ē:ſicut alia q̄liſcunqꝫ. ¶ Itē. In iſta ꝯña.deꝰ p̄ſcit chimerā foꝛe.igiꝛ chimera nec̄io erit ſupponiꝛ:ꝛ poniꝛ aīs ſicut in iſta. deꝰ p̄ſcit antichꝛiſtū foꝛe.igiꝛ antichꝛiſꝰ nec̄io erit:ꝛ neceſſitas ꝯñe ē eq̄lis. igiꝛ ſimpliciter eq̄lis eſt neceſſitas:ꝛ ſimilis i ambabꝰ. Nec ſufficit dicere:ꝙ aīs in 2º eſt veꝝ:ꝛ in p̄ria eſt falſum:ꝛ iō nō ē ſīlis neceſſitas hic ꝛ ibi: falſitas.n.aīis neceſſitatē ꝯñe nullatenꝰ minuit:nec veritas ipſaꝫ auget:ſic nullus dialeticoꝝ ignoꝛat. Cū igiꝛ nec̄itas ꝯñe: neceſſario veritatē aītis nō includat reſpiciēdo ad ſolā nec̄itatē ꝯñe.ſilis eſt neceſſitas in ambabꝰ: ꝛ hāc ſolā in talibꝰ ponit rn̄ſio. quare hꝫ ponere ꝯñter.ꝙ ſicut neceſſariū eſt antichꝛiſtū foꝛe:ſic ꝛ chimerā. ¶ Scđo iſta rn̄ſio deficit vt icauta. Nō.n.cauet neceſſitatē:quā voluit ꝛ credidit p̄cauiſſe:nec tribuit nob q̄nā voluit ꝛ credidit liberā p̄tātē.ſi enī iſta ꝯña eſt neceſſaria: deus p̄ſcit:aut preuult hoc:igiꝛ hoc erit:ꝛ aīs nō eſt in p̄tāte nr̄a.igiꝛ nec ꝯñs ē in p̄tāte nr̄a ſimpliciter libera ꝛ excluſoꝛia cuiuſlibet neceſſitatis p̄cedētis. ¶ Tertio deficit rn̄ſio.quia plurimū diminuta.qꝛ nō pōt reſpōdere rōnibꝰ demōſtratiuis:nec auctoꝛitatibꝰ ſufficiēter: p̄ſertimꝰ huic ſyllogiſtice rōni: oia que eueniēt de neceſſitate nāliter p̄cedēte:de aliq̄ neceſſitate eueniēt: ſꝫ oia que eueniēt:eueniēt de neceſſitate nāliter p̄cedēte.

qꝛ de volūtate dei:q oibus ſuis volitis eſt nec̄itas nāliter aīs.igiꝛ oia que eueniēt: de neceſſitate aliqua eueniēt. Uel iſto mō breuius.Oia que de iſta neceſſitate eueniēt:de aliq̄ neceſſitate eueniēt:demōſtrata diuina volūtate.igiꝛ oia q̄ eueniēt.de aliq̄ neceſſitate eueniēt. Uel ſic.Oia q̄ eueniēt a cā:q̄ poſita neceſſario ſeqꝛ ꝙ eueniēt:ꝛ cuiꝰ poſitio nō eſt:nec erit aīcedēter in alterius p̄tāte ſm cōtradictionē: qn oia que eueniēt a cā huiuſcemodi eueniāt:nec̄io euenient: ſed oia q̄ eueniēt a diuina volūtate:hoc mō euenient: ꝙ illa poſita nec̄io ſequiꝛ ꝙ eueniēt:ꝛ ꝙ illa ponaꝛ:nō eſt nec erit antecedenter in alteriꝰ libera p̄tāte ſm cōtradictionē. igitur oia talia ſic eueniēt de nec̄itate reſpectu diue voluntatis:qđ nō eſt:nec erit in alteriꝰ libera p̄tāte ſm ꝯdictionē:qn eueniāt a volūtate diuia. ¶ Ad iſta dr̄:ꝛ p̄io ad p̄mū ꝯ p̄mā ꝯñe dico:ꝙ reſponſio ibidē data eſt ſufficiēs:lꝫ.n.diuū velle ſit in ſe neceſſariū ſimpliciter ꝛ abſolute:non tm̄ hꝫ nec̄iam habitudinē ad creaturas: nec creature nec̄io ſequūꝛ ex illo:niſi neceſſitate ſuppoſitionis.Et ad p̄mā iꝓbationē huiꝰ reſpōſionis dico: ꝙ reſpectꝰ diue volitiōis eſt cōtingēs nō pp cōtingentiā ſui fūdamēti:ſꝫ termi.ſ.creature volite. ¶ Et cū dr̄ ꝙ creatura talis nō ē cōtingēs:nec nec̄ia.ꝛc.Dico ꝙ p tēpoꝛe:q̄ nō hꝫ eē:nō ē cōtigēs: nec nec̄ia:ſed tm̄ p eo tpe q̄ deꝰ vult eā eē:eſt cōtingēs:ꝛ p illo tpe terminat relatione diui velle:oē aūt tēpꝰ deo p̄ſens ē in tota ſua eternitate:ꝛ ita videꝛ velle ſctūs Tho.p̄ ꝯ gētiles caº.80. dicēs. Uolūtatis diue relatio ē ad rē n̄ exn̄tē ſꝫ ꝙ ē i ꝓpria nā ſm aliqđ tēpus: ꝛ nō ſolū ſm ꝙ ē in deo cognoſcēte:vult.n.deꝰ rē:q̄ nō eſt nūc:eē ſm aliqđ tēpus: ꝛ nō ſolū vult:ꝙ ipſe eā itelligat. Hec ille. ¶ Poteſt etiā aliter dici:ꝙ res q̄ nullū eē hꝫ:pōt dici cōtingēs:ſicut etiā dicimꝰ futura eē cōtigētia. vn̄ ſcūs doctoꝛ p̄ima p̄te.q.14.ar.13º.dicit. Cōtingēs pōt cōſiderari dupliciter. Unoº in ſe ſm ꝙ iā actu eſt: ꝛ ſic nō cōſideraꝛ vt futuꝝ:ſꝫ vt p̄ns.neqꝫ ad vtrūlibet:ſꝫ vt determinatū ad vnū. Alioº pōt cōſiderari cōtingēs vt eſt i ſua caª ꝛ ſic cōſideraꝛ vt futuꝝ:ꝛ vt cōtigēs nō determinatū: ad vnū. Hec ille. ¶ Ex qbꝰ pꝫ ꝙ res:q̄ nullū eſſe hn̄t pn̄t dici cōtigētes:ꝛ ꝯñter mioꝛ aſſūpta falſa fuit. Nec ſeqꝛ:hoc nō hꝫ eē cōtingēs.igiꝛ nō ē cōtingēs:qꝛ nō ſolū res dr̄ cōtingēs:qꝛ hꝫ eē nō nec̄ium: imo qꝛ pōt eē ꝛ pōt nō eē:ꝛ p idē pꝫ:ꝙ alia foꝛª:quā ibi facit.ſ.Q̄ncūqꝫ aliqs reſpectꝰ ꝛc. nō valet. nā maioꝛ ē falſa. non.n.oꝫ ꝙ ſi reſpectꝰ aliqs fūdaꝛ in aliq̄ exn̄te terminaꝛ ad rē nōdū exn̄tē:qꝛ cō ſequaꝛ i mō eēndi ſuū fundamētū: ꝛ nō terminū.p̄ſerti de reſpcū rōnis. ¶ Ad 2ªm iꝓbationē dicte reſpōſiōis dico. ꝙ determinatio diui velle ad hoc volitū nihil reale addit ad diuinū velle diſtinctū ab eo ſm rē:ſed ſolū addit directionē diuini itellectus oſtēdētis volūtati tale obiectū. ꝛ ꝓponētis ſibi illud vt volēdū. Addit inſuper relationē rōnis voti ad volitū:cōſtat aūt ꝙ actus diuini intellectꝰ eſt qđ reale nō tamen realiter diſtinctū ab ipſo velle: ſed ſm rōnē tm̄:cōſtat etiā ꝙ tales reſpectꝰ nō ſunt ipſū diuū velle. ecce qđ addit determinatio illa ad diuū velle. ¶ Ex q̄ patet ꝙ illa determinatio nō derogat ſimplicitati:licet addat quid reale ad diuinū velle: quia illud nō eſt diſtinctū ſm rē ab ipſo velle:lꝫ nō poſſit velle aliqđ illo nō exn̄te:talis.n.reſpectꝰ rōnis cōſeqꝛ actū volēdi neceſſario:nō ꝙ ſit rō volēdi:aut p̄ncipiū volitiōis. Non ſeqꝛ etiā ꝙ illud ens rōnis ſit p̄ncipiū ꝓducendi entia realia:ſed ſolū ꝙ cōſeqꝛ p̄ncipiū ꝓductiuū.ſ.diuinum velle. ¶ Ad p̄mū cōtra 2ªm ꝯñe dico:ꝙ illa habitudo quā hꝫ diuinū velle ad creaturas volitas nō eſt ipſum diuinum

Quid addat determiatio ad velle diuinum.

Digitized by Google

diuinū velle: ſed relatio rōnis. Et cū arguitur ꝙ tunc nullo intellectu ꝛc. Dico ꝙ ſi nullus intellectus huma nus aut angelic.9 eēt: adhuc ille reſpectus eēt: qꝛ cōſeqᷓ actū diuini intellect.9: q nō pōt nō cōſiderare ꝛ nō itel ligere talē reſpectū circa ſuū velle: ſuppoſito ꝙ aliqd velit. vñ ſicut eſt īpoſſibile: ꝙ de.9 aliqd velit: ꝛ nō velit illud idē: ita eſt īpoſſibile: ꝙ deus aliqd velit: ꝛ ꝙ talis reſpect.9 nō ſit itellect.9 ab eo niſi faceret: ꝙ velle nō ſit actio: qꝛ reſpect.9 cōſequiᷓ actionē nāliter. vt habeᷓ 5°. meᵗᵉ. ⸿ Ad 2m negaᷓ maior. Nō enī eſt illa cā q̄re fi nis ē necio volit.9: ꝛ ea q̄ ſunt ad finē ſūt cōtingēter vo lita quā iſte fingit: ſed poti.9 qꝛ nō hñt neceſſari ī habitu dinē ad rōnē volēdi: q̄ eſt ipſe finis: ſiue eodē ſiue diuer ſis actib.9 ſint volita: nā eodē actu pōt qs duo itelligere quoꝝ vnū eſt rō volēdi alteri: ꝛ tñ illo actu manente pōt deſinere velle illud: qđ eſt māliter volitū: ꝛ vlteri.9 cōtinuare volitionē reſpectu alteri.9: qđ erat principali ter volitū: ꝛ rō volēdi. Nā iudei odiētes hūanitatē xpi odio habebāt ꝯñter diuinū ſuppoſitū: ꝛ ſi illa nā nō di mitereᷓ a ſuppoſito diuino: tūc odiū caderet ſolū ſup nām humanā: ꝛ nō ſup diuinū ſuppoſitū. vt videᷓ po nere ſctūs doctoꝛ in ſimili. 3ª pte. q. 46. arti. 12°. ad 3m. Et. q. 25. arti. p̄ ꝛ 2°. ⸿ Ad cōfirmationē dico: ꝙ quātū cūqꝫ ſit diſſimilitudo illa: q̄ ponitᷓ ab arguēte iter illa q̄ pp finē iſto ꝛ illo mō diligunᷓ: tñ ī hoc ſimilia ſūt: ꝙ nec hoc: nec illud hꝫ neceſſariā habitudinē ad rōnē vo lendi. ſ. finē: ꝛ cōſequēter ad diuinū velle: hāc. n. habi tudinē hñt creature ad diuinā bonitatē ꝛ vltimū finē: quia lꝫ p eas nō acquiraᷓ vltim.9 finis a deo: tñ repſen tant diuinā bonitatē: ꝛ ſicut dicit ſcūs doctoꝛ de verita te. q. 23. ar. 4°. (Sicut nullus diuin.9 effect.9 pfecte cām adequat: ita nihil: qđ in deū ſicut in finē ordinaᷓ: ē fini adequatū. in nullo. n. creatura perfecte deo aſſimilaᷓ: hoc. n. eſt ſoli.9 verbi increati. vñ cōtingit ꝙ q̄ꝫtūcunqꝫ nobili mō aliqua pura creatura in deū ordineᷓ aliquo mō ei aſſimilata. poſſibile ſit aliā creaturā mō eque no bili in ipſum deū ordinari ꝛ diuinā bonitatē repſenta re: vñ pꝫ ꝙ nō eſt neceſſitas diuine voluntati ex amore quē hꝫ ad ſuā bonitatē: ꝙ velit hoc vel illud circa crea turā: nec etiā ineſt ei alia neceſſitas reſpectu toti.9 crea ture: eo ꝙ diuina bonitas in ſe perfecta eſt. etiā ſi nulla creatura exiſteret: qa bonoꝝ nroꝝ nō eget: vt ī pſ. dr. Nō. n. diuina bonitas eſt talis finis: q efficiaᷓ ex his q̄ ſunt ad finē: ſed magis q̄ efficiunᷓ: ꝛ pficiunᷓ ea q̄ ad ipm ordinanᷓ. vñ vt Auic. dicit: ꝙ ſoli.9 dei actio ē pure liberalis: qꝛ nihil accreſcit ſibi ex his que vult: vel opa tur circa creaturā.) Hec ille. ⸿ Ex qbus pꝫ quō lꝫ crea ture repreſentēt dei bonitatē ꝛ eā pticipent: nō tñ ne ceſſario diligunᷓ a deo: qꝛ alio mō pōt participari ꝛ re preſentari eque bñ ꝛ meli.9: ꝛ iō ſicut de.9 vult iſta: que nunc dei bonitatē participāt: ita poſſet alia velle ꝛ iſta nolle: ꝛ p ꝯñs falſū eſt: ꝙ eque neceſſario vel ea neceſſi tate cōplaceat in iſtis: ſicut in ſua bonitate: nō. n. cōpla cet in aliquo ex hoc ſolo: ꝙ eſt aptū participare ei.9 bo nitatē: ſed qꝛ participat eā in actu ƀm aliqđ tēpus pre ſens: vel futuꝝ. ⸿ Ad 3m negaᷓ minoꝛ. Dico. n. ꝙ illa habitudo quā hꝫ diuinū velle ad mūdū pōt nō eſſe ꝛ potuit nō eſſe ab eterno: nō ƀm ꝙ poſſibile drᷓ per reſpe ctū ad aliquā potentiā: ſed ƀm ꝙ illud drᷓ poſſibile: cu ius predicatū ſubiecto nō repugnat: vt dictū fuit ī pba tione 3ᵉ ꝯñis: ꝛ allegatū p̄ cōtra Gentiles ca°. 83°. Cōce diᷓ etiā ꝙ in deo potuit eſſe nolle reſpectu mūdi: non ꝙ aliud velle ab illo: qđ hꝫ nūc de.9: potuerit eē in deo: ſed quia illud velle: qđ cadit ſuper hoc obiectū: mun dū eſſe: poterat cadere ſuper oppoſitū. ſ. mūdū nō eſſe.

Et cū arguiᷓ ſic. Illud nolle potuit eſſe deus. igiᷓ nunc eſt deus. negaᷓ ꝯña. Et cū arguiᷓ ſic. Quicquid potuit eſſe deus: eſt deus: ſed illud nolle potuit eſſe deus ꝛc. Di co ꝙ eſt fallacia figure dictionis: qꝛ mutaᷓ qd ī ad ali qd: nam hoc qđ dico velle mundū: aut nolle mūdum: importat actū diuine voluntatis cum habitudine ꝛ re ſpectu ad mūdū. vnde ſanctus doctoꝛ de veritate vbi ſupra. arti. 4°. ad 13m. (Cū (inquit) dicitur deum velle aliquid: nō ſignificaᷓ illud aliquid eē in deo: ſed tantū modo importaᷓ ordo dei ad illius factionē in ꝑpria na tura.) Hec ille. ⸿ Ad primū contra 3am ꝯnem dico: ꝙ velle: quo deus ſe determinat aliquid in ꝑpria natura producendū: reſpicit alterā partē contradictionis: ꝛ nō aliā. Et ad improbationē dico ſicut pri.9: ꝙ nolle oppo ſitū potuit eſſe in deo loquendo de poſſibili vt pri.9. nō ꝙ illud nolle eſſet alius actus ab ipſo velle: qđ nūc ē in deo: ſed eſſet idē actus habēs habitudinē ad oppoſitū obiectū illi: qđ nunc eſt volitū: ꝛ ſicut nunc diciᷓ velle reſpectu mundi. ita tunc eēt nolle mundi: ꝛ velle reſpe ctu hui.9 obiecti mundū nō eē. Nec ſequiᷓ ꝙ aliqd po tuit eſſe deus: qđ nunc nō eſt deus: ſed eſt fallacia figu re dictionis. ſequiᷓ tñ ꝙ aliqd quod eſt deus haberet aliā habitudinē q̄ꝫ nūc habeat: ꝛ caderet ſup aliud ob iectū q̄ꝫ nunc. ⸿ Ad 2m negaᷓ minoꝛ. Et ad primā pro bationē dico: ꝙ illud velle nō eſt tendentia in obiectū ſibi futuꝝ. ſed in obiectum ſibi preſens: licet ſit futuꝝ reſpectu noſtri: vel alicui.9 creature: quapꝛopter nō ha bet rationē deſiderij aut velle aliquid non habitū ex pectantis: propter quod impfectio ſibi inſit. ⸿ Ad 2am probationē ſatis dictū eſt: cōcediᷓ enim ꝙ in deo nō ē velle reſpectu oppoſiti: potuit aūt eē: nec ſequiᷓ ex hoc ꝙ nunc ſit in deo: nec ꝙ aliquid potuit eſſe deus: quod modo nō ſit de.9: ſed ſolū ꝙ deus potuit referri ad ali quid: ad qđ nō referᷓ. ⸿ Ad 3m negatur maioꝛ niſi lo quamur de eo: qđ ſic determinaᷓ: ꝙ de potētia trāſit ī actū: ſic autē nō eſt in deo. vt diffuſe dictum fuit in ꝓ batione 3ᵉ ꝯnis. nō. n. eſt ibi determinatio pp potentiā: ſꝫ pp obiectū: nec exigiᷓ determinatio niſi pp obiectū vt ibidē fuit expoſitū: nec eſt veꝝ qđ nos imaginemur ſicut fingit arguēs: deū eſſe in potētia ad vtrūlibet ꝛc. ſed imaginamur ꝙ poſſibile eſt volūtatē dei ferri ſup hoc: ꝛ ꝙ poſſibile ē eā ferri ſup oppoſitū. non ꝑut poſſi bile drᷓ p reſpectū ad aliquā potentiā: ſed ꝑut dicit nō repugnātiā. Ad hoc aūt ꝙ aliqd determineᷓ ad aliqđ duoꝝ ſibi poſſibiliū illo mō. vel ad hoc ꝙ aliqd: qđ ē poſſibile ad vtrunqꝫ duoꝝ determineᷓ ad alteꝝ illoꝝ nō requiriᷓ exitus de potētia in actū: ꝛ cōſequēter nec motus. ⸿ Ad 4m negaᷓ minoꝛ. Dico. n. ꝙ volūtas de terminaᷓ ad volēdū: ꝛ ad ꝑducēdū volitionē ſuā: nec tñ eſt ꝓceſſus in īfinitū: qꝛ ipſa ad volēdū determinaᷓ ꝛ hoc p obiectū ſuū: qđ intellectus ꝑ̄ſentat ſibi: vt dicit ſanct.9 Tho. p̄ cōtra Gētiles ca°. 82°. ⸿ Et ſi queraᷓ p quid determinaᷓ intellect.9. Dico ꝙ qñqꝫ p voluntatē. ſicut enī dicit ſcūs doctoꝛ: prima 2ᵉ. q. 9. arti. p̄. Volun tas mouet intellectū q̄ꝫtū ad exercitiū actus: ſed q̄ꝫtū ad determinationē actus: qui eſt ex pte obiecti: intelle ctus mouet voluntatē: nec erit ꝓceſſus in īfinitū: quia ſicut ipſe dicit de veritate. q. 22. arti. 12°. ad 2m. Status eſt in appetitu naturali: quo inclinaᷓ intellectus in ſuū actū. Dico ergo ꝙ volūtas q̄ꝫtū ad exercitiū actus. ſ. vt velit: vel non velit: determinaᷓ a ſeipſa: ꝛ illud quo ſe ad hoc determinat eſt act.9 ei.9 determinat.9: ſꝫ q̄ꝫtū ad ſpecificationē act.9. ſ. vt tēdat in hoc: vel in illud. deter minaᷓ p intellectū oſtēdētē ſibi ſuū obiectū. Nō ergo oꝫ ꝓcedere in infinitū ex aliqua pte: quia ſi loquamur

Marginal notes:
- Beside "meᵗᵉ. ⸿ Ad 2m negaᷓ maior…" (left margin): Tex.co.20.
- Beside "tñ eſt ꝓceſſus in īfinitū…" (right margin): *A quo determineᷓ volun tas. A quo determineᷓ intelle ctus. Idem .ſ. proxime ad 5m.*

Digitized by Google

de determinatiōe q̄ ad ſpecificationē actus eſt ſtatus
in appetitu naturali ītellectus: ſi aūt loquamur de de-
terminatione quo ad exercitiū actꝰ: eſt ſtatus ī appeti-
tu nāli volūtatis: quē hꝫ ad ſuū actū. ❡ Ad confirma-
tionē negaꝛ maior. nec. n. in deo: nec ī creaturis agētibꝰ
ꝑ voluntatē eſt poſſe ſeq determinatū effectū exterius
niſi ꝓcedēte determinatiōe interiori. vñ ſcūs Tho. lo-
quēs de ꝑdeſtinatiōe pria pte. q. 23. arti. 2°. ad. 3m. dicit.
(Duplex eſt ꝑparatio. Quedā eſt patiētis vt patiaꝛ: ⁊
hec ꝑparatio eſt in ꝑparato. Alia eſt ꝑparatio agētis vt
agat: ſicut agens ꝑ intellectū dꝛ ſe preparare ad agēdū
inq̄ꝫtū ꝓconcipit rōnē opis fiendi: ⁊ ſic deus ab eterno
ꝑparauit ſe ꝓconcipiēdo rōnē ordinis aliquoꝝ ī finē.)
Hec ille. Sic aūt loqmur de ꝑparatione ad agendū. a
ſimili dicēdū eſt de determinatione ad agendū: ita ꝙ
dū precōcipit volēda: dꝛ determinare ſe ad volendū ⁊
faciēdū. qꝛ velle eiꝰ eſt ſua actio ⁊ opatio: ⁊ ideo īpoſſi
bile eſt ipſū determinatū effectū ꝓducere: niſi volūtas
eiꝰ ad volendū aliquē effectū ſe determinet mō ꝑdicto
❡ Ad 5m dico: ꝙ dīna volūtas ex nā ſua determinaꝛ
ad volēdū ſuū p̄ncipale obiectū: nec vllo mō eſt inde-
terminata reſpectu illiꝰ: ſꝫ ad volēdū alia determinaꝛ
ꝑ intellectū: ⁊ ꝑ ſua ſapiam: q̄ ſtatuit ſibi determinatos
effectꝰ: quos ꝓducit ordinate. ſicut dicit ſcūs doctor 2°
ꝯ Gētiles. caᵒ. 26°. ī fine ⁊ caᵒ. 27°. Intellectꝰ aūt dīnꝰ
determinaꝛ ad determinādū volūtatē: ⁊ ad ſic ꝯcipiē
dū ꝑ voluntatē: ⁊ h̄ nō ꝓcedit in īfinitū: qꝛ eſt ſtatꝰ tā
ex pte volūtatis q̄ꝫ ex pte ītellectꝰ: ītellectꝰ. n. diuinꝰ
nāliter ⁊ neċio obiectū volūtatis dīne ⁊ oīa alia ītelli-
git: loquēdo de īcōplexis: ⁊ dīna volūtas nāliter vult
⁊ neceſſario ſuū principale obiectū: quo dilecto ⁊ ama-
to vult intellectū cōcipere ⁊ dictare aliqd ꝓducendū:
in q̄ dīna bonitas ī tali gradu eluceat: q̄ facto intellectꝰ
dictat h̄: vel hoc eē fiendū: ⁊ poſt ad hoc volēdū volū-
tas determinaꝛ. ſic ḡ patet: ꝙ volūtas determinaꝛ q̄ꝫ-
tū ad ſpecificationē actꝰ ab ītellectu: ſꝫ q̄ꝫtū ad exerci-
tiū illiꝰ actꝰ: determinaꝛ ex ſua nā q̄ꝫtū ad p̄ncipale ob-
iectū: ⁊ q̄ꝫtū ad alia ꝑ libertatē ſuā. Et ſi dicaꝛ ꝙ ī hoc
ſaltem ipſa ꝑus exñs īdeterminata ſe determinat. con
cediꝛ. nā nō eſt determinata ad volēdū vel nollendū:
⁊ tñ determinate hꝫ velle vel nolle. ſed tñ q̄ ad ſpecifi-
cationē actꝰ ꝑ ītellectū determinaꝛ. ❡ Ad illō qō obij
ciꝛ ꝯ 4am ꝯnē ſolutū ē ſuperiꝰ rñdēdo ad argumēta ꝯ
p̄mā ⁊ 2am ꝯnes. ❡ Ad p̄mū ꝯ 5am ꝯnē negaꝛ minor. ſ.
ꝙ deꝰ neċio cōplaceat in oī entitate. vt patuit ī 2a ꝯne.
❡ Ad 2m negaꝛ minor: ſicut. n. dicit ſcūs Tho. pria 2e.
q. 31. arti. p̄. ad 2m. (Licet delectatio ſit quedā qes ap-
petitꝰ: cōſiderata ꝑſentia bōi delectātis: qō appetitui ſa
tiſfacit: tñ adhuc remanet īmutatio appetitꝰ ab appeti
bili: rōne cuiꝰ delectatio q̄dē motꝰ ē.) Hec ille. ❡ Po-
teſt etiā dici: ꝙ lꝫ delectatio nō ſit motiua reſpectu eiꝰ
obiecti: in q̄ qs delectaꝛ: tñ amor ē virtutis motiue ad
exequēdū. vnde ſm ꝙ ꝓbat ſcūs Tho. p̄ma 2e. q. 28.
arti. 6°. (Oē agēs quodcūqꝫ ſit: agit q̄cūqꝫ agit ex amo
re: lꝫ āt in deo idē actꝰ ſit amor ⁊ delectatio: tñ differūt
rōne. ꝑꝑ qō deꝰ amat creaturas: nō tñ delectaꝛ in illis
ſꝫ ſolū in ſe. vt priꝰ dictū fuit in alio articulo. Nec oꝫ ꝙ
amor moueat mediāte deſiderio: niſi in illis q̄ ꝑ voli-
ta ꝑficiūꝛ: nō aūt illis q̄ volita ꝑficiūt: cuiuſmodi ē de
dīna volūtate reſpectu creaturaꝝ. ❡ Ad 3m ꝑ idē. Nō
enim oꝫ: ꝙ cōplacētia quā dicimꝰ eē amorē cōcupiſcē
tie excitet deſideriū ꝑuſq̄ꝫ moueat ad exequendū exte
rius: ꝑſertim in ꝓpoſito: deꝰ. n. creaturas quodāmō di-
ligit amore cōcupiſcētie volēdo eas eē: vel volēdo iſtis
bonū: nō tñ eſt ī ipſo deſideriū: cuiꝰ obiectū ē bonū fu-
turū: ⁊ iō qō in nobis facit deſiderium: hoc in deo facit
amor cōcupiſcētie: q̄ vult creaturis eē: vel aliud bonū:
qō q̄dē bonū nobis futurū ē. deo aūt ꝑſens. ❡ Ad 4m
negaꝛ minor. nō. n. cōplacet deꝰ in oī entitate creabili.
vt priꝰ dictū fuit. ❡ Ad 5m negaꝛ añs. Et ad ꝓbationē
negaꝛ minor. lꝫ. n. deſideriū nō ſit ī deo: ē tñ actꝰ ī eo q̄
cōcupiſcit bonū creaturis: ille aūt actꝰ p̄mario attingit
diuinitatē nō inq̄ꝫtū eſt amor cōcupiſcētie: ſed inq̄ꝫtū
eſt amor amicitie vel dilectio: idē. n. actꝰ ſm ſubam in
deo hꝫ rōnē volitiōis reſpectu vniꝰ obiecti: ⁊ rōnē noli
tionis reſpectu alteriꝰ: ac ꝑ hoc nullū ē incōueniēs ſi di-
uinū velle reſpectu dīne bōitatis hꝫ rōnē dilectiōis: ⁊
reſpcū creature hꝫ rōnē amoris cōcupiſcētie. nec oꝫ ꝙ
quācūqꝫ habitudinē hꝫ ad creaturā: ꝙ eādem habeat
ad ſuū obiectū p̄ncipale. ❡ Ad p̄mū ꝯ 2am ptē ꝯnis dꝛ
ꝙ minor eſt falſa. lꝫ. n. deꝰ poſſet volūtatē creatā quāli
bet neceſſitare ad eliciēdū actū: aut ad ceſſandum ab
actu. nō tñ ſic neceſſitat eā. Et cū ꝓbaꝛ: qꝛ ſi neceſſita-
ret eā: hoc n̄ faceret niſi volēdo ⁊c̄. dico ꝙ lꝫ faceret h̄
volēdo: tñ nō vult nūc illud qō vellet tunc: talis enim
neċitas pōt ꝓuenire ex īpreſſione alicuiꝰ forme: q̄ nūc
nō īprimiꝛ. ſ. grā cōſumata. vel ex aliq̄ motiōe dei ſpe
ciali: q̄ nūc nō moueꝛ. vt oñdit ſcūs Tho. de veritate
q. 22. arti. 8°. vñ deꝰ ſic poſſet mouere volētē ad aliqd
neċio: qꝛ. ſ. volūtati ꝓponeret aliqd ſub rōne bōi. ⁊ nul
lo mō ſub rōne mali: ita ꝙ ceſſatio a volēdo nullo mō
appareret volūtati bona. nec a volēdo aliq̄ mō diſtra
hereꝛ ꝑ paſſionē aliq̄ꝫ: ꝙ. n. volūtas poſſit ab actu ceſſa
re: vñ cōtingit: ꝙ volūtas ceſſet ab actu: h̄ ē qꝛ vel ītel-
lectus nō oñdit ei ſuū obiectū ſub rōne boni. vel qꝛ ceſ
ſatio ab actu apparet bona. vel qꝛ oppoſitū illiꝰ obiecti
apparet meliꝰ. vel hō. cōſtat aūt ꝙ deus ꝓ nūc nō mo
uet iſto mō volūtatē: qꝛ in oī obiecto circa vltimū finē
apparet rō boni ⁊ mali: ⁊ ceſſatio ab actu apparet bōa:
⁊ q̄nqꝫ iudiciū vel appħēſio ītellectꝰ diſtrahiꝛ ꝑꝑ mul
ta alia. ❡ Ad 2m dico: ꝙ reſpōſio ibidē data ē ſatis bo-
na quo ad h̄: qō ponit ꝙ illud: qō deꝰ mō vult. pōt pro
iſto nūc nō velle: ⁊ ꝙ dīnū velle: qō nūc eſt reſpectu ali
cuiꝰ futuri: pōt nō eē: nec vnq̄ꝫ fuiſſe reſpectu illiꝰ: ſꝫ ſꝑ
reſpectu ſui oppoſiti: niſi loquamur de neċitate īmuta
bilitatis: qꝛ. ſ. illō qō ſemel voluit: nō pōt deſinere vel-
le ꝓ mēſura: ꝓ q̄ voluit illud eē: ⁊ ſilr talē neċitatē cō-
cedo in deo reſpectu oīuꝫ futuroꝝ ab eo volitoꝝ: ſim-
pliciter tñ poſſibile ē eū nō velle: nec voluiſſe talia fu-
tura. ❡ Et ad p̄mā huiꝰ īprobationē dico: ꝙ rō nō va-
let. aliqd. n. dꝛ ꝓuenire neceſſario ab aliq̄ cā neċitate
nāliter ꝓcedēte: q̄ñ illa cā poſita ⁊ ſufficiēter diſpoſita
ſm oēꝫ realē diſpoſitionē poſitiue ⁊ ꝑuatiue nō ē ī po-
teſtate cauſe: qn agat ⁊ efficiat illū effectū: cōſtat autē
multas cās ſecūdas eē tales: puta ignē ſolē ⁊ hō. eſt ēt
cōpoſſibile cāꝫ ſecūdā iſto mō cauſare ex neċitate nāe:
p̄mā cām vero nō ſic cauſare: nec ē in ptāte alicuiꝰ īte-
rioris ad illā cauſā neċitandā: nā poſito oī poſitiuo rea-
li in dīna volūtate adhuc eſt poſſibile deū nō velle h̄
vel illud: ⁊ nō cāre h̄ aut illud: ⁊ iō bñ ſtat effectū ꝓue
nire neċio neċitate añcedēte a cā 2a ⁊ nō a cā p̄ma: niſi
neċitate īmutabilitatis ⁊ ſuppoſitiōis: qꝛ. ſ. p̄ma cā eſt
determinata ad hūc effectū ꝑ ſuā ſapiam ⁊ volūtatē:
nō ſtat effectū nō ſeq illo mō: q̄ ꝓuolitū ē ⁊ diſpoſitū a
p̄ma cā illū ſeq. vñ neċitas nāliter antecedēs reſpectu
cauſe 2e nō arguit neċitatē cōſimilē in cā p̄ma: ſꝫ aliā
neċitatē nobiliorē: q̄ tñ ſtat cū cōtingētia effectꝰ in ſe.
❡ Ad 2am īprobationē dico: ꝙ ſicut effectꝰ ꝑſens ē ne-
ceſſariꝰ neceſſitate ſuppoſitiōis ⁊ īmutabilitatis: ita ēt
cā p̄ma: cū ꝓ tūc cauſet cōſimili neċitate: a q̄ tñ multū

Ad pm contra 2am partē 5e.

Digitized by Google